


Le. v. 7

3.



BIBLIOTECA NAZIONALE DI TORINO



Dono dell' *Episcopato
Piemontese*

Data: *30 Marzo 1904.*

F. XXI 12



M. ANNÆ
LVCANI
 PHARSALIA,
 SIVE
 DE BELLO CIVILI
 Cæsaris et Pompeji Lib. x.
Addite sunt in fine
HVGONIS GROTHII
 NOTÆ
*Ex binis antehac editis
 junctæ, aucte, correcte.*
 et **THOMÆ FARNABII**
in margine. etc.




Amsterdam
*apud Ioannem
 Blawij.*

A. MD. LXXV.

[Handwritten signature]





Natalibus Clarissimo, Virtutibus tamen

Clariori viro,

Vndiquaque nobili,

F R A N C I S C O

S T V A R T,

E Q V I T I A V R A T O.



Vis putasset futura tam famelicæ invidiæ mendicabula, quæ pellem roderent vacuam? inventa tamen sunt misella rubiginosi livoris propudia quæ in his nugis (neque enim ipse melius unquam de iis existimavi) scabros fatigabant dentes, vel hinc virulenti fellis pabulum captantia. adversus quæ cum mihi difficile esset (ut ait ille) habere quotidie bonum stomachum: manum sinu recondidi. stylum repressi; reclamante tum meo ipsius animo, memori honorifici illius affaminis quom me in dedicatione Iuvenalis & Persii dignatus Illustrissimus Princeps, mihi semper acerbæ, semper honoratæ memoriæ D. Henricus, ad parem in omnibus Poëtis operam serio hortabatur; tum residem ejuratæ scriptionis pertinaciam incusantibus indies amicis, quamplurimis, doctissimis, probatissimis. quorum omnium de hac qualicunque facultate mea (nisi facilitas potius sit dicenda) sive judicii fidem, sive amoris erratum cum non liceret, autoritatem certe defugere mihi licere semper judicavi. Quamprimum tamen mihi voluntatis tuæ V. C. de Luciano lustrando atque illustrando factum est indicium; majæ fidei videri posse verebar, nisi adeo luculento amplii testimonii munere vadatus, lubentiæ tam honestæ, humanitati tam prolixæ morem gessissem. A qua evocatus, me utut rude donatum atque Emeritum antiquo ludo & desultoriæ scientiæ stylo reddo: conceptisque Comici verbis, *Tibi laus lubens, laudes ago, & grates gratiasque habeo.* Verum longe infra merita tua, intra laudes erit, quidquid balbutienti huic infantia paupertinum suggesserit ingenium,

EPISTOLA DEDICATORIA.

dum dubitat quid primum miretur. Nataliumne fastigatissimum splendorem; an Nobilitati ingenium par; an, quæ utrumque antestat, virtutem. Cujus multijugæ adoras cumulatissimas si ad numerum referre velim, frustra animi fuero, ubi quidquid dixerò, minus erit. simul veritus, ne adulationis, ad quam, qui me norunt, norunt neque natum neque effictum, opinionem incurrat ingenuus affectus, video mihi modestiæ sufflamine stringendum esse proclive hoc gloriæ curriculum: quam & te scio in conscientia quam præconio positam malle. redeoque ad *Gratias*, quas gratas memini tibi V. C. per quem & ipse redii in gratiam cum amœnioribus his Musis. E quarum facello ecce tibi Lucanum, jam tuum; qui Nobilitate, Scientia, ingenti spiritu illustris, illustrius tamen sibi jam gratulatur nomen, postquam redivivus in lucem postliminio vindicatus sit à te, non dignitatem tuam deventustatam verito, quod sub nomine tuo publicum indispiscitur. Quamvis, quid est quod te devenit? cujus jam auspiciis non è prælo exit Poëta, sed in prælia prodeunt validissimæ legiones, victrices aquilæ, duces summi, totius orbis vires, vates denique ipse Pompejanus, interpretæ Cæsarianus. qui omnes à te victoriæ omen expectant, momentum expetunt. abunde luculentum utrumque si quidquid contra venerit malignitatis, clarore tuo dispellatur: quidquid in se opus habet obscuritatis, serenitate tua discutiat; quidquid humilitatis, magnitudine tua sublevetur. Quæ omnia cum sperare potius quam petere jubeat tua humanitas, ad quam natus & in qua clarus es, gratæ mentis testimonia tibi V. C. pleno ore, pleno animo affectum, obsequium, cultum, se denique totum & in æternum consecrat, qui est

Amplitudinis tua

cliens devotissimus

THOM. FARNABIVS.

A D L E C T O R E M.

Lucani proprium diem frequenter, Quisquis collibus Isthmicæ, &c. Lucanum canimus. favete linguis. *Molesius* usinam amorem tuum, ô Papini, in celebrando Lucani natali testatus fuisses! quanquam & hoc ipsum amanti fuerat, non onerasse amicum laudibus. præsertim magis opus erat, quod, tanquam servus triumphali curru simul advectus, Nemesin, gloria enormis carnificem, à sergo exoraret. Dum enim Eatin in certamen cum Melete & Mantua provocas; amico summam conflavisti invidiam, neque tu Criticorum suggestiones effugisti. è quibus unus, Lucanum igitur, si diis placet, inquit, etiam Maroni parem facere ausi sunt. qui non tam illius magnitudinem, quam suam insolentiam iis ineptiis prodidere. *Haud facile sane reperias autorem alium tot censuris notatum; usque tam variis, atque in tantum sibi oppositis, ut non alio vindicis patrocinio opus sit auctori nostro, quam suis ipsorum inter se disgladantium contradicentiisque Censorum testimoniis, è quibus ingenium illi, illi iudicium nostro abdicant; alii eum ex albo Poëtarum expungeve laborant. Quintilianus magis oratoribus quam poëtis videtur adnumerandus; quem tamen Valerius Martialis bibliopola poëtam putat. Ecce, inquit Petronius, belli civilis ingens opus quisquis attrigerit, nisi plenus literis, sub onere labetur. Non enim res gestæ verbis comprehendendæ sunt, quod longe melius historici faciunt, sed per ambages, deorumque ministeria & fabulosum sententiarum tormentum præcipitandus est liber spiritus, ut potius furentis animi vaticinationi appareat, quam religiosæ orationis sub testibus fides. *Inl. Scaliger contra: Fatemur in illo ingenium magnum. equidem etiam plusquam poëticum condonabo. Effrænâ mens, sui inops, serva impetus, atque iccico immodica, raptaque calore simul & calorem ipsum rapiens, &c. Proinde, inquit, ut nimis fortasse libere dicam; interdum mihi latrare, non canere videtur. Nimis, profectò, libere, magne Inli, & licenter. non tamen mordet, quod quidam facit. examinatis tandem taxatisque variis locis, vice corollarii reducere vis ad tantum temperamentum fabulam Antai ab illo expressam; quam dum quasi semicerionem, ut ipse profiteri, contexitis, non video ego quid profeceris, nisi (quod ajunt) in deterini. quot vero parasangis te prævertat Petronii siccimen, quis non videt? Heres paterna Critices *Ios. Scaliger, dum ad exaltos Mathematica canones & calculos revocat Astronomiam Poëta, invernaliter & declamatorie ei insurgit. immane quam lava atque irata arte, dum pedes illius (quod Marillio dicenti, Necessè sibi esse per spinosum locum ambulanti suspensos pedes habere, respondit Porcius Latro) non mehercules spinas calcant, sed habent. Cur autem, qui in vitis Lucani perspicendis tam oculi, & Lyncei sunt, in virtutibus ipsius agnoscendis lippi cæcitant inveniunt forte idiotissimos aliquos Oloquutiones duriusculas, transpositiones Hyperbaticas, excursus haud ita multos & diverticula accersita, partium favorem, levia in Astrologia & Geographia errata, genti illius omnia, magistris, temporibus imputanda; condonanda certe ætati illius, qui, ut ait Statius, Hæc primo juvenis canebat ævq Ante annos Culicis Maroniani; excusanda denique eo***

AD LECTOREM.

nomine quo Ovidius, Emendaturus, si licuisset, erat. At cur non potius mirari subeat, altam illius indolem libertatis usque acerrimam propugnatricem; liquidum eloquii flumen, materiam hanc sequacem puro carmine ducentis quo voluit? adeo ut non vix immenso fragore (quod de Nilo Plinius) sed fluere videatur; ferventis ingenii fulmen cum gratia & gloria exprimentis historiam nobilissimam gentis illius, qua cum antiqua religionis Cybele & fortitudinis ancilibus suis caelo delapsa, cum sacri consilii Ganymede & virtutis Romulo in caelum sublata mihi videtur. Quid ego dicam acumen nobile & divinum, spiritum ardentem & soncitatum, Musam masculam ac plane militarem, omnia denique in illo alta, clara, casta? quem legant vel ambitiose tristes, & terrici, qui fatali illo Graja Helena correpti delirio, non dubitant Poëtae, Musarum flamines, gloria pracones, Theologia veteris antistites, nuncupare fidicines. Caterum quando hi suo delectati studio, contemnunt alia: despiciunt alios; immanes cum sint, & suos patiuntur Manes; contemnuntur, despiciuntur. nec immerito, quia studii: hi, ce humanitatis uti cum possint, frui malunt. Tu interim, Benevole Lector atque Humane, quem Cognitorem citare malo, quam me pracone uti, quid in hac Autore exponendo, ipsius Pompejanis partibus faventioris historiam ad veritatem ex optimis Historicis Casare, Hircio, Valerio, Suetonio, Plutarcho, Floro, Appiano, Diono, Paterculo, Orosio, Eutropio, &c. redigendo, Astronomiam & Geographiam subinde concinnando, tabulam Chorographicam, qua ad expeditiones & gesta belli hujus intelligenda faciat, adjiciendo, praestiterim; tu, inquam, Lector candide, his mere mecum, & Vale.

T. F.

M. ANNÆI LVCANI VITÆ.

Marcum Annæum Lucanum Caja Acilia, Acilii Lucani
Moratoris filia ex Annæo Mela Senecæ Stoici fratre e-
quite Rom. peperit Cordubæ III. Non. Novemb. C. Cæ-
fare Germanico iterum, & L. Cæſiano Coſſ. Oſto men-
ſium infans Romam à patre adveſtus eſt: ibique Palæmone
grammatico, Virginio Flavio rhetore, & Cornuto poëta ac
philopho præceptoribus uſus eſt, una cum Salejo Baſſo,
& A. Perſio, quos præcipuo amore dilexit. Cumque Ne-
roni, quem adoleſcentem patruus inſtituebat, eſſet non
injucundus, ante annos Quæſtor eſt factus: & munus gla-
diatorium edidit. Inde cunctis ſuffragiis inauguratus in ſa-
cerdotium aſcitus eſt. Vxorem habuit Pollam Argentariam,
Polli Argentarii filiam, nobilem, ditem, & eruditam.
In Neronis odium cupiditate oſtentandi ingenii incidit.
Nam cum ille per Clivium Ruſſum Nioben in Theatro
Pompeji pronunciaturum ſe indixiſſet, Lucanus Orpheum
ex tempore decantavit, coronamque à iudicibus repor-
tavit. Poſt illud famam carminum ejus premente Nerone,
qui cum publice recitare, & oſtentare carmina prohibue-
rat, Piſonianæ conjurationi adhæſit, accuſatusque & tor-
tus matrem indicavit, impunitate promiſſa, ut Tacitus
ait. Mox mori juſſus, calida aqua immerſus venas me-
dico præbuit. Profluente ſanguine, ubi frigere pedes, ma-
nuſque, & paulatim ab extremis cedere ſpiritum ſenſit,
ſervido adhuc, & compote mentis pectore, hos verſus ex
lib. 3. enunciavit:

*Scinditur avulſus, nec ſicut vulnere ſanguis
Emicuit lentus, ruptis cadit undique venis:
Diſcurſuque anima diverſa in membra meantis.
Interceptus aquis, nullius vita preempti
Eſt tanta dimiſſa via.*

Hæc illi ſumma vox fuit. Deceſſit autem Prid. Calend.
Maji, Nerva Syllano, & Veſtiniò Attico Coſſ. cum Coſ.
designatus cum Plautio Laterano eſſet. Vitæ vero anno 27
ſepultus eſt in hortis ſuis, quos pulcherrimos habuit. Hæc
de eo. Inſcriptio vetus, & marmorea in D. Pauli templo
Romæ conſpicitur: M. ANNÆO LVCANO, COR-
DVBENSI PQETÆ, BENEFICIO NERO-
NIS CÆSARIS FAMA SERVATA.

Scriptis pene pæc, ut Papinius docet, Certamen He-
ctoris,

etoris, & Achillis: cum cadaveris Hæstorei redemptione.
Fabulam Orphei inferos aduentis. Incendium urbis. Lau-
ream, & laudes, uxoris. Declamavit etiam, & causas
oravit. Postremo loco Pharsaliam ardenti animo est aggres-
sus, sed non perfecit. Primos tres libros, adjuvante uxore
correxerit. Septem reliquos, si vixisset, emendaturus. In
iis ordinem sequitur, quo res gestæ sunt. Mens ejus est, se
commendare immortalitati, & civilia bella dissuadere.
Pharsaliam autem inscripsit, à Pharsalo Thessaliæ oppido,
in cujus campis Pompejus à Cæsare est superatus.

I N , L V C A N V M,

operâ Clarissimi viri

T H O M Æ F A R N A B I I

redivivum.

Pharsalicos enses longa rubigine tinctos,
Deterfos socero quis generoque dabis?
Hic fecit; clypeos qui sic deterfit & hastas,
Ut solitus redeat fulgor ad arma Ducum.
Pergite Rômani mediis certare tenebris,
Lucanus lucem fert novus ecce novam.
Pharsalia multo constabant sanguine pugna;
Pharnabias sudor fluxit ad usque notam.

In eundem.

Cognatas acies, & multo sanguine junctas
Qui cecinit: venas cadere jussus, obit.
nec cruor emanat membro profusus ab omni:
Proque uno torum vulnere corpus erat.
At sanguis rediit. rediit jam succus. utrumque
Vati Farnabii reddidit alma manus.
Hunc non ulterius depascet dextra Tyranni,
Dives inexhausto gurgite vena fluit.
At tu crudelem Vates sectaberis umbram.
Farnabius justas admoveatque faces.

R. A. M. D.

T H O M A M F A R N A B I V M,

De Lucano perpetuis illius Notis explicato,
& in lucem jam prodituro.

D Vm Vatum Genios chorus Sororum
(Vatum, quem veteris perennat avi
Nomen) Castalis ad caput liquoris
Accitos, monuit parare lucem
Tutelis reliquis, ne singularum
Nodosa tenebra diu morentur
Lectores timidos, retardat anceps
Quos seu carminis ordo, seu vetustas
Docto emblemate turbat involuta:
Haut est ingenio repertus alter,
F A R N A B I, potior scientiorve
Aut prisca historia Poëticeſve,
Cui mandetur honos vices gerendi
Tutorum, & tenebris ſuces parandi,
Quam Tu, cui veteres reconditi que
Ritus ex aditu patent, & omnes
Theſauri Sophia nimis reducti.
Museum ergo tuum petunt, ſacrantque
Excepti hospicio, nec inde cedunt
Quin, nocti Penetral, ſimul ſecundant
Votum Pieridum, tuo labore
Uſi, ac aſſiduo tibi viciffim
Adſtantes taciti docent miniſtri.
Sic ſe res habet. & palam loquemur;
Quid tu diſſimulus? Parum videmus
Si hiſ non auſſiciu magis imputamus
Tui quam ſtudiu, quod aut Aquinas,
Quodve alter Satyra reductiori
Qui torquet, radiu tui coruſcent
Solu, nec lateant, ſalesque acuti
Quos jactat Salo, quodque ſic Cothurno
Reddatur ſua lux, & a ſalebris
Quod Pharſalica bella detonantem
Iam purget. Genios quis audent ipſos
Suggeſſiſſe tibi prabus negare?
Tantum non Genios videmus ipſos.

I. Selden I. C.

Argumentum Pharsaliæ.

CVM provinciæ consulares, Hispaniæ Pompejo, Crasso Syria & Parthicum bellum, Cæsari Gallia Germanique datæ essent; Crassusque periisset, & Cæsari in alterum lustrum prorogata esset potestas, decretusque à X tribubus Consulatus, & Pompejus Iulia defuncta suspectas haberet Cæsaris opes, Marcellus Cos. de Cæsaris successione agere cœpit. Hic vero pacata jam intra novem annos universa provincia, non abnuebat, modo in proximis comitiis sui absentis ratio haberetur. Sed adversantibus Pompejanis decretum est, ut dimisso exercitu veniret, & peteret more majorum. Ille, nisi & Pompejus ab armis cederet, & nisi decretis staretur, se non dimissurum respondens, pro hoste habetur. Iratus igitur provincia cum exercitu Romam versus egreditur, tantumque terroris urbi incutit, ut Pompejus cum Senatu Capuam, inde Brundisium fugerit: ibi obsessus à Cæsare vix evadit in Græciam. Cæsar Romam reversus ærarium direptum suis militibus dividit. Hinc in Hispaniam contendens, Massiliæ, in via, oppugnatione Bruto delegata, ipse Petrejum & Afranium Pompejanarum duces partium, in Hispania superavit. Inde Romam reversus in Epirum trajecit, ubi tum rei frumentariæ inopia laborans, tum à Pompejo pressus ac pene devictus, castra in Thessaliam transtulit. hic acie superatus Pompejus Lesbos fugit; inde cum uxore Cornelia in Ægyptum navigavit, fretus Ptolemæi regis amicitia: cujus tamen jussu, consilio Pothini interfectus est, spectante conjuge & altero filio. Cæsar fugientem Pompejum in Ægyptum sequutus, ab Achilla regis præfecto in Alexandria obsessus in Pharon evasit. ibi ab hostibus oppressus se è navicula coniecit, ac per ducentos passus ad suam classem enavit. mox perfidiam hostium ultus, rege sublato, Cleopatram sororem regis in regnum confirmavit.

M. A N N Æ I
L V C A N I
P H A R S A L I A .

L I B E R I .



*Etta per² Emathios³ plus quam si-
vilia campos,*

*4 Insque datum sceleri canimus, po-
pulumque potentem (dextra:*

*In sua victrici conversum viscera
5 Cognatasque acies: & 6 rupto fada-*

Certatum⁷ totis concussit viribus orbis, (ro regni

8 In commune nefas: 9 infestisque obvia signis

Signa, pares¹⁰ aquilas, & 11 pila minantia pitis.

Quis furor ô cives? qua tanta licentia ferri.

operi iudicium arbitror ab illo loco in quo Pompejus cum Cæsare de summa re-
rum dimicavit, victusque fugit, cuius pugnae eventum, totius belli fortuna
secuta est. 2 Macedonia olim dicta est *hymetia*. A. Gell. l. 14. cap. 6. Plin.
lib. 4. cap. 10. & Solin. cap. 14. Ad Dyrrachium quidem Macedoniae op-
pidum difficiliore pugna certatum est, debellatum autem, in campis Pharsalicis
inter Macedoniae & Thesaliam, dictis à Pharsalo Thesaliam oppido. Passim
vero noster promiscue hoc nomen usurpat, quod proprie Macedoniae debetur.
3 Cæsaris furor atque Pompeji (inquit L. Florus, l. 4. c. 2.) urbem, Italiam,
gentes, nationes, totum denique qua patebat Imperium, quodam quasi diluvio
& inflammatione corripuit: adeo ut non recte tantum civile dicatur, ac ne so-
ciale quidem bellum, sed nec externum; sed potius commune quoddam ex
omnibus, & plus quam bellum. 4 Cur non dictus Hylas? Quis in scelere hoc
explicando non assumit sibi jus criticum? Video quid sentiat H. Grotius: *Li-
centiam factans sceleribus*. Audio quid moneat doct. I. S. *Ins Imperii, per bel-
lum hoc scelestum, translatus ad Cas.* Ceteros interpretes nihil moror. Verum
Poëta, ut ego arbitror, profutur velle se bellum civile quod passim lib. 4.
v. 26, & 22. lib. 5. v. 314, &c. *scelus* vocat, canere; idque non temerario
quodam tumultu aut caeco furore, intra orbis moenia aut Italiam, ut in Syllana
modo tempestate, aut Cinoana rabie: sed iustis, uti prae se ferebant, utrinque
causis, iustis exercitiis & pæliis, pari gratia atque auctoritate gestum. v. 666.
hujus lib. *Scelerique nefasum nomen erit virtus*. vide & l. 2. v. 540. & l. 3.
v. 228. 5 Hinc inde, socerum & generum; parentes, liberos; fratres, cognat-
os, &c. 6 Quo convenerat, ut Pompejus Hispanias & Italiam, Cæsar Gallias,
Crassus Asiam obtineret. Quod foedus dissimulante morte Crassi apud Parthos, &
Iuliam Cæsaris filiam, infra v. 100, &c. 7 Pompejum secutus Hispanis & Oriente;
Cæsarem Gallis. 8 Canimus certatum, fuisse non sine nefario utriusque partis
scelere, in oppressionem libertatis, communis salutis, adeoque Reip. interitum.
9 Robur utrinque floris Italici, iisdem freti auspiciis, signis vocalibus ac mu-
tis, virtute pari, pugnae genere & armis usi iisdem. 10 Rom. Imperii insignia
& vexilla. 11 Pilon erat Romanorum telum missile, de quo vide Polyb. lib. 6.
& Liv. lib. 31. Veget. lib. 1. c. 24.

1 Vere *insig-
nificans* vide-
tur mihi Iul.
Cæsar Scaliger
in Hypercritico
suo cap. 6. ubi
inter alia Lu-
canum notat,
quod pessimo
consilio opus
hoc inscripserit
Pharsaliam.
Quippe ut tan-
tilla quidem
operis pars il-
lius ea regio:
nti Thebais,
Ilias, &c. Quod
tamen viri tan-
ti pace dicatur,
optima ratione
nomen huic

1 Nominis Rom. infesti. Imperii nostri hostibus.
 2 Cumque è re & gloria nominis Rom. fuisset, eadem Crassi ulcisci, spolia & insi-gua Rom. repetere, quibus Crasso adeptis superbiunt jam Parthi & Persæ, quorum imperii sedes est Babylon opibus & potentia florens.
 3 Proprie, victoriæ monumentis, hostium exuvias in eo loco quo τριπύλαι. i. fuge date terga coepissent, suspensis.
 4 Romanis, Italis, ab Ausone Circes & Ulyssis fil.
 5 Circa Stygiam paludem; non admittendus transvehendusque nisi sepulturæ compos & vindictæ.

6 Bello civili viventibus nullus decernebatur triumphus. 7 τριπύλαι quatuor plagarum cœli & orbis terrarum. 8 Scythiæ pop. vellere uobiles. Plin. lib. 6. c. 17. Solin. c. 63. vide infra lib. 10. v. 292. 9 Armenii Araxis fl. accolæ jam pridem victi fuissent. 10 Et si qui ad Nilum orientem accolunt. Nili autem fontes ignoravit vetustas, quos è montibus Lunæ in Mauritania inferiori ducunt recentiores. 11 Hostem, ubi foris cessavit, domi reperisti, neque solitudinem tuam, desolationem & vastitatem exterorum hostium potentia aut favitæ impates, sed armis tuis à Roma. *Suis & ipsa Roma viribus vixit.*
 12 Pyrrhus Spirotarum rex in auxilium à Tarentinis accitus, magno Romanis terrori fuit, maris, terra, viris, equis, incognitisque in id tempus elephantis; neque armis solum, sed consiliis & dolis eos aggressus est: tandem victus, castris exutus, ab Italiaque cæctus. 13 Generaliter. Pop. Carthaginensis, vel Annibal qui bello Punico secundo, Italiam vastavit, resque Romanas attrivit. 14 Assentatio, quam vix excosaverit Ironia. 15 Idque Iovis exemplo, ad quem devictis gigantibus frons cœli devenit regnum. 16 Scelerata & nefaria bella civilia, quæ innox recessit.

Gentibus invisis Latium præbere cruorem?

2 Cumque superba foret Babylon spolianda 3 trophæis

4 Ausonii, umbraque erraret Crassus inulta,

Bella geri placuit 6 nullos habitura triumphos?

Hæc, quantum potuit terra pelagique parari

Hoc, quem civiles hauserunt, sanguine, dextra!

7 Unde venit Titan, & nox ubi sidera condit,

Quaque dies medius flagrantibus astat horis,

Et qua bruma rigens, ac nescia Vere remitti,

Astringit Scythicum glaciali frigore pontum:

Sub juga jam 8 Seres, jam barbarus esset 9 Araxes,

10 Et gens si qua jacet nascenti conscia Nilo.

Tunc, si tantus amor belli tibi Roma nefandi,

Totum sub Latias leges cum miseris orbem,

11 In te verte manus: nondum tibi defuit hostis.

At nunc semirutis pendent quod mœnia tectis

Urbibus Italia, lapsisque ingentia muris

Saxa jacent; nullosque domus custode tenentur,

Rarus & antiquis habitator in urbibus errat:

Horrida quod dumis, multosque inarata per annos

Hesperia est, desuntque manus poscentibus arvis;

Non tu 12 Pyrrhe ferox, nec tantis claudibus auctor

13 Pœnus erit: nulli penitus discindere ferro

Contigit: alta sedent civilia vulnera dextra.

14 Quod si non aliam venturo fata Neroni

Invenere viam, 15 magnoque aterna parantur

Regna deis, 16 cælumque suo servare Tonanti,

Non nisi favorum potuit post bella gigantum:

Iam nihil ô Superi querimus: 16 scelera ipsa, nefasque

¹ Hac mercede placent : diros ² Pharsalia campos
 Impleat : ³ & Pœni saturentur sanguine manes :
⁴ Vltima funesta concurrant prælia Munda.
 Hi, Caesar, ⁵ Perusina fames, ⁶ Mutinaque labores
 Accedant faris : & quæ premit aspera, classes,
⁷ Leucas : & ardenti ⁸ servilia bella sub Aetna.
 Multum Roma tamen debet civibus armis,
 Quod tibi res acta est. Te, ⁹ cum statione peracta
 Astra potes ¹⁰ serus, ¹¹ prælati regia cæli
 Excipiet gaudente ¹² polo: ¹³ seu sceptra tenere,
 Seu te flammigeros Phœbi conscendere currus,
 Telluremque ¹⁴ nihil mutato sole timentem
 Igne vago lustrare juvet : tibi numine ab omni
 Cedetur : ¹⁵ jurisque tui natura relinquet
 Quis deus esse velis, ubi regnum ponere mundi.
¹⁶ Sed neque in Arctoo sedem tibi legeris orbe :
 Nec polus adversi calidus qua ¹⁷ mergitur Austri,
 Unde tuam videas obliquo sidere Romam.
 Aetheris immensi partem si presseris unam,
 Sentiet axis onus librati pondera cæli
 Orbe tene medio : pars aetheris illa sereni
 Tota vacet, nullæque obstant a Casare nubes.
 Tunc genus humanum positus sibi consulat armis,
 Inque vicem gens omnis amet : pax missa per orbem

¹ Quod hinc
 Neroni ad
 Imperium
 Rom. paruit
 aditus.

² De campis
 Pharsalicis
 supra. in his
 depugnarum
 est inter Pom-
 pejum & Cæ-
 sarem, mox
 inter Octa-
 vium Anto-
 niumque, &
 Cæsar, per-
 cultores, sed
 vide inf.
 v. 637.

³ Sanguine
 nostro inferias
 referamus
 umbris Cartha-
 gineusium,
 qui bellis Pu-
 nicis interie-
 runt.

⁴ Ad Mundam
 Hispaniæ ur-
 bem, Pompeji
 liberi devicti
 sunt, Cæsar, &
 Sextus fuga

lapsus : Pompejanorum cæsa 30 M. Cæsar ut victos obsideret, è congestis cada-
 veribus aggere in struxit. ⁵ Perusiam Tusciæ urbem, quo L. Antonius con-
 fugerat, Augustus per famem in deditiorem compulit. ⁶ Antonius D. Bru-
 tum in Mutina urbe Cisalpinæ Galliæ obsedit, in qua obsidione levanda uterque
 Consul Hirtius & Paulus Cæsar est, quam tamen Augustus obsidione liberavit.
⁷ Insula in sinu Ambracio, item promontorium Epiri, inter quod & Actium
 Octavius Antonium & Cleopatram navali certamine vicit. ⁸ Non servile illud
 bellum à Syro Enoo in Sicilia motum A. V. D C X V I I I, quod nihil ad rem
 præsentem, verum intellige navale bellum in Siculo mari, ad quod Sex. Pom-
 pejus concitaverat armaveratque ergastula contra Augustum, à quo Sextus vi-
 ctus in Asiam profugit. ⁹ Eminentis vitæ spatium, & imperio feliciter fun-
 ctus. ¹⁰ Longævus. ¹¹ Quod in prætulisti terris. ¹² Coelibus.
¹³ Seu Iovis seu Phœbi munus locumque velis, &c. Arbitrio tuo permittetur,
 quis deus esse velis. Imitatio Virg. i. Georg. Tuque ades quem mox sint hab. &c.
¹⁴ Non mentem incendium mutato auriga, ut quondam Phæthonte.
¹⁵ Al. Iurique tuo natura. ¹⁶ Relatus vero in deos, & sideribus additus, noll
 sedem tibi eligere versus alterum polorum, unde obliquo intuir, impedito,
 parumque effici Romam conspicias, sed juxta Aequatorem, ut recto, propinquo
 & gratioso vultu nos intuearis. Hæc omnia Ironice & Amphibolice dicta qui-
 dam volunt, ut quæ Nerone in juvenat strabium & obesum; sed persistere vide-
 tur in illa invocatioue & imitatione Virgiliana i. Georg. Quæ locus Erigonen in-
 ter Chelæque, &c. ¹⁷ Al. versitur.

1 Iani belli
pactique In-
dicia, ex infl-
turo Numæ,
templum aper-
tum significa-
bat urbem
in armis esse;
clausum erat
pacti signum,
quod contigit
sub Numa,
iterum post
primum Publ-
cum bellum,
& sub Au-
gusto ter.
2 Aliis post
mortem &
ἄποθνήσκον
deus expecte-
ris, mihi iu-
vivis deus
habebis pro-
pitiis & præ-
sens adeo, ut
mihi tuo nu-
mine afflato
non sit opus,
quod alii fa-
ciunt vates,
Delphici A-

Ferroa 1 belligeri compescat limina 1 Iani.

*2 Sed mihi jam numen: nec, si te pectore vates
Accipiam, 3 Cirrhaa velim secreta moventem
Solicitare deum Bacchumque avertere 4 Nysa.
Tu satis ad danda Romana in carmina vates.*

*Fert animus 3 causas tantarum expromere rerum:
Immensumque aperitur opus, quod in arma furentem
Impulerit populum, quid pacem excusserit orbi.*

*5 Invida fatorum series summusque negatum
Stare diu; 7 nimioque graves sub pondere lapsus,
Nec se Roma ferens. 8 sic, cum compage soluta
Secula tot mundi suprema coegerit hora,*

** Antiquum repetent iterum chaos omnia; mistis
Sidera sideribus concurrent: ignea pontum
Astra petent: 9 tellus extendere litora nolet,
Excutietque fretum: 10 fratri contraria Phœbe
Ibit, & obliquum 11 bigas agitare per orbem
Indignata, diem poscet sibi: totaque discors
Machina divulsi turbabit fœdera mundi.*

*In se magna ruunt. letis hunc numina rebus
Crescendi posuere modum. 12 nec gentibus ullis
Commodat in populum, terra, pelagique potentem,
Invidiam Fortuna suam. 13 tu causa malorum*

polluis vel Nysæi Bacchi, quorum in tutela Poëtæ sunt, ἰνδυστασθῶνδν votis expectere. 3 Cirrha, oppidum Phocidis hand procul à Delphis. 4 Nysæ fuisse decem, omnes fere Baccho sacræ; præcipue, Indica, Arabica, Delphica. 5 Causas sex recenset noster, sed vide quas & Cæsar reddidit l. 1. civilis belli. 6 Prima causa, fatalis necessitas, quæ periodum crescendi, & ἀρχὴν consecuta jam declinare & ad occasum vergere cœperit. *Invidens Fortuna principi gentium populo, ipsum illum in exitium suum armavit.* Florus l. 1. c. 2. 7 Suo sub pondere, virib. & amplitudinis mole defatigata, pressa, & ruenus. *Ipsa suas vires odit Romana juvenis, Et quas strenxerit opes, male sustinet.* Petr. Arb. 8 Non secus atque ipsa universi machina, consummato tandem tempore & quasi ætate sua, solutis compagibus, legibus atque fœderibus rerum, in Chaos & confusam molem, unde initio extracta & concinnata est, reditura sit. 9 Ita legit Ianus Rutgersius, cum vulgati habeant, *Antiquum repetens iterum chaos, omnia mistis Sider.* 9 Litora extensa & opposita non valebunt, ut antea, mare coercere & excutere, quo minus terra obruarur. 10 Luna non sequetur solem certis & solitis per Zodiacam vicibus, sed contrario feretur motu. 11 Lunam bigis, solem quadrigis vehi fingunt poëtæ. 12 Neq; tamen ulli exterarum gentium permissum est trlum principum exercere odium suum invidiamque erga nos. 13 *Secunda causa.* Fœdus (quans Varro Tricipitinam appellavit) Crassi, Cæsaris, Pompeji, qui opibus, dignitate, gloria & spiritu florentes, sibi invicem conciliati, atque assiduare conjuncti inierunt fœderatam, ne quid in Rep. agi paterentur, quod ipsi tribus non placuisset: partiti itaque provlucias & exercitus, Pomp. Hispanias & Libyam per legatos administrabat; Crassus, cui Syria contigit, ad bellum Parthicum profectus est; Cæs. imperium Galliarum in alterum quinquennium prorogatum. ferale autem & perniciosum exitit hoc imperii divisi fœdus: quippe, *Næ regna socium ferre, nec sedita sciunt.*

Facta

Facta tribus ¹ dominis communis Roma, nec unquam

² In turbam missi feralia sædera regns.

³ O male concordēs, nimiaque cupidine cæci,

Quid miscere iuvat veres, orbemque tenere

In medio? ⁴ Cum terra fretum, terramque levavit

Aër, & longi volvent Titana labores,

Noxque diem cælo totidem per * signa sequetur;

Nulla fides regni sociis, omnisque potestas

Impatiens consorti erit. ⁵ nec gentibus ullis

Credite, nec longe fatorum exempla petantur:

Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Nec pretium tanti tellus, potusque furoris

Tunc erat: exiguum dominos commisit ⁶ asylum.

⁷ Temporis angusti mansit concordia discors,

Paxque fuit non sponte ducum. ⁸ nam sola futuri

Crassus erat belli medius mora. Qualiter undas

Qui secat, & geminum gracile mare separat isthmus,

Nec patitur conferre fretum: si terra recedat,

Ionium Egæo frangit mare: sic, ubi sava

Arma ducum dirimens, miserando funere Crassus

Affyras Latio maculavit sanguine ⁹ Carras,

Parthica Romanos ¹⁰ solverunt damna furores.

Plus illa vobis acie, quam creditis actum est,

¹¹ Arsacida: bellum victis civile dedisti.

Dividitur ferro regnum: ¹² populique potentis,

Qua mare, qua terras, qua totum possidet orbem,

quasi centrum, pondere libratam suo. vers. 91. lib. 5. ut sol diurnos annosque absolvat cursus, ut nox diel vicissim succedat; tamdiu, id est semper, dissilient consociati regni fœdera. * Zodiaci, cujus sex signa

per vices obscurata admittunt noctem, tanquam in æquinoctio. 5 Neque Argis & Thebis petenda erunt exempla, ipsa prima urbis nostræ rudimenta maduerunt sanguine alterius è conditoribus, Remi scilicet à fratre Romulo cæsi, prætextu contemptus, quod novum vallum transilisset.

6 Romulus asylum in urbe aperuerat, quo omnes qui confugerant in partem fortunam novæ urbis invitavit.

7 Modico admodum tempore duravit concordia hæc inter Pompejum & Cæsarem non sincera, expectante utroque dissidii occasionem.

Tertia causa. Cædes Crassi apud Parthos, quem, quoad vixit, uterque respexit, metuens scilicet ne novas res molientibus ille interveniret. Medius itaque intercedens dirimebat bellum civile, non secus atque Isthmos Achaicus seu Corinthiacus, id est, angusta terra inter duo maria, obstat quo minus confundantur & commisceant se Ionium ab Occidente & Ægæum ab Oriente.

9 Urbem Mesopotamiæ, quo noctu se fugiens receperat Crassus, Charan.

10 Aperuerunt viam simultati Cæsaris & Pompeji erupturæ.

11 O Parthi, ab Arsace auctore imperii, libro 5. vers. 218.

12 Imperii Romani amplitudo non ferebat duos, non sufficit duobus, ad 120 vers. infra.

¹ Dominus, & Rex nomina invidiosa, & Romanis libertatis assertoribus semper exosa.

² In plures principes divisit.

³ O male larta gratia conjuncti, atque invadendæ Reip. libidine transversum aëri, sperastisne diuturnam hæc potuisse fieri πολυκροσγεγνιω?

⁴ Quamdiu constabunt sibi rerum naturæ fœdera, ut aquas sublevet terra inferior, ut aër, quasi orbis præsepens, contineat & undique coëreat terram

1 *Quarta causa.* Mors Iuliae Cæsaris filiae, quæ nupta Pompejo & jam gravida, ubi conjugis vellem temere domum e comitiis, in quibus orta contentione, cæsus fuerat Domitius servus, delatam cruore respersam vidisset, animo confectam & viro suo timens, abortum fecit, mortuæque est. Hæc immatura propter Remp. morte intercepta, foedus & insuæ amicitie pessimo civis belli omnine abtulit.

2 Cum Sabini armis vim & illatam ignominiam ulturi, repeterent viros suas à

Non cepit fortuna duos. 1 Nam pignora juncti
Sanguinis, & diro ferales omne redas
Abtulit ad manes, Parcarum, Iulia, sava
Intercepta manu. quod si tibi fata dedissent
Majores in luce moras, tu sola furentem
Inde virum poteras, atque hinc retinere parentem,
Armatasque manus excusso jungere ferro,
2 Vi generos soceris media junxere Sabina.
Morte tua discussa fides, bellumque movere
Permissum est ducibus: 3 Stimulos dedit amula virtus.
4 Tu nova ne veteres obscurent acta triumphos,
Et victis cedat piratica laurea Gallis,
Magne times: 5 te jam series, ususque laborum
Erigit, 6 impatiensque loci fortuna secundi.
Nec quenquam jam ferre potest, Cæsarve priorem,
7 Pompejusve parem. quis justius induit arma,
Scire vesum: magno se iudice quisque tuetur:
Victrix causa deis placuit, 8 sed victa Catoni.
Nec coire pares: 9 alter vergentibus annis
In senium, longoque toga tranquillior usu
Dediticit jam pace ducem: fama que petitor
Multa dare in vulgus: totus popularibus auris
Impellit, plausuque 10 sui gaudere theatri:
Nec reparare novas vires; multumque priorè
Credere fortuna. stat 11 magni nominis umbra.

Romanis sub Romulo raptas; Sabine inter utramque aciem passis crisiibus progressæ, precibus & lacrymis pacem exorabant, patresque viris conciliabant.

3 *Quinta causa.* Duorum ducum annulatio. Iam (inquit Florus lib. 4. c. 2.) Pompejo suspecta Cæsaris opes, & Cæsari Pompejana dignitas gravis. Nec hic scerebat parem, nec ille superiorem. Neas! sic ac principatu laborabant, tanquam duos saxa imperii fortuna non caperet.

4 Tu Pompei, times, ne nova Cæsaris gesta, ac triumpho de Gallis, Germanis & Britannis qui eum inane, obscurent veteres illos tuos triumphos de Armeniis, Mithridate, Afris, Siculis, Hispanis, Cilicibus piratis.

5 O Cæsar.

6 In transgressu oppiduli cujusdam in Alpibus, Cæsar dixisse fertur: Malle hic prius esse quam Romæ secundus. Plutarchus & Vellejus Patere.

7 Pompejus neminem secum dignitate exæquari volebat, 1 Com. Cæsar.

8 Magna certe Catonis laus, utpote cujus iudicium de iustiore causa conferatur deorum. verum ut ait Cicero pro Ligario: Nunc melior est et a iudicanda est, quam etiam dii adjuverint.

9 Pompejus jam prope sexagearius, 12 annorum ocio fretus, artes, usum, & munia strenui Imperatoris dedidicerat, ex largitionibus & ludis captus populi favorem.

10 Quod ad Mitylenæi theatri exemplar, sed multo magnificentiùs è maxime Romæ extruxerat. cum (inquit Florus) Ponticos & Armenios triumphos in Pompejanis theatris Roma cantaret, nimia Pompeji potentia apud ociosos (ut solet) cives movit invidiam.

11 Quod ob rerum gestarum magitudinem consecutus est, sicutatus primum à Syllæ exocitum nomine Magui.

Qualis frugifero quercus sublimis in agro

¹ Exuvias veteres populi, sacraeque gestans
Dona ducum: nec jam validis radicibus harena,

Pondere fixa suo est: nudosque per aëra ramos
Effundens, trunco, non frondibus efficit umbram:

At quamvis ² primo nutet casura sub Euro,
Tot circum silva firmo se robore tollant,

Sola tamen colitur. Sed non in Casare tantum
Nomen erat, nec fama ducis: sed ³ nescia virtus
Stare loco: solusque pudor non vincere bello.

Acer, & indomitus; quo spes, quoque ira vocasset,
Ferre manum, & nunquam ⁴ temerando parcere ferro.
Successus urgere suos: instare favori

Nummit: ⁵ impellens quicquid sibi summa petenti
Obstaret: gaudensque viam fecisse ruina.

Qualiter ⁶ expressum ventis per nubila fulmen
Aetheris impulsu sonitu, mundique fragore

Emicuit, ⁷ rupitque diem, populosque paventes
Terruit, ⁸ obliqua praestinguens lumina flamma:

⁹ In sua templa furit: nullaque exire vetante
Materia, magnamque cadens, magnamque revertens
Dat stragem late, sparsosque recolligit ignes.

Ha ducibus causa suberant: ¹⁰ sed publica belli
Semina, quae ¹¹ populos semper mersere ¹² potentes.

Namque ut opes ¹³ nimis mundo Fortuna subacta
Intulit, ¹⁴ & rebus mores cessere secundis,

Pradaque & hostiles luxum suasere rapina:
Non ¹⁵ auro, tectisque modus: ¹⁶ mensisque priores

¹ Spolia,
ἀνὰ θυμῶν,
τρώα.

² Primo quo-
cumque vento
casum minata.

³ Altiora ut-
que petens

Cæsar (in-
quit Patercu-
lus) supra hu-
manam & na-
turam & fidem

evectus, dux
erat bello pe-
ritissimus, ci-
vis in toga (nisi

ubi vereretur
ne quem habe-
ret parem) mo-
destissimus.

⁴ Temere
cruentando,
ubi res vim &
arma posceret.

infra l. 1. v. 439.

* Ita Seneca
de Xerxe:

Divina atque
humana imp-
pellentem &
mutantem

quicquid obsti-
terat, trecenti
stare iusserunt.

l. 6. de Benef.

c. 31.

⁵ Ex opinione

Zenonis, qui fulmen voluit esse validam incensionem è nubibus inter se vi-
ventorum collisus erumpentem, & vehementi cum impetu ad terras ruentem.

⁶ Protulit lucem, vel, calore suo & fulgore diei lucem superavit. ⁷ Obli-
que contortum, oculis ostuso lumine, aciem perstringit. ⁸ In Iovis ipsius
fulminatoris templa, vel, in coeli convexa. Hæc enim sunt templa coeli.

quod, nulla illi materia obstante, pergit & retorquetur, & dissipatam flammam
conglobat. Joach. Camer. ⁹ Sexta & ultima Causa. Romanorum vitia, ex
diutina pace & nimia felicitate luxus in ædificiis, cibus, vestibus: avaritia,

ambitio, dominandi libido, seditiones, studia partium, &c. ¹⁰ Assyrios,
Persas, Lacedæmonios, Carthaginienses, Coriuthios, Milesios, Aliæ multos
populos. ¹¹ Asiaticas, Attalicas, Ponticas, Cyprias, Corinthiaticas.

Luxuriam spoliorum & censum in damna sumentem. Petron. ¹² Et boni
mores coeperunt depravari vitiis, quæ suadent res secundæ. Martial. l. 11. ep. 6.

¹³ Vasis aureis, vel, Hendiadis. Auratis tectis, lacunaribus auro reudentibus.
¹⁴ Veterum Rom. hominum continentium & frugalium cibi jam fastiditi,
ingeniosa gula est. Siculo scarus, &c. Petron. vel ipsæ mensæ. Nil rhombus,
nil dama sapit, nisi sustinet orbes Grande cibus è cævo factos, &c. Iuven. 11.

Sat. & postea, l. 10. Orbes scissos Atlantiæ silva, sic Petron. Ecce, Africæ
ænta terris cærea mensa.

Asper-

1 Multitia,
vestes sericas
& bombycl-
as quæ soe-
miis vix lu-
dulgerentur
sumpsere viri.
Et ser moua
monina vestis,
Quaque vitam
quærit. Pe-
tron. Arbitr.
2 Quæ stre-
nuos & egre-
gios olim pro-
duxit viros,
Fabricius, &
incomptis Cu-
rium capillis,
uisilem bello
sulis & Camil-
lum Sæua pan-
peras, & avi-
sua apto cum
lars fundus.
Horat. l. 11.
Ode 12. &
Valer. Max.
lib. 4. c. 4.
3 Aurum,
luxus, omolum-
que vitiorum

*Aspernata fames: 1 cultus gestare decores
Vix nuribus, rapuere mares: 2 fecunda virorum
Paupertas fugitur, totoque arcessitur orbe,
3 Quo gens quaque perit. 4 tunc longos jungere fines
Agorum, & quondam duro sulcata Camilli
Vomere, & antiquos Curiorum passa ligones,
Longa sub ignoti extendere rura colonu.
Non erat in populus, quem pax tranquilla iuaret,
Quem sua libertas immotu pasceret armu.
5 Inde ira faciles, &, quod suafisset egestas,
Vile nefas: magnumque decus, ferroque petendum,
Plus patria potuisse sua: 6 mensuraque juris
Vix erat: hinc 7 leges, & 7 plebiscita coacta;
8 Et cum Consulibus turbantes jura Tribuni:
Hinc 9 rapti pretio fasces, sectorque favoris
Ipse sui populus, lethalisque ambitus urbi;
Annua venali referens certamina Campo:
Hinc 10 usura vorax, avidumque in tempore fœnus;
Et 11 concussa fides, & 12 multis utile bellum.*

*Iam gelidas Casar cursu superaverat Alpes,
Ingentesque animo motus, bellumque futurum
13 Ceperat: ut ventum est parvi 14 Rubiconis ad undas,
15 Ingens visa duci patria strepidantis imago.*

materia, Lacedæmonis aliisque gentibus fatalis. 4 Iam non contenti a gellis quos viri continentissimi, Camillus aravit, Corlus fodit, ceasentes illum perniciosum esse cives cui non sufficerent septem jugera; extendebant hos agros neque ad ignotos sibi colonos, vicinorum coemptione & adjectione, vel, ipsi non sua manu agros colebant, sed alienis colendos elocabant, vel, latifundia in provinciis sub ignotis colonis possidebant. 5 Ab hoc fastu & luxu faciles erant ad iras, vindicandasque injurias; hinc pro levi erat omne aggredi nefas, ad quod sua egestas ære alieno gravatos impulerat, vel, peccata, quæ quis è tenentibus atque egenis designaret pro vili & levi habebant, grandia aggrediebantur scelera, visumque est decus magnum, &c. ut seq. 6 Quod quisque potuit, licuit. 7 Coss. & Senatus ferebant leges, Tribunal & plebs, plebiscita, servit plebs. 8 Tribuni contra nitentes quam Coss. omnia confundebant jura. 9 Consulatus, cujus insignia fasces & securæ, venalis factus est: dum populus favoris sui auctionator, largitionibus potentium corruptus suffragia vendebat, nec sine contentione & rixis, non raro ad cædem usque in Campo Martio, quo Calend. Ianuar. ad comitia descendebat. Emptique Quirites ad prædam strepitumque lucris suffragia vertunt. Venalis populus, venalis curia Patrum; Est favor in pretio, Petron. Arbitr. 10 Gemino depresso gurgis prædam Fœnoris illuvies ususque exederat æris. Arbitr. 11 Labefacta credito. 12 Qui re profligata & perditâ misceri omnia turbarique cupiebant, opesque ex bellis civilibus, proscriptionibus & auctionibus sperabant. 13 Conceperat. 14 Fluvii, qui Italiam à Gallia ceteriore determinat. 15 Videtur hoc affuissse poeta, ex eo somnio, quo Cæsar (ut refert Plutarchus) sibi visus est matrem stuprum inferre. vide sis ostentum quod Cæsari ad Rubiconem cunctanti & cogitabundo factum est, apud Sueton. c. 33. Jul. Cæs.

Clara per obscuram vultu mæstissima noctem,
 Turrigero ¹ canos effundens vertice crines,
 Casarie ² lacera, nudisque adstare lacertis,
 Et gemitu permista loqui: Quo tenditis ultra?
 Quo fertis mea signa viri? si jure venistis,
 Si cives: ³ hucusque licet. Tunc perculit horror
 Membra ducis, riguere coma, gressumque coercens
 Languor in extrema tenuit vestigia ripa.
 Mox ait: ⁴ O magna qui mœnia prospicis urbis
 Tarpeja de rupe tonans, ⁵ Phrygiique penates
 Gentis Iulea, & ⁶ rapti secreta Quirini,
 Et residens celsa ⁷ Latiulus Iuppiter Alba,
⁸ Vestalesque foci, summique o numinis instar
 Roma, fave cæptis: non te furialibus armis
 Persequor: en adsum victor terraque, marique
 Casar, ubique tuus, (liceat modo) ⁹ nunc quoq; miles.
 Ille erit ille nocens, qui me tibi fecerit hostem.
 Inde moras solvit belli, ¹⁰ tumidumque per amnem
 Signa movet propere. sic cum squalentibus arvis
 Æstifera Libyes viso Leo cominus ¹¹ hoste
 Subsedit dubius, totam dum colligit iram,
 Mox ubi se seva stimulavit verberare ¹² cauda,
 Erexitque jubam, & vasto grave murmur hiatus
 Infremuit: tum torta levu si lancea Mauri
 Hareat, aut latum subeant venabula pectus,
¹³ Per ferrum tanti securus vulneris exit.
 Fonte cadit modico, parvisque impellitur undis
¹⁴ Puniceus Rubicon, cum fervida canduit ætas:
 Perque imas serpsit valles, & Gallica certus
 Limes ab Ausonius determinat arva colonis.
¹⁵ Tuuc vires præbebat hyems, atque ¹⁶ anxerat undas

1 Propter antiquitatem.

2 Ob discordiam.

3 Ad Rubiconem, in columna erecta insculptum erat senatus consultum, quo cautum est, Ne cui ultra hos fines arma proferre liceret.

4 O Iupiter qui coleris in monte Capitolino, seu Tarpejo, dicto à Tarpeja Vestali, quæ ibi obruta est sculis Sabinis, ex pacto proditæ arcis.

Iupiter omnipotens, & in Sæmnia Tullus, &c.

Tellor ad bas acies invictum accessere Martem, Invictas me ferre manus, &c. Cæf. apud Petronium.

5 Quos Trojæ flammis ereptos secum in Italiam Æ-

neas duxit, Apollinem & Neptunum, ut quidam volunt, ut alii Minervam, Iovem, Junonem, h. e. tres æris regiones, penatesque per quos penitus spirant, è gente autem Iulii Cæsaris originem duxit. 6 Sacra mysteria Romuli in coelum translata. Plutarchus in Romulo. 7 Cui tanquam Latii præfidi sacra in monte Albano dedicavit Ascanius, statuam, ferias, viscerationem. 8 Iguis, quem è Troja ab Ænea in Italiam advectum, virgines inextinctum conservant in Vestæ templo, huc à Numa ex Alba translatum. 9 Etiam nunc quum videor arma contra te ferre, propugnator tamen tuus defensorque sum. 10 Inhibris & resolutis alvibus auctum, mox v. 217. 11 Venatore. 12 Cauda, quæ sulmi index, crebro lœu se flagellat, atque ad iracundiam excitat. Plin. 8. 13 Per ipsum, quo transigitur, venabulum, in venatorem ruit. 14 A colore terræ, vel allusum ad Erymon. Alii leg. Punicens. 15 Mense Ianuar. 16 Alii leg. hanferat, quia sequi gravida cornu, hoc est, aquis pleno.

1 Tertia luna ab interlunio, quæ fere pluvia est: vel, quid si intelligamus, pluvisse jam tres noctes?

2 Nives ex Apenninis Alpibus.

3 Equites primum ingressi armen, fluminis impetum sustinet, quo tutius transcant pedites.

4 Et, Senatus Consulto, ut supra v. 93. &, quia Rubicon terminus erat provincie Cæsaris.

5 Violata. Consecutus cohortes (inquirit Sueton.) ad Rubiconem si qui provincie ejus finis erat, paulum constitit: ac reputatos quantum moliretur, conversus

1 Tertia jam gravido pluvialis Cynthia cornu, Et madidis Euri resoluta flatibus 2 Alpes.

3 Primus in obliquum somipes opponitur amnem, Excepturus aquas. molli tum cætera rumpit Turba v. do fracti faciles jam fluminis undas.

Cæsar ut adversam superato gurgite ripam Attingit, Hesperia 4 vetitis & constitit arvis, Hic, ait, hic, pacem, & temerataque jura relinquo; Te, Fortuna, sequor: procul hinc jam fœdera sunt.

Credidimus factis, utendum est 6 iudice bello. Sic fatus, noctis tenebris rapis agmina ductor Impiger, & 7 torto Balearis verberare funda

Ocyor. & missa Parthi 8 post terga sagitta: Vicinumque minax intravit 9 Ariminum, 10 ut ignes Solis lucifero fugiebant astra relicto.

Iamque dies primos belli visura tumultus Exoritur: 11 seu sponte deum, seu turbidus Auster Impulerat, mæstam tenuerunt nubila lucem.

Constitit ut capto jussus deponere 12 miles Signa foro, stridor lituum, clangorque tubarum

13 Non pia continuat cum rauco classica cornu. Rupta 14 quies populi, stratisque excita juvenus

15 Diripiunt sacris affixa penatibus arma, Qua pax longa dabat, nuda jam crate 16 fluentes Invadunt clypeos, curvataque cuspide pila,

Et scabros nigra morsu rubiginis enses.

Ut nota fulsere aquila, Romanaque signa,

Et celsus medio conspectus in agmine Cæsar,

17 Diriguere metu, gelidos pavor alligat artus,

ad proximos, etiam nunc, inquit, regredi possumus: quod si ponticulum transierimus, omnia armis agenda erunt. Cunctanti ostentum tale factum est, &c. Tuac Cæsar, Eurus, inquit, quo deorum ostenta & inimicorum iniquitas vocata. Iusta est alea. Sueton. Jul. Cæs. c. 32. & Appian. lib. 2. de civ. bello. Iudice fortuna cadat alea. Cæsar apud Pæroon. 6 Alii, vindice. 7 Lapide nullo è funda Balearica. Baleares insulae dux sunt in mari Mediterraneo, 9 Umbriae olim dictæ, hodie Majorca & Minorca. quarum incolæ erant suaditores peritissimi, quibus id unum ab infantia studium. Cibum puer à matre non accepit, nisi quem ipsa monstrante percussit. Flor. l. 3. c. 8. 8 Parthi dum se fugere simulant, sagittas ab inguine ductas in hostem à tergo mittunt. 9 Umbriae urbem in Flaminia via. 10 Oriente Sole stellas obcurante quarum ultimæ Extat Lucifer. 11 Seu deorum voluntate evocit hoc civilis tempestatis signum, sive inductis ab Austro nubibus: moestus utique erat. sic initio l. 7. 12 Cæsi milites, jussi occupato foro classica capere, aquilas ponere. 13 Impios belli civilis contentus. 14 Somnus. 15 Obvia quæque & templorum parietibus sospensa arma rapiunt. 16 Dissolutos, vimineas sc. crates corio à blattis & vetustate exeso nudatas. 17 Ariminenses.

1 Et tacito mutos volvunt sub pectore questus,
 2 O male vicinis hæc mœnia condita Gallis!
 O tristi damnata loco! pax alta per omnes,
 Et tranquilla quies populos: nos prada furentum,
 3 Primaque castra sumus. melius Fortuna dedisses
 4 Orbe sub Eo sedem, 5 gelidaque sub 6 Arcto,
 7 Errantesque domos, 8 Latius quam claustra tueri.
 Nos primi 9 Senonum motus, 10 Cimbrumque ruentem
 Vidimus, & 11 Martem Libyes, cursumque furoris
 Teutonici. quoties Romam fortuna laceffit,
 Hac iter est bellis. 12 gemitu sic quisque latenti,
 Non ausus timuisse palam: vox nulla dolori
 Credita: sed quantum, volucres cum bruma cœrcet,
 Rura silent, mediusque jacet sine murmure pontus;
 Tanta quies. Noluit gelidæ lux solverat umbras:
 13 Ecce facies belli, dubiaque in prælia menti
 Vrgentes addunt stimulos, cunctasque pudoris
 Rampunt fata moras: justos Fortuna laborat
 Esse ducis motus, & causas invenit armis.
 Expulit ancipiti discordes urbe Tribunos
 14 Victo jure 15 minax jactatis curia Gracchis.
 Hos jam mota ducis, vicinaque signa petentes
 16 Audax venalis comitatur Curio lingua:
 Vox quondam populi, libertatemque tueri

1 Hypallage,
 vel lege: *Es
 tacitos natus
 vol.*

2 O urbem
 nostram male
 sitam contra
 Galliam, & in
 cardinibus Ita-
 liæ, exposi-
 tam omnibus,
 qui Italian
 invaserint.

3 Primum op-
 pidum, in quo
 hostis castra
 ponit.

4 Sub cirru
 nimium pro-
 pinqui Solis, in
 terra (ut ve-
 teribus credi-
 tum) domibus
 negata.

5 Vel sub gel.
 conjunctione
 copulativa
 frequentius à
 Lucano usur-
 pata pro dis-
 junctiva.

6 Quod la-
 tus mundi

nebula malusque Iupiter urget. 7 Scytharum ἀνατολίῳν. vel etiam, No-
 madum, Numidarum. Quorum plura vagas vite trahunt domos. 8 Fau-
 ces & limites Italiæ. 9 Hi ulturi injuriam Fabii legati, qui contra jus ge-
 nium Gallorum ducem hasta trajecerat, exercitum à Clusio inveniunt ad Urbem,
 Romanos occurrentes ad Aliam fl. profligant, Romanos contendunt, quam diripi-
 unt, diruunt, incendunt, Capitolium septem menses obsideant, tandem Camilli
 interventu Roma liberata est A. V. 365. 10 Cimbri è Germania Cersone &
 Teutones post multos Rom. coff. & procoff. cum exercitibus fustis, à Mario
 victi tandem castrisque sicut A. V. 652. divisim posuit eos poeta, quod diversis
 pugnis, & diverso itinere superati sunt. 11 Secundum bellum Punicum.
 quavis non hac iter erat Annibali. Asdrubali forte. 12 Indignabantur
 hæc Ariminenfes, sed tacite. comparatione ducta ab avibus hyberno frigore
 congestis, & à maris mediis tranquillitate. 13 Q. Cassius & M. Anto-
 nius Tribuni plebis à Marcello & Lentulo Coff. Senatu excedere iussi, quod
 pro Cæsare intercederent, urbe egressi, noctu, conducto cirru, servili-
 que veste amicti, ad Cæsarem profugerunt. & cum iis Curio, de quo lib. 1.
 vers. 799. erat autem is eo tempore Ravennæ, ut habet Cæsari: Com. ex-
 pectabatque suis lenissimis postulatis responsa. 14 Violato Tribunicio po-
 testatis sacrosancto jure. 15 Senatus, reprobrata Tribunis Gracchorum
 seditione, his eundem exitum interminatus est, ut curia discederent.
 16 Curio nuper Tribunus plebis Cæsari infestus, populo acceptus, ad dicen-
 dum paratissimus, plurimo ære alieno gravatus à Cæsare levabatur, factusque
 suam partem.

1 Non reconciliare, ut voluit quidam, sed inter se committere, propter participium *Ausus*, vel, intra conditionem privatorum redigere. laborabat enim, ut & Pompejus exercitus deponeret.

liam quidem in Thessalia victus est Pompejus à Cælare. Apud Philippos in Thra-
cia devicti Brutus & Cassius postea ab Antonio & Octavio.

1 Externo. Hostis apud maiores nostros dicebatur, quem tunc peregrinum dicitur. Cic. 1 Offic.

2 Aegyptum inuit, quo fugientem post Pharsalicam pugnam Pompejum Cæsar secutus erat.

3 Qua septem ostiis in mare lapsus colorem ejus & saporem mutat Nilus fluvius

Aegypti quondam regnata Ptolomæo Labi F. l. 8. §. 691.

4 Pompejum, ab Achilla jussu Ptolomæi obruendum.

5 In Africam, quo se recipient, qui pugna Pharsalicæ superfuerint.

6 Expeditionem Cæsaris per montes Pyrenæos in Hispaniam designat, expugnaturi Petrejum & Afranium, mox Pompeji filios ad Mundam.

7 Romanam reversus Reip. constituet.

8 Cæsar interficietur Cæsar in Senatu.

9 Octavius & Antonius ulturi Cæsaris percussores Brutum, Cassium, &c.

10 Athenas, Armeniam, Parthiam, Aegyptum, quo se devictis ad Philippos Cassio & Bruto, conferet Antonius, & ipse mox ab Octavio superandus uavali pugna ad Actium.

11 Cæsi furor & rabida ora quiescent. Virg. 6 Æn.

Quis furor hic, ô Phæbe, doce : qua tela, manusque Romana miscent acies, bellumque sine hoste est ?

Qua diversa feror ? 2 primos me ducit in ortus,

3 Qua mare Lagei mutatur gurgite Nilii.

4 Hunc ego, fluminea deformis truncus arena

Qui jacet, agnosco : dubiam super aquora Syrtim,

6 Arentemque feror 6 Libyen, quo tristis Erinnyis

Transtulit Emathias acies. 7 nunc desuper Alpibus

Nubifera colles, atque aëriam Pyrenen

Arripimur. 3 patria sedes remeamus in urbis :

9 Impiæque in medio peraguntur bella Senatu.

10 Consurgunt Patres iterum, 11 totumque per orbem

Rursus eo, nova da mihi cernere litora ponti,

Telluremque novam : vidi jam Phæbe Philippos.

Hac ait : & 12 lasso jacuit defæta furore.

LIBER II.

1 Monstra primum ac prodigia sollicitudinem, & curam sciendi quid hæc portenderent, injecerant : bella mox ex auspiciis, astrologi, Phœbadis variis prædictis, timorem & consternationem incusserant. Iovem itaque precatur poëta, ne liceat sortes futuras vel è portentis deorum, vel è prælagis hominum præscire, hincque ex animo miseros priusquam è fato fiant.

2 Continuo clades hominum venturaque damna Auspiciis patere deum, &c. Perr.

3 Sive (ex sententiâ Stoicorum) omnia regantur fatali necessitate, & legibus quas ab orbe condito posuit Deus, quas semel jussit, quibus semper paret ; sive, ut voluit Epicurei, temere omnia & casibus eveniant : sit Nescia mens hominum fati, sortisque futura. Statius Theb. 3. superæ seu conditor aula, &c. Cic. Div. præscientia malorum cui provideri & caveri non potest, inutilis est, &c. vide & dissertationem Favorini apud A. Gellium, lib. 14. cap. 1. Senec. passim & Boëtium.

1 **I** Amque 2 ira patuere deum, manifesta que belli Signa dedit mundus : legesque & fœdera rerum, Præscia monstrifero vertit natura tumultu.

Indixitque nefas. cur hanc tibi rector Olympi

Sollicitis visum mortalibus addere curam.

Nescant venturas ut dira per omnia clades ?

3 Sive parens rerum cum primum informis regna,

*Materiamque rudem flamma cedente recepit,
 Fixit in aeternum causas qua cuncta coercet,
 Se quoque lege tenens, & secula iussa ferentem
 Fatorum immoto divisit limite mundum :
 Sive nihil¹ positum est, sed² fors incerta vagatur,
 Fertque, refertque vices, & habent mortalia casum :
 Sit subitum quodcunque paras : sit caca futuri
 Mens hominum sati : liceat sperare timenti.*

³ Ergo ubi concipiunt quantis sit cladibus ⁴ Urbi
 Constatura fides Superum, ferale per urbem
 Iuslitium : s' latuit plebejo testis amictu
 Omnis honos : nullos comitata est purpura fasces :
 Tum questus tenuere suos, magnusque per omnes
 Erravit sine voce dolor. ⁵ sic funere primo
 Attonita tacere domus, cum corpora nondum
 Conclamata jacent, nec mater crine soluto
⁷ Exigit ad favos famulorum brachia planctus :
⁸ Sed cum membra premit fugiente rigentia vita,
 Vultusque exanimis, oculosque in morte ⁹ jacentes ;
¹⁰ Nec dum est ille dolor, sed jam metus : incubat
 amens,

*Miraturque malum, ¹¹ Cultus matrona priores
 Deposuit : maestraque tenent delubra caterva.
 Ha lacrymis sparsere deos, ha pectora duro
 Afflixere solo : lacerasque in limine sacro
 Attonita fudere comas : votisque vocari
 Assuetas crebris feriunt ululatibus aures.
¹² Nec cuncta summi templo jacuere Tonantis ;
¹² Divisere deos : ¹³ & nullis defuit aris
 Invidiam factura parens. quarum una madentes*

clamabant & nomine ter vocatum iudabant aeternum valere : *Salve mi maxime
 Palla Aeternumque vale.* Virgil. 1. Aen. ⁷ Tanquam praefixa modum lu-
 ctus & planctus signa dat. vide quae ad Sen. Troad. *Y. 13.* ⁸ Cum vero
 mater in extremo quasi amplexu premit membra rig. ⁹ Al. *minater.*
¹⁰ Micyllus suspicatur haec esse transposita, legendumque : *Nec dum est ille
 metus, sed jam dolor.* quasi dicat, omni jam vitae spe deplorata metum in
 dolorem abiisse. ¹¹ Sic jam matres vestis mutatione, planctu, sparsa
 ctione, lactu, supplicatione dolorem veluti in publica calamitate restantur.
¹² Sed aliae alia deorum templa petebant. ¹³ Diis, qui non exaudi-
 rent supplices. Invidiam alleni facit qui ejus favillam in odium adducit. *Ante
 ipse, quo mors foret invidiosior, atas.* Ovid. Met. 7. Vel, Ne invidiam & in-
 dignationem diis inter se moveret, omnes frequentavit aras, nullis restantur.
 Copulativa scilicet pro disjunctiva posita, ut supra monui lib. 1. *Y. 252.* quando-
 que pro negativa praecedente negatione, quod nostro usitatum, infra *Y. 235.*
 lib. 3. *Y. 5. 2.*

1 Fato decre-
 tum.

2 Al. *for.*

3 Postquam
 igitur ex ostentis & vaticiniis innotuit quantas clades allatura esset prodigiorum certitudo : indicta est juris dicendi ratio seu intermissio, quod non nisi in publica calamitate, in-
 stant aut necessitate fiebat.

4 Al. *Orbi.*

5 Magistratus omnes sum-
 pserunt plebeios habitus, neque a vulgo discernebantur veste. ipsi Con-
 sules exuebant purpuram.

6 Quasi dolo-
 re hinc ru-
 pentque, qui
 animam jam
 exhalanti ad-
 stant ; ubi vero
 expiravit, con-

1 Licet indulgere lactymis & dolorem luctu fateri, quoadiu neuter vicerit; at cum alter vicerit, vel ex animo, vel simulate gaudendum est.
 2 Alterutra, alii Pompejana, alii Casariana.
 3 O felices illos, quibus contingere hostes externi, utcuque crudeles; & quibus nativis tempore Punicorum bellorum contingit oppetere, vel clade Canensium, in qua periit P. Aemilius Cos. cum 44000 Rom. vel ad Trebiam fl. ubi L. Sempronius Cos. magna clade ab Annibale victus fuit. mi-

Scissa genas, planctu liventes atra lacertos,

Nunc, ait, o misera contundite pectora matres,

Nunc laniate comas, neve hunc differte dolorem,

Et summi servate malis: ¹ nunc flere potestas,

Dum pendet fortuna ducum: cum vicerit alter,

Gaudendum est. his se stimulis dolor ipse lacepsit.

Nec non bella, viri, ² diversaque castra petentes

Effundunt justas in numina sava querelas.

³ O misera sortis, quod non in Punica nati

Tempora Cannarum fuimus, Trebiaque juventus.

Non pacem petimus Superi: date gentibus iras:

Nunc urbes ⁴ excite feras: conjuret in arma

Mundus: ⁵ Achamenis decurrans Medica Susis

Agmina: ⁶ Massagetis Scythicus non alliget Ister:

Fundat ab extremo ⁷ flavos Aquilone ⁷ Suevos

⁸ Albis, & ⁹ indomitum Rheni caput: omnibus hostes

Reddite nos populis: civile avertite bellum:

Hinc ¹⁰ Dacus premat, inde ¹⁰ Getes: ¹¹ occurrat

Iberis

Alter: ad Eoas hic vertat signa pharetras.

¹² Nulla vacet tibi Roma manus. ¹³ vel perdere

nomen

Si placet Hesperium, Superi, collapsus in ignes

Plurimus ad terram per fulmina decidat ather.

Save parens, utrasque simul partesque ducesque,

¹⁴ Dum nondum nieruere, feri, tantone novorum

Proventu scelerum quarunt, uter imperet ¹⁵ Urbi?

¹⁶ Vix tanti fuerat civilia bella ¹⁷ moveri,

Vt neuter. Tales pietas ¹⁸ peritura querelas

feros heu nos, qui in hac civilis belli tempora incidimus. ⁴ Adversus nos. ⁵ Contra nos veniant Parthi e Susis civitate Persidis. lib. 8. v. 224. Persae autem & Medi confuse ponuntur pro Parthis, gravibus Rom. nominis hostibus, apud quos Crassus cum filio & exercitum nuper perierant. ⁶ Neque Ister prohibeat Scythas & Sauromatas quominus in nos irruant. Ad Massagetis vero non pervenit Ister, neque e Scythia fluit. ⁷ Bavaros, Polonos, Pomeranos, quibus caesaries flava. ⁸ Elbe, Germaniae fl. e montibus Bohemiae ortus. ⁹ Rhenus duos habet fontes inter Rhetos, quos Augustus coercuit, non domuit. Sueton. ¹⁰ Sarmatiae Europae popul. *Walachi, Moldavi, Transylvani.* ¹¹ Occupentur Pompejus & Caesar externis bellis, alter in Hispanos, alter ducat legiones in Parthos pharetras. ¹² Omnes gentes Romanae undique hostili animo petant. ¹³ Si vobis o Superi decretum sit funditus perdere Rom. nomen, vestra manu pereat, fulmine coelitus in terras misso. ¹⁴ Antequam civili polluantur sanguine. ¹⁵ Al. Orbem ¹⁶ Civile bellum non erat movendum, ut neuter imperaret. id est pro ipsa etiam libertate tuenda. ¹⁷ Al. movere. ¹⁸ Nil profutura.

1 Egerit : 2 at miseris argit sua cura parentes ,
 Oderuntque gravis vivacia fata senecta ,
 Servatosque iterum bellis civilibus annos .
 3 Atque aliquis magno quarens exempla timori ,
 Non alios, inquit, motas tunc fata parabant ,
 4 Cum post Teutonicos victos, Libycosque triumphos
 5 Exul timosa Marius caput abdidit ulva .
 Stagna 6 avidi texere soli, 7 laxaque paludes
 8 Deposuit fortuna, tuum : mox vincula ferri
 Exedere senem, longusque in carcere pavor ,
 9 Consul, & eversa felix moriturus in urbe
 10 Pœnas ante dabat scelerum . 11 mors ipsa refugit
 Sape virum, frustra que 12 hosti est concessa potestas
 13 Sanguinis invisi, primo qui cadis in ictu
 Dirigit, ferrumque manu torpente remisit ;
 Viderat immensum tenebroso in carcere lucem ,
 Terribilesque 14 deos scelerum : 15 Mariumque futurum :
 Audieratque pavens : Non hæc contingere fas est
 Colla tibi : debet multas hic 16 legibus ævi ,
 Ante suam mortes : 17 vanum deponere furorem .
 Si libet ulciscer deleta funera gentis ,

cum expendere, memoriaque repeterent mala superiorum temporum, quæ partim ipsi sentierant, partim ex aliis audierant, cogitantes quæ & quanta Marius ac Sylla edidissent facinora, nihil de Casare moderari hinc pollicebantur : sed longe plura atque atrociora metuebant, quod ejus milites majori ex parte barbari erant.

4 Postquam triumphasset de Iugurtha subacta Numidia, & postea de Cimbris & Teutonibus, supra l. 1. v. 254. 5 C. Marius invidens Cor. Syllæ gloriam traditi à Baccho Iugurthæ ; & ambitione ardens, delatam Syllæ contra Mithridatem expeditionem, & imperium abrogare per Sulpitium trib. pleb. conatus, Syllam, qui adhuc in Campania socialis belli reliquias persequabatur, irritavit. Hic itaque exercitu Romano ducto, Urbem ingressus, devotos adversarios ex S. C. hostes judicatos urbe expulit. Elapsus fuga Marius, in Minturnensium paludibus, demersus calamis & palustribus herbis tectus delituit. hinc emergens equitum strepitu territus, ab iis quos Geminius miserat deprehensus ; Minturnas in custodiam, ut publice occideretur, abreptus est.

6 Bibuli. 7 Quæ Marius demertum admitterent. 8 Reservatum ad septimum Consulatum. 9 Cos. septimum futurus & victor ultorque hostium moriturus in urbe. 10 Tulse jam pœnas eorum scelerum quæ perpetraturus erat postmodo Roman reversus.

11 Carnifex Minturnensium, Cimber ceu Gallus, ingressus facerem tenebrosam percussurus Marium, vidit ignem ex oculis Marii emicantem, auditque vocem : Tunc homo Marium interficere audeo ? Territus fugit Cimber, & Minturnenses miseratione & reverentia viri quondam vindicis Italiæ ducti Marium dimiserunt.

12 Cimbro, oslin è numero hostium à Mario devictorum. 13 Mari, quem victorem oderat. 14 Furias Sive ποινίμους. Dii autem utriusque sunt generis.

15 Emphasice, futurum scilicet crudelem ultorem. 16 Morti. 17 Cupiditatem mei iocandam.

1 Effudit, ab egero, vi. 2 Seves de legibus fatorum questos & nuncio de stamine, quod hæc in tempora durent, quod factious admiserint dignum tam longo ævo. Itv. 10 f. 3 Atque aliquis seum expressurus presentem calamitatem, repetit civilis inter Marium & Syllam belli faciem, cui hæc confert. Audi Dionem lib. 41. iam cum iras cupiditatesque eorum qui Rom. petebant, se-

1 Me sœviturum in Romanos & inferias ex illis relaturum, civibus tuis ab iis cœsis.

2 Nou illum servabatur dii quod Mario faverent, sed quod Romæ irascereutur, hoc effero viro usuri pro suo flagello.

3 Marius à Minuruentibus dimissus, iter mare versus per devia corripuit, se in scapham coniecit, insurgente tempestate gubernaculo fracto delatus est ad insulam Meulagen, ubi rece-

ptis quibusdam sociis, auditoque filium suum cum Cethego salvos in Africam evasisse ad Hlempsaem, & ipse ad agrum Carthaginiensem traiecit, ibi Interdictus à Sextili prætoris licetore, ne in Africa pedem poneret: *Renuncia*, inquit *Martus, prætori, vidisse se C. Marium exulem in rudibus Carthagini sedentem: haud male fortunam ejus urbis, & suorum rerum mutationem in exemplum ei proponens. Plutarchus. Et Cimbrum in Mario, Mariumque in carcere viditum. Quod Consul sociens, exulque, ex exule Consul: Es jaculis Libycis compar jactura ruinis, &c. Manil. 4.*

4 Cui interdicitur à Prætoro, hostis declaratus, vel, Mario infestam, qui eam subegerat. 5 *Hypallage*, ipse nudus, vel desolata, incolis vacua, aut rara. 6 Carthagini solatio erat Marlus huc miseriarum adactus: Mario, homulo, tantæ urbis excidium & ruina. 7 *Effugas*, immanes, quales solent esse barbarorum. 8 *Marius clade major, si quidem*

carcer, catena, fuga exilium horrificaverant dignitatem. Florus lib. 3. cap. 2.

9 Cum C. Cinna Cos. ad popul. referret de revocandis quos Senatus, ita volente Sylla, hostes judicaverat, & de adscribendo novorum civium x tribus veteribus xxxv, à dissidentibus Cos. in media urbe disceptatum est. Cinna Vrbe pulsus à Cn. Octavio collega, sollicitat urbes Italicas, vires undique contrahit servis etiam ad libertatem vocatis, reversum Marium sibi junxit, quadruplici agmine urbem intrant Cinna, Marlus, Carbo, Sertorius, in adversarios deservit.

10 Manicis & catenis soluti servi modo ergastuli clausi, capessunt arma. 11 Nemo apud Marium in honore aliquo erat, nemo signifer, nisi qui scelere insignis esset, vebisset nefarius in militiam.

12 Lege Appianum de hac re lat. de civili bell. Florum lib. 3. cap. 21. Plutarchum Mar.

13 Neque his parcebatur qui ad templa & aras confugerant. 14 Etiam seculbus alterum jam pedem in Charontis cymba habentibus, mortem accelerabant.

1 Hunc Cimbrî servate senem. 2 non ille favore Numinû, ingenti Superiûm protectus ab ira, Vir ferus, & Romam cupienti perdere fato

Sufficiens. 3 idem pelago delatus iniquo

4 Hostilem in terram, vacuisque mapalibus actus.

5 Nuda triumphati jacuit per regna Iugurtha,

Et Pœnos pressit cineres, 6 solatia fati

Carthago, Mariusque tulit: pariterque jacentes

Ignovere deû. 7 Libycas 8 ibi colligit iras.

9 Ut primum fortuna redit, servilia solvit

Agmina: 10 conflato savas ergastula ferro

Exeruerè manus. 11 nulli gestanda dabantur

Signa ducû, nisi qui scelerum jam fecerat usum.

Attuleratque in castra nefas. prò fata! qui ille

Qui fuit ille dies, Marius quo mania victor

Corripuit? quantoque gradu mors sava cucurrit?

12 Nobilitas cum plebe perit: lateque vagatur

Ensis: & à nullo revocatum est peccore ferrum.

13 Stat cruor in templi: multaque rubentia cade

Lubrica saxa madent. nulli sua profuit atas:

14 Non senis extremum piguit vergentibus annis

Præcipitasse diem: nec primo in limine vita

Infantis miseri nascentia rumpere fata.

Crimine quo parvi cadem potuere mereri?

*Sed satum est jam posse mori. trahit ipse furoris
Impetus: & visum est lenti, quasisse nocentem.*

*3 In numerum Pars magna perit: rapuitque cruentus
Victor ab ignota vultus cervice recisos,*

Dum vacua pudet ire manu. 4 spes una salutis

Oscula polluta fixisse trementia dextra:

Mille licet gladii mortu nova signa sequantur,

5 Degener o populus, vix secula longa decorum

Sic meruisse viris, nedum breve dedecus avi,

Et vitam, dum Sylla redit. Cui funera vulgi

Flere vacet? 6 vix se sparsum per viscera Babi

Innumeras inter carpentis membra 7 corona

8 Discessisse manus: aut te 9 prasage malorum

10 Antoni, cujus laceris pendentia canis

Ora ferens miles festa rorantia mensa

Imposuit, truncos laceravit 11 Fimbria 12 Crassos.

Sava 13 Tribunatio maduerunt robora tabo.

14 Te quoque neglectum violata Scavola dextra

Ante ipsum penetrare dea, semperque calentes

Mactavere focos: parvum sed fessa senectus

Sanguinis effudit jugulo, flammisque 15 pepercit.

16 Septimus hac sequitur, repetitis fascibus, annus:

17 Ille fuit vtra Mario modus, omnia passo.

1 Accepisse
animam quam
amittant.

2 Ignavi.

3 Promiscue
tam innocen-
tes quam no-
centes, ignoti,
pariter ac noti
cadunt augen-
do duataxat
numero.

4 Dederat
quippe hoc
suis signum ut
interficerent
quoscuque
ille non refalu-
tasset, quibus
salutantibus ni-
hil responde-
ret, aut quibus
manum oscu-
landam non
porrexisset.

5 Signum pacis
eras dextram ta-
tigisse tyranni.

6 O degene-
res! qui licet
undique mor-
tem miniten-

tur stricti gladii, velint tam turpi osculi obsequio debere ætatem vel longis-
simam: multo minus redimere brevem in vita eaque ignominiosa moram,
usque dum reversus Sylla & hos qui vitam Marii mupere habent, perimat.

6 Vix mihi vacat flere te o Bæbi, manibus inlittum & turbæ discerptum.

7 Turbæ multitudinis cingentis te. 8 Legitur & *Discerpisse*.

9 Qui calunitatem illam multo ante Metello prædixerat. 10 M. An-
tonii clariss. oratoris, qui immisso ad trucidandum illum percussores eloquen-
tia demulserat, caput abscissum Annus Trib. detulit ad Marium coequantem,
qui caput illud per summam animi ac verborum insolentiam aliquandiu con-
trectatum rostris deinde attingi iussit. Valer. Max. l. 9. c. 2. Cic. de Oratore.

11 Effertur Marii miles. 12 Patrem & filium in mutuo alterum alterius
aspectu. Florus lib. 3. cap. 21. filium à patre in fuga interfectum ne in mili-
tam insequentium manus veniret, refert Appian. 13 Locis ille in car-
cere, unde malefici præcipitabantur, maduit sanguine Liculi Tribuni magi-
stratus sacrosancti. Alii exponunt Rostra, unde Tribui perorabant, ma-
duisse sang. Florus hoc ad Marium filium refert. 14 Mucius, inquit, Scæ-
vola pontifex max. Vestales amplexus aras tantum non eodem igne sepelitur
dextræ Marii. ut modo §. 113.

15 Non extorxit, ut cui parum esset sangui-
nis. 16 Septimus C. Marii Consulatus, namque inter sextum & se-
ptimum intercedebant 13 anni. 17 Intra dies quam inierat consulatum
tredecim, morbo laterali & insania obiit annos natus 70.

1 Experto omnes casus quos homini fata decreverunt.
 2 Ad Sacriportum, haud procul à Præneste contra Marium (C. Marii filium, sive nepotem, intertum) Sylla furit: cum autem Præneste fugisset, obsidionem ejus Sylla delegavit Lucr. Ocellæ. Marius cum per cuniculum caperet evadere, inhibitus, mortem sibi conscivit in cuniculo cum fugæ comite stricto gladio occurrens, &c. Sylla Lamponium & Felelium Samnitium duces, qui ad Col. obsidione exuendum adveniant, ad decimum à Porta Collina stadium consecutus magna strage fudit. Apud Sacripertum & Collinam 70 amplius millia Sylla concidit. Florus. 3 Promiserat Marius Samnitibus, qui à suis partibus steterant, se etalaturum caput Imperii à Romanis ad Samnites, qui jam spem conceperant se majori clade pressuros & miseros sub graviori jugo Romanos, quam olim T. Veturium & Sp. Posthumium ad Foreas Caudinas, Saltum abruptum in Appulia, ubi Romani à Samnitibus sub jugum missi. Liv. 9. 4 Cum adversariis & seditiosis optimos cives tollit, velut acior chirogus, qui membra syocera & saeva cum putridis & corruptis excidit. 5 Hinc illud Metelli: *Stare tantum quos perditurus es.* hinc 40 Senatores, Equites 1600 una tabella proscripti, & vox illa Furfidii: *Vixere aliquos debere, quibus imperaret.* 6 Crudeles Syllani. 7 Imperatum Syllæ de Marianis occidendis non extendebat se tantum in gratiam Syllæ, sed licentiam hanc quisque convertebat in odii sui, aut sceleris libidinem. 8 Proposito percussoribus proscriptorum præmio talentis duobus; indicibus pari præmio; accusantibus iudicio, occulentibus supplicio. 9 A filiis, qui ipsorum obruocaret patrem. 10 Latebras quærebant in sepulchris & lustris ferarum. 11 Al. Desiluit. 12 Præcipuere, præoccupavere, ne in manus & cruciatus hostium devenirent. 13 Ligna rogi sui.

*Qua peior fortuna potest, atque omnibus uso,
 Qua melior: 1 mensoque homini quid fata pararent.
 Iam quot apud 2 Sacri cecidere cadavera portum?
 Aut Collina tulit stratas quot porta catervas,
 3 Tunc cum pene caput mundi, rerumque potestas
 Mutavit tralata locum, Romanaque Samnis
 Ultra Caudinas speravit vulnera Furcas?
 Sylla quoque immensis accessit cladibus ultor.
 Ille quod exiguum restabat sanguinis Urbi
 Haussit; 4 dumque nimis jam putrida membra recidit,
 Excessat medicina modum, nimiumque secuta est,
 Qua morbi duxere, manus. 5 periere nocentes;
 Sed cum jam soli possent superesse 6 nocentes.
 7 Tunc data libertas odii, resolutæque legum
 Frangit ira ruit, non uni cuncta dabantur.
 8 Sed fecit sibi quisque nefas, semel omnia victor
 Iusserat, infandum domini per viscera ferrum
 Exegit famulus: nati maduere paterno
 Sanguine: 9 certatum est, cui cervix casa parantis
 Cederet: in fratrum ceciderunt præmia fratres.
 10 Busta repleta fuga, permistaque viva sepulchris
 Corpora: nec populum latebra cepere ferarum.
 Hic laqueo fauces, elisæque guttura fregit:
 Hic se præcipiti jaculatus pondere dura
 11 Desiluit percussus humo: morsque cruento
 Victori 12 præcipere suas: hic 13 robora busti
 Extruit ipse sui, nec dum omni sanguine fuso*

Deflit in flammis, & dum licet, occupat ignes.

¹ Colla ducum pilo trepidam gestata per urbem,

Et medio congesta foro: ² cognoscitur illic

Quicquid ubiq; latet scelerum. ³ non Thracia tantum

Vidit ⁴ Bistonis stabulu pendere tyranni;

Postibus Antai Libye; nec Gracia mægens

Tot laceros artus ⁵ Pisæa flevit in aula.

Cum jam tabe fluunt, confusaque tempore multo

Amisere ⁶ notas, miserorum dextra parentum

Colligit, & pavido subducit cognita furto.

⁷ Meque ipsum memini casi deformia fratris

Ora rogo cupidum, vetitisque imponere flammis,

Omnia Syllana lustrasse cadavera pacis:

Perque omnes truncos, cum qua cervice recisum

Conveniat, quasi se caput. Quid ⁸ sanguine, manes

Placatos Catuli referam? cui victima tristes

Inferas Marius, forsitan nolentibus umbris,

Pendit, inexploto non fanda piacula busto:

Cum laceros artus, ⁹ aquataque vulnera membris

Vidimus, & toto quamvis in corpore caso

Nil anima letale datum, moremque nefanda

Dirum savitia, pereuntis ¹⁰ parcere morti.

Avulsa cecidere manus, execta que lingua

Palpitat, & muto vacuum ferit aëra motu.

Hic aures, alius ¹¹ spiramina naris adunca

Amputat: ille cavis evoluit sedibus ¹⁰ orbes,

Ultimaque effodit spectatis lumina membris.

¹³ Vix erit ulla fides, tam savi criminis unum

¹ Abscissa miserorum capita, vultum ac spiritum retinentia in congestum suum Sylla afferri voluit, ut illa oculis, quia ore nefas erat, manderet. Val. Maxim. lib. 9. cap. 2.

² Ex acervo capitum in foro congestorum, cædes clandestinè patere.

³ Non tot cædibus insanes fuerunt, non tot capita postibus suis affixere, Diomedes Rex Thraciæ qui equos humanis carnibus parit; Antæus Libyæ gigas qui hospites ad palæstram provocatos videlicet occidit; Deonæus qui filie sue procos curru consecu-

rus interfecit (de his vide Mythologos, & quæ nos ad Senecæ Herc. Fur. v. 225 Herc. Oed. v. 24. & Thyesten. v. 138.) quot scilicet Sylla cædibus, quot capita Romæ in foro congesta fuerunt.

⁴ Bistonis civitas Thraciæ, à Bistone Martis & Calirhoës fil.

⁵ Pisæa, civitas Elisæ, regio Oenomal.

⁶ Quibus ieremosei possent & à suis agnosci.

⁷ Hoc à sene suo dictum fugit Poëta.

⁸ Q. Lucatius Catulus, qui collega fuerat Marii, & cum eo de Cincibus triumpharat, ubi se à Mario morti destinatum audivit, in cubiculo suo, recessu calce illito, nec dum perfricato, carbonibus accensis sponte suffocatus est. In cujus ultionem Catulus frater à Sylla jam petiit sibi concedi Marii Imperatoris fratrem, quem apud Lucæ, Catuli sepulchrum, tanquam maos fratris placaturus, brachiis, cruribus, naso, auribus mutilatis, execta lingua, oculis demum effusis, servavit aliquandiu, ut per singulorum membrorum carnificinam moreretur.

⁹ Singulis membris singula iungebantur vulnera & cruciatus.

¹⁰ Membrum cruciare ut superstes esset vita ad doloris sensum. Ita feri, imperavit Caligula, ut sentiat se mori.

¹¹ Natum.

¹² Oculos κέκλυε, Sophocles in Oedipo. Rallice ab ima fundens vulvos simul Evolvit orbes. Senec. Oed. v. 955. vide & quæ nos ibi,

¹³ Vix erit dignum fide, unum corpus capax fuisse tot poenarum.

1 Non minus lacerum & deforme fuit Marri corpus, quam eorum qui collapsorum ædificiorum ruina attriti sunt; aut qui merfi scopulis allisi & piscium esca facti litus appellunt.

2 Oculorum pabulam, & utrorum voluptatis quam percepturus erat Sylla agnoscendo Marrium.

3 Signanter & emphatice exprobratur Fortuæ, Prænestino templo & cultu celebri, suorum neglectos.

4 Lucretius Prænesti recepto

Senatores omnes, qui Mario favissent partim interfecerat, partim in vincula coniecerat. Adveniens Sylla V. M. Prænestinorum spe salutis per P. Cethegum data, extra moenia municipii evocata, cum abjectis armis humi corpora prostravissent, interficienda, & per agros dispergenda curavit.

5 Uno quasi lectu, intra spatium quo unus interfici posset. 6 Quatuor legiones contrariæ partis, & in his Samnites quam plurimos, namque hi ex Italis soli Mario & Cinnæ adhæserant, in publica Villa (quæ in campo Martio erat) obtruncari jusserat.

7 Ovilia erant in campo Martio loca septa & cancellis conclusa, in quæ per pontes, qui erant angustiæ viæ, ibant Centuriæ suffragia dicturæ. 8 Fama, tempestate, ruinis, terræ motu, peste, bello tot periisse acceptis aliquando: in supplicium, unus iussit tot cecidisse non auditum. 9 Cædentibus vix erat spatium ferri stringendi, cæsis vix spatium cadendi, in turba stipata.

10 Ipse editiori loco sedebat ociosus spectator. Quin & V. I. M. in Circum congregatis, Senatam in eadem B. Ilonæ vocavit, apud quem dum verba faceret, auditi lamentabiles morientium queritatus perterruerunt Senatores: Illi constanti & nihil mutato vultu dicere pergebat, eos animus orationi suæ adhibere jubebat, neque curare quid foris fieret: Quosdam enim malos homines suo iussu castigari. Plutar. Sylla. 11 Centum civium M. in bis Senatores x c. Consulares xv. Equestris ordinis M M D C.

12 Cadavera in Tiberim projici jussa, qui injectorum haud capax priora undis admittit, posterius vero injecta prioribus supernatarunt non flumine demersa.

Tot pœnas cœpisse caput. sic mole ruina
Fracta sub ingenti miscentur pondere membra:

1 Nec magis informes veniunt ad litora trunci,
Qui medio periere freto. quid perdere 2 fructum
Iuvit, & ut vilem, Marri confundere vultum?

Vt scelus hoc Sylla cadefque ostensa placeret,
Agnoscendus erat. 3 Vidit Fortuna colonos

4 Prænestina suos cunctos simul ense recisos,
5 Unius populum pereuntem tempore mortis.

6 Tunc flos Hesperia, Latis jam sola juvenus,
Concidit, & misera maculavit 7 ovilia Roma.

Tot simul infesto juvenes occumbere leto,

8 Sape famas, pelagique furor, subitaque ruina,
Aut cæli, terræque lues, aut bellica clades,

Numquam pœna fuit. 9 densi vix agmina vulgi
Inter & exangues immissa morte catervas

Victores movere manus. 9 vix cade peracta
Procumbunt, dubiaque labant cervice: sed illos

Magna premit strages: peraguntq; cadavera partem
Cada: viva graves elidunt corpora trunci.

10 Intrepidus tanti sedit securus ab alto

Spectator sceleris: 11 miseri tot millia vulgi
Non piguit jussisse mori. 12 congesta recepit

Omnia Tyrrenus Syllana cadavera gurgès.

In fluvium primi cecidere, in corpora summi.

Præcipites hæserat rates, & strage cruenta
 Interruptus aquis fluxit prior amnis in aquor,
 Ad molem stetit unda sequens: 3 nam 4 sanguinis
 alti

Vu sibi fecit iter, campumque effusa per ornam,
 Præcipitique ruens Tyberina ad flumina rivo
 Hærentes adjuvit aquas: nec jam alveus amnem,
 Nec retinent ripa, redeuntque cadavera campo.
 Tandem Tyrrhenas vix eluctatus in undas
 Sanguine cæruleum torrenti dividit aquor.

5 Hisno, Salus rerum, Felix hæc Sylla vocari,
 His meruit 6 tumulum medio sibi tollere Campo?

7 Hac rursus patienda manent: hoc ordine belli
 Ibitur: hic stabit civilibus exitus armis.

8 Quamquam agitant graviora metus, multoque
 coitur

Humani generis majore in prælia damno,
 Exulibus Martis bellorum maxima merces
 Roma recepta fuit: nec plus victoria Sylla
 Præstitit, invisas penitus quam tollere partes.

Hos alio Fortuna vocas: olimque potentes
 Concurrunt. neuter civilia bella moveret,
 Contentus, quo Sylla fuit. 9 Sic mæsta senectus
 Præteritique memor flebat, metuensque futuri.

At non magnanimi percussit pectora 10 Bruti
 Terror. 11 & in tanta pavidi formidine motus
 Pars populi lugentis erat: sed 12 nocte sopora,
 Parrhasis obliquos Helice cum verteret axes,
 Atria 13 cognati pulsas 14 non ampla Catonis,
 Invenit insomni volventem publica cura
 Fata virum, casusque Urbis, cunctisque timentem,

appellavit. 6 Dictatura abdicata Puteolos secessit, ubi morbo pediculavi,
 interit. Magno honore in fune velatus, in campo Martio crematus est & sa-
 pulsus.

7 Talia (inquit senex) nobis jam imminet, vel etiam graviora
 mala.

8 Marius quidem exul, cum suis, reditum sibi to patriam propo-
 nebat, Sylla adversariorum vindictam; at nostri his præmiis non contenti,
 acerrime de orbis imperio in certamen descendentes, quanto majora molientur?

9 In hunc modum, inquit Poëta, senex aliquis memoravit præterita, avertit
 futura.

10 Fuit hic M. Brutus Iunii Bruti f. propter ingenium, studia &
 mores à Cicerone multum laudatus, postea percussor Cæsaris.

11 Pro-
 nec, ut supra §. 35. 12 Noctu urfa majore circumvolvante sua plaustra,
 arietibus, vel polium. Fuit autem Helice ceu Calisto filia Lycæonis regis Arcæ-
 dia, in qua Parrhasium oppidum.

13 Avuaculi, erat enim Brutus Caton-
 nis ex Servilia sorore nepos.

14 Vapore hominis contigentis & frugalis,
 plane Stoici, infra §. 384. hic postea Vitæ sibi mortem conscivit.

1 Cruentis Flu-
 Elibus, ac tardâ
 per densa ca-
 daverâ prova.
 Iuv. 10.

2 Ad cadave-
 rum aggerem
 substitit unda
 posterior.

3 Mellus, dum.

4 Copia san-
 guinis impel-
 lit undas Ty-
 beris, qui cruo-
 re auctus in-
 undavit, red-
 diditque cada-
 vera in agros
 ejecta.

5 En quibus
 allis Felici co-
 gnomen asse-
 quendum puta-
 vit? inquit
 Valer. Max.

l. 9. c. 2. quem
 locum lege sis.
 Sylla, (inquit
 Solinus c. 7.)
 dictus potius
 est, quam fuit.
 felix. Indigua-
 tus poëta ex-
 probrat illi
 cognomen
 Antiphrastra,
 qui se Confes-
 vatorem pa-
 triæ, Felicem,
 & Venustum
 dici voluit, Il-
 beros, Faustum
 Faustamque

1 De se mihi
me sollicitum,
ut consumma-
tum Stoicum
decurt.

2 O solum
perfecte vir-
tutis, quam
alii jaundum
expulerunt,
domicilium,
quo unco re-
lictio exemplo
ducti credant
homines esse
virtutem.

3 Hor. ode 3.
lib. 3. *Iustum
& tenacem pro-
positi, &c.*

4 Rationis sta-
bilitate.

5 Tu mihi so-
lus eris dux.

6 Ut à bel-
lo & paribus
omnino absti-
neas, in propo-
sito constans,
cum ceteri
omnes labent.

7 An potius
visum est te
civilis huic bel-
lo immiscere?

8 Probare non
inprobare.

9 Huic Reip.
libertatis de-

feodendæ præ-

textus; illum P. R. beneficii assertio, suæque dignitatis atque salutis tutela; alium propter flagitia domestica, inopiam & æs alienam, timor iudiciorum & legum, quas bello eludant, in arma rapit, omnes privatam fidei suæ ruinam permiscere publicæ cupientes.

10 Mens cæca & belli libidine acta.
11 Propter pacem belli finem. 12 Atque ex diutina tua à bello immunitate apparebit te non probasse causas quibus alii ad bellum suscipiendum excitantur, ipsi nocentes ante bellum, tu nec nisi cum bello.

13 Atque utinam ne tunc quidem pravus & cæca cupidine actis ad bellum civilis miscereris, vir tam sanctus & ioteger, ut ratio belli à te solo pendere videatur.
14 Optime igitur & te digoum feceris, si omnino à bello abstinueris, intra ocium tuum securus, supra mortalia ista subvectus, uno lectus ac coelestia illa corpora immotus, imperturbatus. *Talis est sapientis animus, qualis mundi status supra Lunam. Semper illic serenum est, &c.* Senec. epist. 59.

15 Infima aëris regio pontus & terra vexantur ventis, tempestatibus, fulmine; mootes vero qui nubes cacumine transcendunt, in tuto positi inferiora despiciunt.

1 *Securumque sui; faraque his vocibus orsus:*

2 *Omnibus expulsa terris, olimque fugata
Virtutis iam sola fides, 3 quam turbine nullo
Excutiet fortuna tibi; tu mente labantem*

Dirige me, dubium certo tu 4 robore firma:

Namque alii Magnum, vel Casaris arma sequantur:

5 *Dax Bruto Cato solus erit. 6 pacemne tueris,
Inconcuſſa tenens dubio vestigia mundo?*

7 *An placuit, ducibus scelerum, populique furentis
Cladibus immistum civile 8 absolvere bellum?*

Quemque suæ 9 rapiunt scelerata in prælia 9 causa:

Hos polluta domus, legesque in pace timenda;

*Hos ferro fugienda fames, mundique ruina
Permiscenda fides. nullum 10 furor egit in arma,*

Castra petunt magna victi mercede: tibi uni

11 *Per se bella placent? quid tot durasse per annos
Profuit communem corrupti moribus ævi?*

Hoc solum longa pretium virtutis habebis?

12 *Accipient alios, facient te bella nocentem.*

13 *Ne tantum ô Superi liceat ferilibus armis,*

Huic etiam movisse manus: nec pila lacertis

Missæ tuis caca telorum in nube ferantur:

Nec tanta incassum virtus eat. ingeret omnis

Se belli fortuna tibi. quis nolet ab isto

Ense mori, quamvis alieno vulnere labens,

Et scelus esse tuum? 14 melius tranquilla sine armis

Otia solus ages: sicut cœlestia semper

Inconcuſſa suovolvuntur sidera lapsu.

15 *Fulminibus propior terra succenditur aër,*

Imaque telluris ventos, tractusque coruscas
 Flammarum accipiunt: nubes excedit Olympus
 Lege deum. minimas rerum discordia turbat:
 Pacem summa tenent. ¹ quam late Caesaris aures
 Accipient tantum venisse in praelia civem!
 Nam pralata suis nunquam diversa dolebit
 Castra ducis Magni. nimum placet ipse, Catoni
 Si bellum civile placet. pars magna Senatus.
 Et duce privato gesturæ praelia Consul
 Sollicitant, proceresque alii: quibus adde Catonem
 Sub juga Pompeji; toto jam liber in orbe
 Solus Caesar erit. ² quod si pro legibus arma
 Ferre juvat patrius, libertatemque tueri:
 Nunc neque Pompeji Brutum, neque Caesaris hostem,
 Post bellum victoris habe. Sis fatur. at illi
 Arcano sacras reddit Cato pectore voces.

Summum Brute nefas civilia bella fatamur:
 Sed quo fata trahunt, virtus secuta sequetur.
 Crimen erit Superis & ³ me fecisse nocentem.
⁴ Sidera quis, mundumque velit spectare cadentem
 Expers ipse metus? quis, cum ruat arduus aether,
 Terra labet, misto coeuntis pondere mundi,
 Complosas tenuisse manus? ⁵ gentesne furorem
 Hesperium ignota, Romanaque signa sequentur,
 Deductique fretis alio sub sidere reges?
 Otia solus agam? procul hunc arcete furorem
 O Superi, motura ⁶ Dacas ut clade Getasque
 Securo me Roma cadat. ⁷ ceu morte parentem
 Nativum orbatum, longum producere funus
 Ad tumulum jubet ipse dolor: juvat ignibus attris
 Insuperisse manus, constructoque aggere busti

Cæsaris nunc, neque Pompeji hostis sum. uter vero ipsum victor tandem molitus fuerit aliquid contra leges & libertatem Reip. adversus hunc me acerrius inprohitec hostem. Nomine utique & re habes me assertorem patriæ.

³ Imposuisse mihi hanc necessitatem, ut arma induerem. ⁴ Quis in tantum Stoicus est, aut cui ita in chalybem aut callum obdruere præcordia, ut terram coelo misceri & omnia ntere videat, ipse interim supinus & compressis sedes manibus? ⁵ Genteseu exteræ & remotæ venient ad partes & auxilium Imperii nostri: ego vero ignavus sededo & procul absit à me hæc vercordia. ⁶ Sarmatæ pop. supra p. 54. Sunt tamen qui volunt huic ut & Virgil. 8 Æn. & Silio 13, licentiam priorem corripienti permittere. subli-

tutataque Das pop. ad mare Caspium. ⁷ Annon hoc dabo dolori & amori erga patriam, quod erga liberos? Nato suprema solvo libens: Quidam patriæ à Non te deseram & patria, non tibi deo dulce nomeu, Libertas.

¹ Quam gratum credis fore Cæsari, quantum tibi ipse placebit, si modo te e tranquillæ pacis proposito ad bellum civile protraxerit, etiam si ad partes tibi adversas? & se solum (si diis placet) pronunciat liberum, si post Consules (quorum fuerat fortiri Italiam, ducere exercitum, bellum gerere) & Senatum, aulpicis Pompeii privati hominis summo imperio subiectos; Cato quoque pedibus iverit in servitatem Pompeii. vide amplum de Catoe testimonium Sen. epist. 95. & epist. 14.

² Quod ad me attinet; neque

*Ipsum atras tenuisse faces : non ante revellar,
Exanimem quam te complectar Roma, tuumque
Nomen Libertas, & inanem prosequar umbram.*

*1 Sic eat : immites Romana piacula divi
Plena ferant : nullo fraudem sanguine bellum.
O utinam, cælique deis, Erebiq; liberet
Hoc caput, in cunctas damnatum exponere pœnas !
Devotum hostiles Decium pressere cæterua ?*

*Me 2 geminae figant acies, me barbara telis
3 Rhoni turba potat : cunctis ego pervius hastis
Excipiam mediis totius vulnera belli.*

*4 Hic roditur sanguis populos : hac cade luatur,
Quicquid s; Romani meruerunt pendere mores.
Ad juga cur faciles populi, cur salva volentes
Regna pati pereunt ? 6 me solum invadite ferro,
Me frustra leges & 7 inania jura tuentem :
Hic d; ibis, hic pacem jugulus, finemque laborum
Gentibus Hesperis : 8 post me regnare volenti
Non opus est bello. 9 quin publica signa, ducemque
Pompejum sequimur ? 10 nec si fortuna favorebit,
Hunc quoque totius sibi jus promittere mundi
Non bene compertum est : ideo me milite vincat,
Ne sibi se visisse putet. Sio fatur : & acres
Irarum movit stimulos : 11 juvenisque calorem
Excitat in nimios belli civilis amores.*

*Interea, 12 Phæbo gelidas pellente sanobras,
Pulsata sonuere fores : quas sancta 13 relicto
Hortensi mærens irrupit Marcia busto.
Quondam virgo toris 14 melioris juncta 14 mariti :
Mox ubi connubii 15 pretium, mercesque soluta est
Tertia jam soboles, alios fœcunda penates
Impletura datur ; 16 geminas è sanguine matris
Permistura domos, sed postquam condidit urna
17 Supremos cineres, miserando concita vultu,*

1 Sit ita, ut dii velint sibi litari universo Rom. sanguine : Cur meum morer ? O utinam ad patriam expianda libertatemque Imperii tuncdam, diis superis, inferisque sufficeret caput hoc meum omnibus diris devotum, ut Publii Decii quondam pro salute exercituum in proelio contra Sannites, Hiltoriam, risum, & devotionis formam lege apud Liv. l. 8. de patre, & de filio l. 20.

2 Hinc Pompejana, illinc Cæsariana.

3 Rheulæ, Germani, Galli, qui Cæsaris signa sequuntur.

4 Meus.

5 Mali, flagitiosi.

6 Me obstantem tyrannidi.

7 Oppressa.

8 Neque enim me extincto invenietur, qui libertatem armis tueatur.

9 Hortatur Brutum ad arma capessenda & Pompeji partes, reddita ratione.

10 Cæsarem affectare monarchiam jam dudum compertum est : de Pompejo, non liquet ; hujus itaque auspicia sequar, qui non sibi sed patriæ militat.

11 Bruti. 12 Oriente sole.

13 Cato Marciam uxorem, ex qua tres susceperat filios, jamque gravidam amico Hortensio postulanti cessit, quo defuncto eandem recepit. Quod illi exprobravit Cæsar, incestandi (Inquiens) Hortensii causa dimisit pauperem, quam postea reciperet ditatam.

14 Catonis. 15 Vt pater esset trium liberorum.

16 Catonis & Hortensii. 17 Cineres superioris mariti, Hortensii.

Effusas laniata comas, concussaque pectus
 Verberibus crebris, ¹ cineresque ingesta sepulcri.
² Non aliter placitura viro, sic casta profatur:
 Dum ³ sanguis inerat, ⁴ dum vis materna; peregi
 s Iussa Cato, & geminos excepi seta maritos.
 Visceribus lasus, ⁵ partuque exhausta, revertor
 Iam nulli tradenda viro: ⁷ da fœdera prisce
 Illibata tori: da tantum nomen inane
 Connubii: ⁸ liceat tumulo scripsisse, Catonis
 Marcia, ⁹ nec dubium longo quaratur in avo,
 Mutarim primas expulsa, an tradita, tedas.
¹⁰ Non me latorum sociam, rebusque secundis
 Accipis: in curas venio, partemque laborum.
 Da mihi castra sequi: cur tuta in pace relinquar,
 Et sit civili propior ¹¹ Cornelia bello?
 Ha flexere virum voces, & tempora quanquam
 Sunt ¹² aliena toris, jam fato in bella vocante:
¹³ Fœdera sola tamen, vanaque carentia pompa
 Iura placent, sacrisque ¹⁴ deos admittere testes.
¹⁵ Festa coronato non pendent limine fœta;
¹⁶ Insulaque ¹⁷ in geminos discurrit candida postes,
¹⁸ Legitimaq; * faces, ¹⁹ gradibusq; * acclivis eburnis
 Stat torus, * & piclo vestes discriminat auro:
²⁰ Turritaque * prement frontem matrona corona,

1 Aspersa cineribus mariti.
 2 Inculta, neglecta & inculta placitura ioculto & rigido Catoni.
 3 Extenditur ultima in Sanguis.
 4 Dum mater esse poteram.
 5 Tua, qui me tradidisti Hortensio.
 6 Effera.
 7 Recipe me in torum pudicum ἀναπόδοτον. infra, §. 378.
 8 Ut sepulchro meo inscribatur: Marcia Catonis.
 9 Ne in dubio sit apud posteros, repudiatae fuerim an tradita.
 10 Neque venio particeps

futura rerum lætarum, sed comes & solatium tibi in adversis, ¹¹ L. Scipionis filia, quam post mortem Iulie duxit Pomp. jamque sub initium belli Mytilenem ablegavit, victus autem fugiensque in Ægyptum, eam receptam fugæ comitem habuit. l. 5. §. 722. ¹² Non contrahendis matrimoniiis apta, imminente jam civili bello. ¹³ Conjugii fides, citra pompam celebrem & ceremonias nuptiarum. ¹⁴ Iovem & Iuvenem τειτύς, Venerem Suanam, Dianam. vide Plut. Rom. Quæst. 2, & quæ nos ad Medeam Sep. §. 1. ¹⁵ In celebrate nuptiarum postes & januam floribus & fœta fronde oruabant. Iuv. l. 6, §. 80. ¹⁶ Novæ nuptiæ ad limen mariti ubi venissent, postes, priusquam ingrederentur, lanceis vitis & fasciis redimibant, oleoque ungebant. ¹⁷ Pro nec, ut sup. §. 35. ¹⁸ ἰγὰρ δ' ἐπὶ τοῖς πυλῶσι ἀγῖα φῶς ὑβριμον. ἐν γάμοις, &c. Eurip. in Phœnissis. Quinque autem faces adhibebantur in nuptiis. vide quæ nos ad Sen. Theb. §. 507. rationes lege apud Plut. R. Quæst. 2. & Aug. de Civ. Dei. l. 6. cap. 9. & l. 7. c. 24. ¹⁹ Neq; lætus in honorem Genii servitur in aula, in quem gradibus inscenditur eburneis, stragulo acupicco atroque intexto lætus. ²⁰ Neque more nuptiarum petens coronam turtilicis distinctam atque insurgentem, virat (sic enim legit Brodus) tangere limen. Neque enim è religione erat novam nuptam pedibus limen tangere, sed in transgressu supportabatur à Pronubis, aut trausliebat. Rationes vide apud Plut. R. Quæst. 29. Si retineamus venit, Quid si sic intelligamus? Neq; Berecynthia mater, Cybele turrita, quæ eadē est cum Vest. id est terra, verut hanc nuptam contingere limen pedibus. Varro enim ref. Serv. ad 8 Eclog. Vir. opinatus est, ideo sponas limen non tetigisse, ne à sacrilegio inchoarent, si deposituræ virginatatem calcarent rem Vestæ, id est numini castissimo, consecraram. Ianus Rutg. legit metuis, sensu quo Hor. od. 2. l. 2. pecora metueni et solvi, &c. V. a. le & l. 1. c. 12.

1 Non operiebatur flammeo, velo luteo, seu rubro, quo novarum nuptiarum capita tegebantur pudoris gratia, vel in subjectionis symbolum.

2 Non zona geminis distincta ciuitates velles; non monile ornabat collum.

3 Supparum, subuculæ seu tunicæ genus pectora complexum. Ald. Maugr. lib. 3. Quæst. 2. per Epistol.

4 A recenti funere mariti squallida & pullata.

5 Non occinebantur, pro more nuptiarum à Sabinis seu Fescenninis tracto, distichis. de his vide quæ nos ad Medeam Senecæ §. 113.

6 Non liberi.

7 Sine pompa & strepitu ceremoniarum.

8 Adhibito tantum Bruto quasi auspice & paranympo. Valer. Maxim. lib. 24. c. 1.

9 Cato non barbam posuit, non capillitium, non vultu præ se tulit lætitiâ, non cum uxore rem habuit, ab illo tempore quo civile bellum parari viderat.

10 Partium studiis minime occupatus Philosophiæ studiis vacat, quæ docent se uocere, suasque deplorare miseras. 11 Constant immotusque animus.

12 Stoica. 13 Prospicere finem & ad eum omnia referre. 14 Vide tamen quid de illius potationibus ad auroram protractis scribat Plutarchus in vita ejus, quod & illi objectum à Cæsare.

15 Supra §. 238. 16 More veterum Romanorum, qui dicebantur Quirites, vel à Curibus, vel à Romulo Quirio dicto, quod hastam, quæ Sabinis Quiris est, gestare solebat.

17 Sobolis procreatio.

Tralata vetuit contingere limina planta.

1 *Non timidum nupta leuiter tectura pudorem
Lutea demissos velarunt flammea viduus :*

2 *Balteus haud fluxos gemmis astrinxit amictus,
Collis monile decens; humerique * harentia primis*

3 *Suppara nudatos cingunt angusta lacertos,*

4 *Sic, ut erat, mæsti seruans lugubria cultus,
Quoque modo natos, hoc est amplexa maritum.*

Obsita funerea celatur purpura lana.

5 *Non soliti lufere sales: nec more Sabino*

Exceptit tristis convicia festa maritus.

6 *Pignora nulla domus, nulli coiere propinqui,
Iunguntur 7 taciti, 8 contentique auspice Bruto,*

9 *Ille nec horrificam sancto dimouit ab ore
Casariem, duroque * admisit gaudia vultu:*

(Vt primum tolli seralia viderat arma,

Intensos rigidam in frontem descendere canos

Passus erat, mæstamque genis increfcere barbam,

10 *Vni quippe vacat studusque odiisque carenti,
Humanum lugere genus) nec fœdera prisca*

*Sunt tentata tori: iusto quoque 11 robur amoris
Restitit. hi mores, hac duris immota Catonis*

12 *Secta fuit, seruare modum, 13 finemque tenere,
Naturamque sequi, patriæque impendere vitam;*

Nec sibi, sed toti genitum se credere mundo.

14 *Huic epula, vicisse famem: 15 magnique penates,
Submouisse hyemem tecto: pretiosaque vestis,*

*Hirtam membra super Romani 16 more Quiritis
Induxisse togam: Venerisque huic maximus usus,*

17 *Progenies; Vrbi pater est, Vrbi que maritus:
Iustitia cultor, rigidi servator honesti:*

*In commune bonus: nullosque Catonis in actus
Subrepsit, partemque tulit sibi nata voluptas.*

- 1 Interea trepido discedens agmine Magnus,
 2 *Mænia Vardanii tenuis Campana colons.*
Hæc placuit 3 belli sedes, hinc summa moventis
Hostis in occursum sparsas extendere partes,
 4 *Umbrosis mediam qua collibus Appenninus*
Erigit Italiam, nullo qua vertice tellus
Altius intumuit propiusque accessit Olympo.
 5 *Mons inter geminos medius se porrigit undas*
Inferni Superique maris: 6 collesque coercent
Hinc Tyrrhena vado frangentes aquora Pisa,
Illinc Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon.
 7 *Fontibus hic vastis immensos concipit amnes.*
Fluminaque in gemini spargit divortia ponti.
 8 *In lavum cecidere lacus, veloxque 9 Metaurus,*
 10 *Crustumiumq; rapax, & junctus 11 Isapi 12 Isauro,*
 13 *Sennaque & Adriacas qui 14 verberat 15 Ausidus*
undas:
 16 *Quoque magis nullum tellus se solvit in amnem,*
Eridanus, fractasque evolvit in aquora sylvas,
 17 *Hesperiamq; exhaurit aquis. 18 Hunc fabula primū*
Populea fluvium ripas umbrasse corona:
Cumque 19 diem pronum 20 transverso limite ducens,
Succendit Phaëthon flagrantibus athera loris,
 21 *Gurgitibus raptis penitus tellure perusta,*

1 Pompejus
 perterritus ru-
 more adven-
 tantis propere-
 Cæsaris; Ca-
 puam ex urbe
 temere profu-
 git. hic se con-
 firnavit, hauc
 belli sedem
 primum inten-
 dit.

2 Capnam, à
 Capy Troja-
 no, ut quidam
 voluit, condi-
 tam.

3 Hic delectu
 habito copias
 colligere, exer-
 citum conscri-
 bere, Cæsari
 summa mo-
 lieuti occurre-
 re.

4 In regione
 plana, qua A-
 pennini latus
 modice assur-
 git.

5 Est autem
 Appenninus,
 mons, qui Ita-

liam in longitudinem tanquam spina dorsi fecat, à sinistra parte mare Adriaticum seu Superum spectans, dextra mare Tyrrhenum seu inferum respiciens.

6 Cujus colles & latera signat coercentque à dextra in imo sinu Tyrrheni maris urbs Pisæ, à sinistra, Ancona Piceni urbs in Adriatico mari, venis & fluctibus è Dalmatia advenientibus exposita. est enim ἐγὼν ulna cubiti, seu sura potius Italix in tibix formam portæ. 7 Ex hoc Appennino oriuntur multi celebres amnes qui delabuntur in utroque mare Superum & Inferum. Divortia aquarum suar (inquit Turnebus Advers. l. 14. cap. 11.) juga uade in diversa aquæ & coelestes & perennes divertunt. Et ipsi jugis ad divortia aquarum castra posuit. Livius.

8 In Superum mare seu Adriaticum golfo de Venetia.

9 Umbræ fl. Asdrubalis clade notus.

10 Fluv. in Flaminia.

11 Flamiuz fl. Strab. l. 3. sed Plin. l. 3. c. 17. & Boccatio Sapis.

12 Piceni fl. Blondo & Leandro Flogia.

13 Et Clavis & Rubicon & Sencrona de nomine Senna. Sil. 8.

14 Cum impetu insitit, violens obstrepit Ausidus. Hor. lib. 3. ode 30.

15 Apulix fl. Cannens clade memorabilis. L. Ofanis.

16 Padus Po tutius Europæ amalum longe maximus, circa ostia, excepto Danubio. Proluit insano contorquens vortice sylvas Iluviorum rex Eridanus. Virg. Georg. 1. non autem oritur ex Appennino uti nec alii quidam fluvii, quorum fontes poeta Appennino tribuit.

17 Amnes navigabiles & lacus immensi in Padum se exonerant, ita ut flumina 30 in Adriacum effundat.

18 Fabula seu fama est, Phaëthonis sorores veras fuisse in pop. ad ripas hujus fluvii, &c.

Ovid. 2 Met.

19 Solem præcipitem.

20 A via errantein.

21 Cæteris fl. exhaustis & desiccatis, Eridanum parem fuisse extinguendo Phaëthoni.

Hunc habuisse pares Phœbæis ignibus undas.

¹ Non minor hic Nilos, si non per plana jacentis

Ægypti Libycæ Nilus stagnaret arenas.

Non minor hic ² Istro, nisi quod, dum permeat orbem

Ister, casuros in qualibet aquora fontes

Accipit. & Scythicas exit non solus in undas.

³ Dexteriora petens montu declivia Tybrim

Vnda facit, ³ Rutubamque cavum, delabitur inde

⁴ Vulturinusque celer, & nocturna que editor aura

⁵ Sarnus, & ⁶ umbrosa ⁷ Liris per regna Marica

⁸ Vestini impulsus aqua, radensque Salerni

Culta ⁹ Siler, nullasque vado qui ¹⁰ Macra moratus

¹¹ Alnos, vicina procurrit in aquora Luna.

¹² Longior educto qua surgit in æera dorso,

Gallica rura videt, devexasque excipit Alpes.

Tunc Vmbri Marsisque ferax, domitusque Sabello

Vomere, piniferu amplexus rupibus omnes

Indigenas Latii populos, non deserit ante

Hesperiam, quam cum Scyllæi clauditur antri,

Extenditque suas in templa Lacinia rupes.

¹³ Longior Italia, donec confinia pontus

Solveret incumbens, terrasque repelleret aquor.

At postquam ¹⁴ gemino tellus elisa profundo est,

¹⁵ Extremi colles Siculo cessere Peloro.

1 Si nactus fuisset terram planam & jacentem idistar Ægypti, per quam Nilus leniter decurrens stagnat, seque extendit.

2. Max. Europæ flu. cujus superior pars Danubius, inferior Ister vocatur, Done, Donæ, qui in agro Fruitenbelgenfi (non Abnoba monte, ut olim creditum) ortus, 60 annes receptos in Pontum defert per sex ostia. Mela lib. 2. cap. 1.

3 A dextra parte Apennini in mare Tyrrhenum de-

fluunt Tiberis per Etruriam, Romam alluens. Tivere; & Rutuba, quem Vibius agnoscit in Tiberim influentem. Est & alius hujus nominis Liguriæ fl.

4 Fl. Campaniæ. 5 Fl. qui per Lucanos, Picentinos, & Campanos labitur, in paludes diffusus, opacas & tetras exhalat nebulas, Scasate.

6 Sylvosæ. 7 Liris fl. Campaniæ Minturnas præterfluens. Minturnensium autem nomen Marica mater Latini regis, quæ prins Circe fuerat. Lætant. 1 fals. relig. cap. 21. hodie Garigliano. 8 In quem se exonerant flumina Vestinorum.

9 Sive Silarus Campaniæ fl. qui alluit agros Salerni opp. Picentinorum. 10 Macra Liguriam ab Etruria determinans, in mare prolapsus juxta Lunam portum Etruriæ, innavigabilis, quia vadofus.

11 Naves, rates. 12 Apenninus Galliam prospiciens in longitudinem per omnem Italiam exportectus, quem Vmbri, Marfi, Samolites, Aborigenes antiquissimus Latii populus colunt; in duo deinde se dividens brachia, altero extenditur in Rhegium promontorium Brutorum, in Siculo mari, Rhexo: altero in Lacinium promontorium juxta Crotouem, Cabo delle colonne, à Junonis Lacinie columnis & templo.

13 Atque se quondam Apenninus extendebat ulterius quam nunc est Italia, continuatus scilicet junctusque Sicilia, sed venit medius vi pontus & undis Hesperium Siculo latus abscidit, arvaque & urbes Litore diducit angusto interluit aëni. Virgil. Æn. 3.

14 Hinc Ionio, inde Tyrrheno mari. 15 Extrema pars Apennini abscissa est Peloro promontorio Siciliæ quod Italiam prospicit, in cujus appellacionem & ipse cessit.

1 *Cæsar in arma furens, nullas nisi sanguine fuso,*
Gaudet habere vias, quod non terat hoste vacantes
Hesperia fines, vacuosque irrumpat in agros,
Atque ipsum non perdit iter, consertaque bellis
Bella gerat; non tam portas intrare patentes
Quam fregisse iuvat: nec tam 2 patiente colono
Arva premi, quam si ferro populetur, & igni.
 3 *Concessa pudet ire via, civemque videri.*
Tunc urbes Latii dabit, 4 varioque favore
 4 *Incipientes, quanquam primo terrore ruentis*
Cessura belli, denso tamen aggere firmant
Mœnia, & 5 abrupto circundant undique vallo:
 6 *Saxorumque orbis, & qua super eminens hostem*
Tela petant, altis muro-rum turribus aptant.
 7 *Prohior in Magnum populus pugnatque minaci*
Cum terrore fides: ut cum mare possidet Auster
Flatibus horrissonis, hunc aquora nota sequuntur:
Si rursus 8 tellus pulsu taxata tridentis
Æoli, tumidis immittat fluctibus Eurum,
Quamvis ista novo, ventum tenere priorem
Æquora, nubiferoque 9 polus cum cesserit Euro,
Vendicat unda Notum. Facili sed vertere mentes
Terror erat, dubiamque fidem fortuna ferebat.
Gens Hetrusca fuga trepidi nudata 10 Libonis,
 11 *Iusque sui pulso jam perdidit Umbria Thermo,*
 12 *Nec gerit auspiciis civilia bella p. ternis*
Cæsaris audito conversus nomine Sylla.
 13 *Varus, ut adnotata pulsavit Auximon 14 ala,*

1 *Varie hic im-*
plicita sunt con-
junctiones, uti
monuimus su-
pra §. 35. Sed
ita disponendas
arbitror: Cæsar
armis potius
rem peragi
quam pacate
exoptans (ut
lib. 1. §. 146.)
Acer & indo-
mitus quo spes,
quòque ira vo-
castes ferre ma-
num, & nun-
quam temeran-
do parcere ferro,
&c. gaudensque
viam fecisse rui-
na, gaudet nul-
lai habere vias
nihi sanguine
fuso, non gan-
det quod terat
Italiæ fines ho-
ste vacantes,
præfidii va-
cuos irrumpat
agros, nec a-
gros vastandi
occasionem of-
fendat quacum-
que ruit, quod
bella manu
conserta ho-
stemque non
conveniat, ju-

vat non tam portas, &c. infra l. 3. §. 364. 2 Non impediente, transitum per-
 mittente. 3 Hostiliter grassari maluit. 4 Cæsarine recipiente, ad Senatus
 Pompejique autoritatem tuerentur. 5 Præcipiti, tumultuario. 6 Saxorum
 acervos, vel saxa rotunda tormentis emittenda. 7 Et post varios conflictus
 mentis, hinc studiorum & fidel erga Pompejum, inde metus Cæsaris: vicere tan-
 dem studia & fidem metus fortunaque Cæsaris. 8 Comparatione itaque Au-
 strum cape Pompejum, Eurum Cæsarem, mare populum. 9 Strongyle, aotrum
 Æoli, quo *Luctantes ventos tempestatesque sonoras imperio premit Æolus, &c.*
 Virg. 1 *Æv.* eo enim respicit poeta. 9 *Ær.* 10 Præfæcti tum forte Etorix,
 ad Scribonium Libonem missum Catinium Revilum legatum colloqui causa de
 pace concilianda, meminit autor Commentariorum de civili bello l. 1. fuisse
 nem Achajæ ac Liburnicæ classis præfæctum, l. 3. 11 Adventu Curionis co-
 gnito, è Tigbio cohortes eduxisse & profugisse Thesinnu reperio l. 1. de civili
 bello. sed ubi Tignum sit, non ita facile. Firmium forte aut aliud opp. Um-
 brix. Tigbia est Picenorum fl. 12 Faustus Sylla degenerans à patris fortitudi-
 ne & fortuna, fugam cepit. 13 Arius Varus, decurionibus Auximi Picenorum
 opp. ad Cæs. inclinantibus præfidium ex oppido educit, & profugit, &c. l. 1
 com. civ. bell. 14 Equitum proprie vexillationes.

1 Hosti in fuga
exposito.
2 Asculum Pi-
cenum Lentu-
lus Spinther
cum decem co-
hortibus tene-
bat : qui Cæ-
saris adventu
cognito, pro-
fugit ex oppi-
do, cohortes
secum abduce-
re conatus à
magna parte
militum defe-
ritur. lib. 1 de
civili bello.
3 Nuceria le-
git Micyllus,
quæ in Vin-
bria, ubi jam
erat Cæsar &
in Piceno. Ve-
rum hac in
parte sæpius
excusandus est
poëta, ut, qui
neque tempo-
rum neque re-
rum servet or-
dinem, ut post
discessum Pom-
peji, qui iis re-

Per diversa ruens ¹ neglecto mœnia terge,
Qua silvæ, qua saxa, fugit. ² depelitur arce
Lentulus Esculeæ. victor cedentibus instat,
Devertitque acies: solusque ex agmine tanto
Dux fugit, & nullas ducentia signa cohortes.
Tu quoque nudatam commissa deseris arcem
Scipio ³ Luceria: quamquam fortissima pubes
Hu se leat castris, ⁴ jampridem Cæsaris armis
Parthorum subducta metu: qua Gallica damna
Supplevit Magnus, dumque ipse ad bella vocaret,
Donavit socero Romani sanguinis usum.

⁵ At te Corfini validè circumdata muris
Tecta tenent ⁶ pugnax Domiti: ⁷ tua classica servat
Oppositus quondam polluto tiro Miloni.
⁸ Vt procul immensam campo consurgere ⁹ nubem,
¹⁰ Ardentesque acies percussis sole corusco
Conspexit telis, Soci decurrite, dixit.
Fluminis ad ripas, undaque immergite pontem.
Et tu montanis totus nunc fontibus exi,
Atque omnes trahere gurges aquas, ut spurteus ¹¹ albos
¹² Discussa compage feras. ¹³ hoc limite bellum
Hæreat, hac hostis lentus terat otia ripa.
Præcipitem cohibete ducem: ¹⁴ victoria nobis
Hic primum stans Cæsar erit. nec plura locutus,

bus cognitis, quæ erant ad Corfinium gestæ, Luceria profectus est Cannisium, atque inde Brundisium, Scipio Luceriæ in præsidio relictus profugerit. fuit autem hic L. Scipio socer Pompeji. ⁴ Ad Cæsaris vires minueudas Marcellus auctor fuit patribus Senatus consulti quo decernebatur ut Bibulo (quem in Parthos, post cædem Crassi mittendum præ se ferebant) Pompejus legio- nem unam, Cæsar alteram cederet. Cæsar itaque cum unam pro se traderet, & Pompejus repetebat ab illo alteram, quam post Titurii Cortæque Cæsaris prætorum accepit cladem, utendam illi dederat, ita utramque Cæsar suppe- ditavit. Has legiones habuisse Scipionem refert poëta. Dio l. 40. & Appian. lib. 2 de civ. bello. ⁵ L. Domitius Aenobarbus successor Cæsari in Galliis S. C. delegatus, se receperat in Corfinium Pelignorum oppidum cum xx co- hortibus, hunc Cæsar insequitur. ⁶ Imo pusillanimis & minime militaris. Sed poëta noster, prioris semper in Pompejum studii, Pompejanos extollit, Cæsarianos deprimat. ⁷ Tu Domiti accepisti cohortes quibus Pompejus forum spererat in quaestione de Clodio à Milone cæso. supra lib. 1. §. 323. ⁸ Domitius cohortes v præmisit ex oppido qui pontem fluminis, quod erat ab oppido trium M. passuum, interrumpere, ubi cum antecursoribus Cæsa- ris prælio commisso, celeriter Domitiani à ponte repulsi, se in oppidum rece- perunt. ⁹ Pulverem à cohortibus excitatum. ¹⁰ Ad solem ful- gentes. ¹¹ Sublicas & tigna pontis ex alno vel alio quovis ligno. ¹² Dissolutis innoturis pontis. ¹³ Pons interruptus moretur & retar- det festinantem Cæsarem. ¹⁴ Hic moram trahere coactus Cæsar nobis pro victoria sit.

¹ *Devolvit rapidum nequicquam mœnibus agmen.*

*Nam prior è campis, ut conspiciat ² amne soluto
Rumpi Caesar iter, calida prolatus ab ira,
Non satis est muris latebras quasisse pavori?
Obstruitis campos, fluviis arcere paratis,
Ignavi? non si tumido me gurgite ³ Ganges
Summoveat, stabit jam flumine Caesar in ullo,
⁴ Post Rubiconis aquas. equitum properate caterva:
Ite simul pedites: rulturum ascendite pontem.
Hæc ubi dicta, levis totas accepit habenas
In campum sonipes: crebroque simillima nimbo
Trans ripam validi torserunt tela lacerti.
Ingreditur pulsa fluvium ⁵ statione vacantem
Caesar, ⁶ & ad turas hostis compellitur arces.
Et jam moturas ingentia pondera turres
Erigit, & medius subrepssit ⁷ vinea muris.*

⁸ *Ecce, nefas belli, referatis agmine portis
Captivum traxere ducem. ⁹ civisque superbi
Constitit ante pedes, vultu tamen alta minaci
¹⁰ Nobilitas recta ferrum cervice poposcit.*

*Scit Caesar pœnamque peti, veniamque timeri.
Vive, licet notis, & nostro munere, dixit,*

¹¹ *Cerne diem. victis jam ¹² spes bona partibus esto,
Exemplumque ¹³ mei: vel, si libet, arma retenta;*

¹⁴ *Et nihil hac venia, si viceris ipse, paciscor. ---
Fatur: & astrictis laxari vincula palmis
Imperat. Heu ¹⁵ quanto melius vel cade peracta
Parcere Romano potuit fortuna pudori!
Pœnarum extremum civi, quod castra secutus*

¹ Emittere v. cohortes ex oppido.

² Ponte interrupto qui fluvium coerceretur.

³ Indiæ fluvius qui Cyro & Alexandro moram injecit.

⁴ Postquam transierim Rubiconis aquas. lib. 1. §. 135.

⁵ Domitiani militibus.

⁶ Caesar legionibus adductis ad oppidum constitit, juxtaque murum castra posuit, turres erexit, tormenta paravit, vineas admovit.

⁷ Vide lib. 3. §. 487.

⁸ Domitius ad Pompejum in Apuliam literas miserat, ut quanta posset celeritate obfesso subveniret, Cæsarem intercluderet. rescripsit Pompejus id se fa-

cere non posse; ut Domitius itaque se cum copiis clam Corfinio subtraheret. Literis acceptis Dom. dissimulans in concilio pronunciat Pompejum brevi adfuturum, ipse cum paucis consilium fugæ capit. id militibus suboluit, qui legatis ad Cæs. missis sese paratos esse portas aperire, imperata facere, & L. Domitium vivum in ejus potestatem tradere. quod proximo die factum.

⁹ Cæsaris cui noster utque malevolus. ¹⁰ Equites Rom. tribuni, senatorum liberi, senatores ad Cæs. productum L. Domitius, P. Leatulus Spinther, Vibullius Rufus, Sex. Quinctilius Varius quaestor, L. Rubius, inquit interpres La. nbertus Hortensius, cui ego non assentior. video enim poetam induxisse animum ut Pomp. in omnibus adularetur, qui hic imbelli Domitio magnanimitatem & nobilitatem adtingit. producti quidem illi alitque complures & à Cæsare dimissi incolumes. ¹¹ Frnere lucis usura & vitæ. ¹² Veniæ.

¹³ Clementiæ meæ. ¹⁴ Neque reposcain parem gratiam, sicubi tu victor fueris. ¹⁵ Quanto majori honori fuisset morte affici quam vita donari, quæ dedecus summum: imo supplicium maximum erat civi Romano ignosci, quod patria & publica arma hostilibus & privatis prætulit.

1 Supprimi-
dissimulat.

2 Aliter hæc
referunt Plu-
tarchus, Ap-
pianus & Cæ-
sar: Dunitium
cæterotq; pro-
ductus Cæsar
à contumeliis
militum cou-
viciisque pro-
hibet, pauca
apud eos lo-
quitur, pecu-
nias quas in
publicum de-
posuerat alia-
tas ad se à Cor-
finiensibus Do-
mitio reddit,
permittitque
illi ire quo li-
buisset. ille au-
tem Massiliam,
atque hac de-
victa se ad
Pompejum con-
tulit, cecidit-
que in acie
Pharfallica.

3 Vitam, quæ
ab hoste do-
nata est mu-
nus.

4 Pompejus interim ignarus eorum quæ Corfinii gesta sunt, exercitum con-
scribit & auxiliis undique confirmat.

5 Signum daturus movendi postero
die castra, militum animos in pugnam explorat.

6 Armorum impie à
Cæs. patriæ iustatorum. ut mox V. 539.

7 Pro patria, sub quibus militavit
Coss. & Senatus.

8 Libertatis patriæ studiosa.

9 Ut Cæsaris sunt.

10 Alacri animo & cum acclamatione postcite signa dari belli, infra V. 599.

11 Ferro & flamma vastatur Italia, furibundis Gallis à Cæsare immisiss.

12 Et jam Cæsar sanguine imbuit bellum.

13 Dis gratia, quibus placuit,
à Cæsare potius quam à nobis initium capere nefaria hæc bella.

14 Con-
juratio illa satis nota vel pueris ex Sallustio.

15 Antiqui Cethegi (inquit
Turæbus l. 19. Adv. c. 9.) tunicas non gerebant, sed pro tunica cinctum vel
campestre ab umbilico ad pedes, reliquo corpore exerto & nudo: unde toga in
nostrè iustria l. 6. V. 794. nudique Cethegi. Silius It. Ipse humero exertus gentili mora.

16 Qui cum possis & debeas, Camillum & Metellos imitatus, servare patriam:
velis in pestes & evertores patriæ degenerare Cinnam & Marium. ita scripserat
Brutus ad Atticum de Antonio: ὅς ἐν Βεβρότις καὶ Κεαρσίῳ καὶ Κίτρῳσι συνειρή-
μισαὶ δυνάμιν, προθήκην ἰωρτὴν οὐκ ἔβησεν δίδωκεν. Plutar. in Bruto.

17 Furius Camillus urbem à Gallis captam, Capitolium obsessum, exul creatus
Dictator liberavit pulsus Gallis.

Sit patria, Magnumque ducem, totumque Senatam,
Ignosci. 1 premit ille graves interritus iras:

2 Et secum: Romamne petes, pacisque recessus

Degener? in medios belli non ire furoros

lamdudum morituro paras? tue certus, & omnes

3 Lucis rumpe 3 moras, & Casaris effuge munus.

4 Nescius interea capti ducis arma parabat

Magnus, ut admixto firmaret robore partes.

lamque 5 secuturo jussurus classica Phœbo,

Tentandasque ratus moturi militis iras,

Alloquitur tacitas veneranda voce cohortes:

O 6 scelerum ultores, 7 melioraque signa secuti:

O vere 8 Romana manus: quibus arma Senatus

9 Non privata dedit, 10 votu deposcite pugnam.

11 Ardent Hesperii saxu populatibus agri:

Gallica per gelidas rabies effunditur Alpes:

12 Iam tetigit sanguis pollutos Casaris enses.

13 Diis melius, belli tulimus quod damna priores.

Cæperit inde nefas. jam jam me praside Roma

Supplicium, pœnamque petat. neque enim ista vocari

Prælia iusta decet, patria sed vindicis iram.

Nec magis hoc bellum est, quam 14 cum Catilina

paravit.

Arsurus in tecta faces, sociusque furoris

Lentulus; 15 exertique manus vesana Cethegi.

O rabies miseranda ducis! 16 cum fata 17 Camillis

Te *Casar*, magnisque velint miscere ¹ *Metellis*,
 Ad ² *Cinnas*, ³ *Mariosque* venis. ⁴ sternere profecto.
 Ut *Catulo* jacuit *Lepidus*, ⁵ nostrasque secures
 Passus, *Sicanio* tegitur qui *Carbo* sepulchro,
⁶ Quisque seros movit *Sertorius* exul *Iberos*.
 Quanguam, si qua fides, his te quoque ⁷ jungere *Casar*
 Invideo, ⁸ nostrasque manus quod *Roma* furenti
 Opposuit. *Parthorum* utinam post pralia sospes,
 Et ⁹ *Scythicis* *Crassus* victor remeasset ab oris,
 Ut simili causa caderes, ¹⁰ qua *Spartacus* hostis.
 Te quoque si *Superi* ¹¹ titulis accedere nostris
 Iusserunt, valet in torquendo dextera pilo:
Fervidus hac iterum circa praeordia sanguis
 Incaluit: disces non esse ad bella fugaces,
 Qui ¹² pacem potuere pati. licet ille solum,
 Defectumque vocet, ne vos mea terreat atas.
¹³ Dux sit in his castris senior, dum miles in illis.
 Quo potuit civem populus perducere ¹⁴ liber:
 Ascendi, supraque nihil nisi regna reliqui.
¹⁵ Non privata cupit, Romana quisquis in urbe
 Pompejum transire parat, ¹⁶ hinc *Consul* ¹⁷ uterque,
 Hinc acies statura ¹⁸ ducum. *Casarne* *Senatus*
 Victor erit? non tam caeco trahis omnia cursu,
 Teque nihil *Fortuna* pudet. ¹⁹ Multisne rebellis
 Gallia jam lustris, atasque impensa labori
 Dant animos? ²⁰ *Rheni* gelidis quod fugit ab undis,

¹ Numidico, Plo, Cretico, Balaearico.
² Nota ad V. 94 supra.
³ Supra V. 79, & deinceps.
⁴ Sed dabis mihi hujus amentiae poenas, victus, ut à Catulo Lepidus, qui Coss. inter se disceparunt. Lep. acta Syllae rescindere conatus, è Gallia, quam provinciam sortitus est, & ubi res novas moliebatur, revocatus à Senatu, cum exercitu ad urbem rediit, sed à Catulo collega in Campo Martio superatus in Sardiniam fugit, ibique non multo post periit.
⁵ Cu. Papyrius Carbo tertium

Cos. cum C. Mario creatus, reverso è bello Mithridatico Sylla, urbe profugit, sed à Metello Pio prope Faventiam superatus, in Sicillam fugit, à Pompejo captus, & damnatus capitis cætenis vincus, securi percussus est.

⁶ Q. Sertorius à Sylla proscriptus Hispanos ad arma movit, contra quem missus Q. Metellus Cos. mox Pompejus, aucipiti acie saepius pugnavit. Sertorius tandem domestico scelere & insidiis extinctus est à Perpenna belli socio, in convivio.

⁷ Conferre, causa ac poena. ⁸ Mihi contra te in parliam furentem, Coss. & Senatum bellum hoc demandarunt. ⁹ Pro Parthicis.

¹⁰ Spartacus Thrac, gladiator è ludo Lentuli Capuae cum 70 focis effugit, servis ad partem vocatis armatisque exercitum 70 M. confecit, legatos, praetores, Coss. Rom. devicit, à M. Crasso tandem devictus caesusque est.

¹¹ Victoriis meis additum. ¹² In pace vivere, vide quae ad V. 314. l. 5.

¹³ Cur mihi duci aetas illa probro sit, quae illius militibus honori?

¹⁴ Libertatem suam retinens, non delata ulli imperii summa. ¹⁵ Non civis esse vult, sed tyrannus, qui &c. ¹⁶ A partibus nostris. ¹⁷ L. Lentulus & C. Marcellus A. V. 705.

¹⁸ Procerum, Senatorum. ¹⁹ Invidiose. Duobus, neque exactis iis. ²⁰ Caesar Germanos ferro & igni populatus, in hostico per dies 18 moratus, se in Galliam recepit, rescisso post se ponte, quem in Rheno struxerat, ne Germanis usui esset, haec Pompejus fugam calumniatur.

1 Et quod
causatus Ocea-
num Britanni-
cum esse Gal-
lici maris re-
fluaria, reci-
proco fluxu &
refluxu, modo
stagnantia,
modo vadosa:
repulsus est à
Britaonis, qui-
bus ulro bel-
lum intulerat.
Sed hac Caesaris
gesta Pompejus
per invidiam
externas in-
ducitur.

2 Qui intra
spacium 2 men-
sum, piratas
Cilicas maria
latrociniis in-
festantes coër-
cuit, & captis,
ne ad pirati-
cam relabe-
rentur, agrum
assignavi, de-
ductis procul
à mari Solos
urbem Ciliciæ
à me instaura-
ram, appella-
ramque Pompejopolu.

3 Per diverticula & transversas semitas sui regni
in Asia minori fugientem in Armeniam, Colchos, Albanos, Hibros, &c.
4 Mithridatem, qui 40 annos cum Romanis bella gessit. 5 Victorias &
Imperium. 6 Male veneno tentatam, sed ferro exactam. l. 10. v. 336.
7 Allusum ad cognomen Syllæ Felicis, qui Mithridatem atriverat, ut &
Lucullus. 8 Vide Marial. epig. 75. lib. 5. 9 Fl. max. Colchidos,
quo Mithridatem Pompejus insequebatur. 10 Pars Septentrionalis sub-
jecta Arcto Vrsæ majori. 11 Pars mundi Meridionalis, datus enim fuerat
à Senatu tutor pueri regis Ptolomæi, item ibi sub Syllâ fuerat. 12 Syene
oppidum est Thebaidos in consinibus Ægypti atque Æthiopiæ, quæ directa &
perpendiculari linea tropico subiecta, medio Solstitii die sole Cancrum in-
gresso, est æquæ corpora scilicet arrecta umbram in neutram partem jaciunt.
13 Hispania, cujus extremus fluuius Boetis Guadalquivir, in fretum Gadita-
num infunditur, quod & ipsum effluit in mare Occidentale, refluitque.
14 Circa Amaonum montem in expeditione ad Rubrum mare. 15 Populi
feri, juxta Colchos, ab Amphyo & Telechio, vel ut alii ref. Rheca & Amphi-
strato Castoris & Pollucis ἑνωχες, id est, aurigis, qui ibi confederant, orti.
16 Ab Iasone petiti, cujus notissima historia. 17 Asiæ minoris populi.
18 Pompejus Iudæam subegit, Aristobulum regem cepit: Sacra vero Iudæica
nobis notiora, quam Lucano. 19 Luxu soluta Asiæ regio. 20 Has
gentes pervagatus devicit bello Mithridatico. 21 Tauri montis accolæ.
22 Cæsari, cujus filiam duxerat Pompejus.

1 Oceanumque vocans incerti stagna profundi,
Territa quasitis ostendit terga Britannis?

An vana tumuere mina. quod fama furoris
Expulit armatam patriis e sedibus urbem?
Heu demens, non te fugiunt, me cuncta sequuntur:

2 Qui cum signa tuli toto fulgentia ponto,
Ante bis exactum quam Cynthia conderet orbem,
Omne fretum metuens pelagi pirata reliquit,
Angustaque domum terrarum in sede poposcit.

Idem 3 per Scythici profugum divortia Ponti
4 Indomitum regem, Romanaque 5 fata morantem,
Ad 6 mortem, Sylla 7 felicior, ire coëgi.

8 Pars mundi mihi nulla vacat: sed tota tenetur
Terra meis, quocumque jacet sub sole, trophais.

Hinc me victorem gelidas ad 9 Phasidos undas
10 Arctos habet: calida 11 medius mihi cognitus axis
Ægypto, atque 12 umbras nusquam flebente Syene.

13 Occasus mea jura timet, Tethynque fugacem
Qui ferit, Hesperius post omnia flumina Batis.

Me domitus cognovit 14 Arabs, me Marte feroces
15 Heniochi, 16 notique erepto vellera Colchi.

17 Cappodoces mea signa timent, & 18 dedita sacris
Incerti Iudæa Dei, 19 mollisque Sophene.

20 Armenios, Cilicasque feros, Taurosque subegi.
Quod 22 socero bellum, prater civile, reliqui?

1 Verba ducis nullo partes clamore sequuntur,
 Nec matura petunt promissa classica pugna.
 Sensit & ipse metum Magnus; placuitque referri
 Signa, 2 nec in tanta discrimina mittere pugna
 Iam victum fama non visi Casarū agmen.
 3 Pulsus ut armentū primo certamine taurus
 Silvarum secreta petit, vacuosque per agros
 Exul 4 in adversis explorat cornua trunci;
 5 Nec redit in pastus, nisi cum cervice recepta
 Excussi placuere tori: mox 6 reddita victor
 Quos libet in saltus comitantibus agmina tauris
 Invito pastore trahit: 7 sic viribus impar
 Tradidit Hesperiam, profugusque per Appula rura
 Brundisii tutam concedit Magnus in arces.
 8 Vrbs est Dictāū olim possessa colonis,
 Quos Creta profugos vexere per aquora puppes
 Cecropia, victum 9 mentitis Thesea velis.
 10 Hanc latus angustum jam se cogentis in arctum
 Hesperia, tenuem producit in aquora linguam,
 Adriacas flexis claudit qua cornibus undas.
 11 Nec tamen hoc arctis immissum faucibus aquor
 Portus erat, si non violentos insula Coros
 Exciperet saxū, lassasque refunderet undas:
 Hinc illinc montes scopulosa rupis aperto
 Opposuit natura mari, flatusque removit,
 Ut tremulo starent contenta fune carina.
 Hinc late patet omne fretum, seu vela ferantur

Arboris obnixus trunco, ventosque lacebit iustibus, &c.

lelium robur, viresque recepta signa movent, praecepque oblitum fertur in hostem.

6 Recepta armenta, devictis aliis tauris, ipse ducit.

7 Redditio Compara-tionis, sic Pompejus se imprem Casari sentiens, Casari Italiam cedere, ipse per Apuliam profectus, Brundisium, hinc in Macedoniam navigare instituit.

8 Brundisium urbs condita fuit, atque habitata à Creten-sibus quibusdam qui Atheniensibus advecti navibus profugerunt à Creta cum Theseo reduce Minotauri victore. Strabo lib. 6.

9 Nigris, praefestina-tione & nautarum oblivione, iisdem quibus solverant Athenis, contra mandatum patris Aegæi, qui praeciperat ut si victor rediret filius, alba suspenderent car-basa.

10 Hic qua Italia cogit se in arctum (legitur & arctum) angustia illa porrigitur. In aquora ad formam linguæ, hoc est, terræ molliter devertex & fe-coarctantis, quæ curvato sinu præteditur mari Adriatico, ita ut portus fre-quenti utriusque flexu repræsentet cornua capitis cervini, unde & nomen. nam-que Messapiorum lingua. ἡ κίρκη τῆ ἰλιάφου καλέται βεντέσιου. Strabo l. 6.

11 Neque tamen satis fidus foret hic portus, nisi objecta insula fluctus, ven-tosque exceptos frangeret.

1 Milites non excipiunt ora-tionem Pom-peji cum plau-su & acclama-tione, neque petunt signa professionis in bellum dari, quod & ipse Pompejus ad-vertens substi-tuit, & insti-tuto itinere omisso se Lu-ceria Canu-sium, & inde Brundisium contulit.

2 Neque mit-tere exercitum suum confer-natum fama & metu Casaris nondum visi in discrimen pugnae.

3 Sumpta est hæc compara-tio à Virg. sed aliter victus a-bit, longèque ignotis exulat oris, &c. 3 Georg.

4 Et tentat se-se, atque irasci in cornua discit

5 Post ubi col-

6 Post ubi col-

7 Redditio Com-

8 Brundisium urbs condita fuit, atque habitata à Creten-sibus quibusdam qui Atheniensibus advecti navibus profugerunt à Creta cum Theseo reduce Minotauri victore. Strabo lib. 6.

9 Nigris, praefestina-tione & nautarum oblivione, iisdem quibus solverant Athenis, contra mandatum patris Aegæi, qui praeciperat ut si victor rediret filius, alba suspenderent car-basa.

10 Hic qua Italia cogit se in arctum (legitur & arctum) angustia illa porrigitur. In aquora ad formam linguæ, hoc est, terræ molliter devertex & fe-coarctantis, quæ curvato sinu præteditur mari Adriatico, ita ut portus fre-quenti utriusque flexu repræsentet cornua capitis cervini, unde & nomen. nam-que Messapiorum lingua. ἡ κίρκη τῆ ἰλιάφου καλέται βεντέσιου. Strabo l. 6.

11 Neque tamen satis fidus foret hic portus, nisi objecta insula fluctus, ven-tosque exceptos frangeret.

1. Ins. Corfu, à dextra.

2. Epidamnus, quam Romani, ut Pomp. Mela lib. 2. cap. 3. vel ut Appian scribit, Corcyreuses, propter inauspicatum nomen quasi eorum dixerunt, Dyrrachium appellaverunt in Illyrica ora, versus inare Ionium posita.

3. Legitur & Epidaurus, verum ut historiarum nostrarum inservitur, per placet Epidamnus.

4. In portum Brundusii.

5. Nubibus involuti non apparent montes Illi Epiri.

6. Insula contra Calabriam, inter Epirum & Brundisium.

7. Spes Italiae tenendae, quae Brundisium fugientibus erat à tergo.

In portus ¹ Corcyra tuos, seu ² lava petatur Illyris Ionias vergens ³ Epidamnus in undas.

⁴ Huc fuga nautarum cum totas Adria vires Movit, ⁵ & in nubes abiere Ceraunia, cumque Spumoso ⁶ Calaber perfunditur aquore ⁶ Sason.

Ergo ubi nulla ⁷ fides rebus post terga relictis,

⁸ Nec licet ad duros Martem convertere Iberos, Cum media jaceant immensus tractibus Alpes:

Tunc sobole e tanta natum, ⁹ cui firmior aetas,

Affatur: Mundi jubeo tentare ¹⁰ recessus.

¹¹ Euphratem, ¹² Nilumque move, quo nominis usque

Nostri fama venit, ¹³ quas est vulgata per urbes

Post me Roma ducem: ¹⁴ sparsos per rura colonos

Redde mari Cilicas: ¹⁵ Pharios hinc concute reges,

Tigranemque ¹⁶ meum, nec ¹⁷ Pharnacis arma relin-

quas;

Admoneo, nec tu populos ¹⁸ utraque ¹⁹ vagantes

Armenia, ²⁰ Pontique feras per litora gentes,

²¹ Rhiphaasque manus, & ²² quas tenet aquore denso

Pigra palus Scythici patiens Maotica plaustris.

Et quid plura moror? totos mea nate per ²³ ortus

Bella seres, totoque urbes agitabis in orbe

Perdomitas: ²⁴ omnes redeant in castra triumphis.

At vos, ²⁵ qui Latios signatis nomine fastos,

²⁶ Primus in Epirum Boreas agat: inde per arva

Grajorum, Macedumque novas acquirite vires:

Dum paci dat tempus hyems. Sic fatur: & omnes

Iussa gerunt, solvuntque cavae à litore puppes.

8. Neque posset jam bellum transferri in Hispaniam longe distantem atque Alpibus interclusam, quam provinciam tenebant

Petrus & Afranius Pompeji legati. 9. Co. Pompejum filium natu majorem, missurus ad devictas à se gentes auxilia petiturum. 10. Loca remota.

11. Armeniam, unde oritur; Syriam, quam praeterlabitur Euphrates.

12. Aegyptum, quam Nilus rigat. 13. Ad quas Romanum nomen propter me victorem pervenit. 14. Supra §. 170. 15. Aegyptios, à

Pharo Ins. 16. Beneficio meo in pristinum fortunae habitum restitutum. Valer. Maxim. lib. 5. cap. 1. 17. Filii Mithridatis, cui à patre deficienti Pompejus confecto bello Bosphorum concesserat. 18. Majori &

minoris. 19. Scythas vagos, & μὲν ἄλλοις. 20. Maris Euxini, & ἔτι πρὶν

dicti propter immanitatem accolarum. 21. Incolas Rhiphaeorum montium Scythiae. 22. Accolas Maotidis paludis gelu constrictae & induratae,

ita ut per eam onusta agantur vehicula. 23. Orientales regiones.

24. Auxilio mihi adsint reges omnes & gentes, de quibus ego nostrisque triumphavimus. 25. Consules, quorum nomina in Fastis praefigebantur suis

annis. lib. 5. §. 5. 26. Cum primo vento in Epirum navigate, sollicituri Graecos & Macedonas,

At ¹ nunquam patiens pacis, longoque quietis
 Armorum, ne quid satis mutare liceret,
 Assequitur, ² generique premit vestigia Caesar.
 Sufficerent aliis primo tot mœnia cursu
 Raptâ, tot oppressa dejectis hostibus arces:
 Ipsa ³ caput mundi, bellorum maxima merces,
 Roma capi facilis: Sed ⁴ Caesar in omnia præcepit,
 * Nil actum credens, dum quid superesset agendum,
 Instat atrox: & adhuc, quamvis possederit omnem
 Italiam, extremo sedeat quod litore Magnus,
 Communem tamen esse dolet: nec rursus aperto
 Vult hostes errare freto, sed ⁵ molibus undas
 Obstruit, & latum dejectis rupibus aquor.
⁶ Cedit in immensum cassus labor: ⁷ omnia pontus
 Haurit saxa vorax, montesque immiscet arenis:
⁸ Vt maris. Egæi medias si celsus in undas
 Depellatur Eryx, nulla tamen aquore rupes
 Emincant, vel si convulso vertice Gaurus
 Decidat infundum penitus stagnantis Averni.
 Ergo ubi ⁹ nulla vadotenuit sua pondera moles,
 Tunc placuit casis innectere ¹⁰ vincula sitvis,
¹¹ Roboræque immensis late religare catenis,
¹² Tales fama canit tumidum super aquora Xerxem
 Construxisse vias, multum cum pontibus ausus,
 Europamque Asia, Sestonque admovit Abydo,
 Incessitque fretum rapidi super Hellesponti,
 Non ¹³ Eurum, Zephyrumque timens: ¹³ cum vela,
 ratesque

1 Nihil detre-
 ctus, omni lo-
 re properans,
 solitus Succes-
 sus urgere suos:
 instare favori
 Numinis, ut
 lib. 1. §. 143.
 2 Pompejum
 prope se-
 quutus, Brundisium cum sex
 legionibus ve-
 niit.
 3 Summi im-
 perii sedes,
 triumphati or-
 bis caput.
 4 Cæsar cum
 dubitaret quo-
 animo Pom-
 pejus Brundisii remaneret,
 an ut maris
 Adriatici utrâ-
 que partem in
 potestate sua
 retineret, an
 inopia navium
 ibi restitisset,
 veritus ne Ita-
 liam ille di-
 mittendam non
 existimaret,
 cupiensque si-
 mul bellum
 conficere, pro-
 fecit Dyrha-
 chinum Coss.

ipse ut Pompejum intersperet, exitus Brundisii portus præcludere consti-
 tuit. * Hoc transcribit Justinianus lib. xii. C. de his quibus ut indigni.
 Nihil enim actum credimus, dum aliquid addendum superest. 5 Qua fauces
 portus erant angustissimæ, molem ab utraque parte litoris in vado jaciebat;
 quo vero agger, propter stitidinem aquæ contineri non posset, rates terra cra-
 tibus ac pluteis connectas, & turribus adversus impetum & incendia munitas
 collocavit. 6 Labor immensus cedit incalsum. Hypallage. 7 Injectas
 moles absorbent arenæ, ut refert Poëta, secus atque autor Commentariorum
 de bello civili. 8 Neque tamen moles illæ magis portum obstruunt aut in
 mare eminent, quam si in lacu Averno demergatur Gaurus mons Campaniæ,
 aut in Ægæo mari Eryx mons Siciliæ, qui quoniam procul distat ab Ægæo,
 Sabellicus & alii Athos legendum autumant. 9 Vt modo nota C.
 10 Rates conjunctas, & quaternis singulis anchoris firmatas. 11 Qualiter
 Xerxes *μύρα φρεσῶν*, olim in Hellespontii freto ponte ex navibus ducto, ab
 Abydo urbe Asiæ in Seston urbem Europæ, pedibus trajecit exercitum. Her. 7.
 Mela lib. 2. c. 2. 12 Qui tamen, concitato pelago, pontem disjecerunt.
 13 Cum montem Macedoniæ Athon à continenti abscidi jussum circumna-
 vigaret, *Velificatus Athos*, Juven. Sat. 10. §. 130.

1 Sic fauces
portas Brund.
ratibus robo-
reis è sylvis
excisis & in
mare dejectis
coarctantur.

2 Trabibus
terra constrat-
tis.

3 Io quarta
quaque rarium
turret bino-
rum tabulato-
rum excitatæ.

4 Vbi videt
ostia & fauces
aggere præclu-
sas, omni stu-
dio & cona-
mine laborat
ut ratibus Cæ-
saris perruptis
refractoque ag-
gere viam sibi
aperiat Dyrhachium traje-
cturo.

5 In Macedo-
niam transfe-
rat bellum.

Alii, machinas
bellicas dissipet.

6 Pompejus naves magnas onerarias turribus trium tabulatarum iustructas ad opera Cæsaris disturbanda appellebat, sic quotidie utrinque fundis, sagittis, reliquisque telis pugnabatur: quæ naves, ut vult Luc. aggerem Cæsaris diruperunt, autor tamen Comment. dimidiam vix operis partem à Cæs. effectam refert. 7 Pompejus, adventu oavium à Cos. Dyrhachio remissam, profectioem parat, ne Cæsariani milites sub ipsa profectioe oppidum irruerent, portus obstruit, vicos plateasque transversis fossis & sudibus præcæntis præcepit, milites silentio oaves conscendere jubet, &c. comment. 1.

8 Nautarum solventium & se invicem cohortantium κελύφομα. 9 Quæ vigiliarum distinctioes iodicæ solet.

10 Neu tuba signum profectioois caoat. 11 Videtur poëta ex Heliaci Virgiliois ortus notatione innuere Pompejum Brundisio discessisse sub Æquinoctio Antinoali circa medium Septembrem: cum ex Ciceronis epistolis, & Commentariis de bello civili (Cæsarine illi sint, Oppii vel Hirtii) constet coeptum hoc bellum post comitia, in eoque Ianuario, Ariminum & alia opp. capta à Cæs. io Februario; Pompejum excessisse Brundisio in Martio; rediisse Romanum Cæsarem, devicisse Pompeji duces, Marsiliam oppugnasse eadem æstate, sequenti deinde aono in Pharsalia depugnatum. Dio tamen scribit, *Ausumnum jam exiisse*. lib. 41.

12 Videtur & matutinum tempus denotare, cum tamen Appianus 2 de civili bello Rom. Pompejum circa vesperam solvissè scribat, & autor comment. sub noctem naves solvissè.

13 Scorpii brachia, quæ tribuuntur Libræ, quæ Virginem excipit. 14 Dum aotennæ inclinantur. 15 Malus. 16 Alii leg. *pendentes*. id est transcurrentes per funes. 17 Explicant vela antennis substricta. 18 Ne concussorum rudentum sonitus fugam prodant, 19 Pompejus.

*In medium deferret Athon: 1 sic ora profundi
Arbantur casu nemorum. tunc 2 aggere multo*

*Surgit opus. 3 longaque tremunt super aquora turrets.
4 Pompejus 2 tellure nova compressa profundi*

*Ora videns, curis animum mordacibus angit,
Ut referet pelagus, 5 spargatque per aquora bellum.*

*6 Sæpe Noto plena, tensisque rudentibus acta
Ipsa mari per claustra rates fastigia molis*

*Discussere salo, spatiumque dedere carinis:
Tortaque per tenebras validu ballista lacertis,*

*Multifida jaculata faces. 7 Ut tempora tandem
Furtiva placuere fuga: ne litora 8 clamor*

*Neuticus exagitet, neu 9 buccina dividat horas,
10 Neu tuba pramonitos perducatur ad aquora nautas,*

*Præcepit sociis. 11 Iam cæperat ultima Virgo
12 Phæbum latius ortu præcedere 13 Chelas,*

*Cum taciti solvere rates. non anchora voces
Movit, dum spissis avellitur uncus arenæ:*

*14 Dum juga curvantur mali, dumque ardua 15 pinus
Erigitur, pavidi classis siluere magistri:*

*Strictaque 16 pendentes 17 deducunt carbasa nautæ,
Nec quatiunt validos, 18 ne sibilet aura, rudentes.*

19 Dux etiam votis hoc te, Fortuna, precatur.

*Quam retinere vetas, liceat sibi ¹ perdere saltem
Italiam. ² vix fata sinunt, nam mirmure vasto
Impulsum rostris sonuit mare, fluctuat unda,
Totque carinarum permixtu aquora sulcu.*

*³ Ergo hostes portu, qui omnes solverat urbis
Cum fato conversa fides, murisque recepti,
Præcipiti cursu flexi per ⁴ cornua portus
⁵ Ora petunt, pelagusque dolent contingere classes.
Heu pudor, exigua est fugiens victoria Magnus.*

*Angustus puppes mittebat in aquora ⁶ limes
Arctior Euboica, qua Chalcida verberat, unda.
Hic hasere rates gemina, ⁷ classique paratas
Excepere ⁷ manus: ⁸ tractoque in litora bello,
Hic primum rubuit civili sanguine ⁹ Nereus.
Cetera classis abit ¹⁰ summu spoliata carinis:*

*¹¹ Ut Pagasæ ratis peteret cum Phasidos undas,
Cyaneas tellus emisit in aquora cautes,
Rapta puppe minor subducta est montibus Argo.
Vanæque percussit pontum Symplegas inaniem,
Et ¹² statura redit. ¹³ jam Phæbum urgere monebat
Non idem Eos color ætheris, albæque nondum
Lux rubet, & ¹⁴ flammæ propioribus eripit astris,
Et jam ¹⁵ Pleias hebet, fessi jam ¹⁶ plaustra Bootæ
¹⁷ In faciem puri redeunt languentia cæli,
¹⁸ Majoresque latent stellæ, calidumque refugit
Lucifer ipse diem. pelagus jam Magne tenebas,*

¹ Absque jactura relinquere, toto discedere, deserere.

² Non licet. neque enim sine strepitu potuere tot naves remis velisque educi è portu.

³ Brundisii Pompejanorum militum injuriis atque ipsius Pompeii contumeliis perimori, Cæsaris rebus nec fortunæ minus faventes, Cæsarianos per adnotas scalas ascendentes recipiunt, qui moniti ut fossas & fudes præcutas caveant, longo itinere à Brundisii circumducti ad portum perveniunt, duasque naves cum mi-

litibus, quæ ad moles Cæsaris adhæserant scaphisprehendunt. ⁴ Portum cervi cornua referentem. supra §. 613. ⁵ Ostia, portus.

⁶ Limes ille, per quem exibant Pompejanæ naves, erat angustior Euripo, quæ juxta Chalcida interluit Eubœicam ins. & Bœotiam. ⁷ Vncos ferreos, ad naves retinendas fabricatos. ⁸ Conscito prælio per noctem tumultuario cum Pompejanis, qui in duabus illis navibus pertahebantur ad lius. ⁹ Mare. ¹⁰ His duabus navibus extrensus. ¹¹ Ut

Argo olim, qua Iason cum Minyis è Pagaso Thessaliæ oppido solventes petebant Colchos Phaside fl. celebres, transmissa per Cyaneas seu Symplegadas insulas, quæ concurrere inter se finguntur, è collisione insularum demissa est parte puppis extrensæ. vide quæ ad Senecæ Medæam §. 341. & Herc. Fu. §. 1210. ¹² Permanens immota. ¹³ Iam Orientis color è pullo in croceum, mox roseum mutatus prænuñciabat Solis ortum appetere.

¹⁴ Major lux offuscata minorem, & eo citius quo quæque vicinior est & minor. ¹⁵ Vergiliæ, stellæ ⁷ in humero seu capite Tauri obscurantur.

¹⁶ Visa major, cujus ⁷ stellæ lucidiores secundæ magnitudinis Plaustrum vulgo dictum Bootes sequi videtur, cætes Erymanthidos usque Arctophylax formantem sequentis habet. ¹⁷ Sna luce obscurata colorem ætheris induum.

¹⁸ Diffugiunt stellæ, quarum agmina cogit Lucifer, & cæli statione novissimum exit.

1 Non alios
insequutus, ut
olim piratas
Cilicas, supra
V. 576, sed
fugiens. Audi
Florum: Et
peractum fue-
rat bellum sine
sanguine, si
Pompejum
Brundisii op-
primere, ut
coeperat, po-
tuisset. Sed ille
per obsessi

claustra portus nocturna fuga evasit. Turpe dictum. modo princeps patrum, pacis
bellique moderator, per triumphatum à se mare lacerata & pæne inermi nave
fugiebat. 2 Cornelia, supra V. 349. 3 Cnejo & Sexto.

4 Magnæ autoritatis propter comites Coss. Senatus partem, principem, &
exercitum. 5 Vide Epig. 75 Martialis, & quæ nos ad illud. 6 Ægy-
ptiaca arena destinatur sceleratæ cædi & tristi sepulchro Pompeji, sed ipsum
Terra tegit Libyes: si tamen ulla tegit, eodem Epig. 7 Ne Italia tot Pom-
peji victoriis servata, tot triumphorum illius spectatrix, nunc eum cernat vi-
ctum, aut cæsi sanguine contaminetur.

L I B E R I I I.

Protulit ut classem velis cedentibus Ausfer
Incumbens, mediumque rates tenuere profun-
dum,

1 Cæteris om-
nibus Ionium
mare propi-
cientibus, Pom-
pejus solus re-
spexit Italiam.
2 Montium fa-
stigia nubibus
obducta.
3 Rarefcere,
disparere, vix
dignosci à nu-
bibus, vide
quæ nos ad
Senecæ Troa-
da, V. 1046.

4 Pompejo per quietem Iulix (de qua lib. 1. V. 113.) umbram oblatam fingit
poëta. 5 Tellure rupta Tartaro gressum cœtere. 6 Iustar furix accensis
rogis & præsentis facibus aditare, indignata propter superductam Cotuellam,
& civile bellum. 7 Nec mea tui cura ipsa in morte recedit. Quin & ma-
nes passura in eos, ex quo bella movere coepisti, ego è beatarum animarum
sedibus in damnatorum loca detrudor. de Elysiis campis vide quæ ad Senecæ
Troad. V. 942.

1 Omnis in Ionios spectabat navita fluctus:
Solus ab Hesperia non flexit lumina terra
Magnus, dum patrios portus, dum litora nunquam
Ad visus reditura suos, 2 tellumque cacumen
Nubibus & dubios cernit 3 vanescere montes.
Inde 4 soporifero cesserunt languida somno
Membra duci: diri tum plena horroris imago
Visa caput mæstum 5 per hiantes Iulia terras
Tollere, & 6 accenso furialis stare sepulchro.
7 Sedibus Elysiu, campoque expulsa piorum
Ad Stygias (inquit) tenebras, manesque nocentes,

Post bellum civile trahor: vidi ipsa tenentes

¹ Eumenidas, ² quaterent quam vestris lampadas
armis.

³ Præparat innumeras puppes Acherontis adusti

Portitor: in multum ⁴ laxantur Tartara pœnas.

⁵ Vioc operi cuncta dextra properante sorores

Sufficiunt: lassant rumpentes stamina Parcas.

Conjuge me latos duxisti Magne triumphos:

Fortuna est mutata ⁶ tori; ⁷ semperque potentes

Detrahere in cladem fato damnata maritos

Innupsit ⁸ tepido ⁹ pellex Cornelia busto.

¹⁰ Hareat illa tuis per bella, per aquora signis,

Dum non securos liceat mihi rumpere somnos,

Et nullam vestro vacuum sit tempus amori,

Sed teneat Casarque dies, & Julia noctes.

¹¹ Me non Lethaa, conjux, obliuia ripa

Immemorem fecerit tui, ¹² regesque silentium

Permiserit sequi. ¹³ veniam, te bella gerente,

In medias acies, nunquam tibi Magne per umbras,

Perque meas manes generum non esse licebit.

¹⁴ Abscindis frustra ferro tua pignora, bellum

Te faciet civile meum. Sic fata ¹⁵ refugit

Umbra per amplexus trepidi dilapsa mariti.

¹⁵ Illa, Dei quamvis cladem, manesque minentur,

Majorem arma sinit, certa cum mente malorum.

Et quid (ait) vani terremur imagine visus?

Aut nihil est sensus animis a morte relictum,

Aut mors ipsa nihil. ¹⁷ Titan jam pronus in undas

Ibat, & igniferi tantum demerserat orbis,

Quantum deesse solet luna seu plena futura est.

thos, tibi jam futura æque perniciofa. lib. 3. v. 90.

8 Mei recens mortuæ, vel conjugis sui, juxta legitimum tempus 10 mensium.

9 Invidiose vocat eam pellicem, quæ intra legitimum luctus spatium nupta fuerit suo

nuper marito, cujus memoriæ per illam exciderit: 10 Illa licet te in

bella comitetur, non tamen fruenini mutuo amore, namque te interdum exercebit pater meus Cæsar, noctu ego tibi somnos laterinrabo. 11 Neque

oblivionis ille flavius degustatus apud inferos admittit mihi tui memoriam.

12 Pluto & Proserpina. 13 Omnibus umbra locis adero, ultreix usque

sequar te, monebo usque, te esse Cæsaris generum. 14 Frustra tentas

bello extinguere jus astitatis, namque hoc bellum te mihi reddit. Prædicar-

que illi mortem. 15 frustra comprehensa manus effugit imago, Par levibus

vanis, volucrique similitudina somno. 16 Pompejus majori cum fiducia imo

obstinacia obvius it fatis. 17 Solis jam occidentis media parte par-

te, (instar lunæ semipleuræ) sub Horizonte depressa, appulit Dyrrhachium Pompejus.

1. Furiæ tres, Æmæque diæas Orestis, postquam eas consilio Apollinis placasset.

2. Tequentes manu faces, quas intentarent vestris furialibus armis incitandis.

3. Neque enim una sua ratis sufficit transvehendis aulicis eorum qui hoc bello perituri sunt.

4. Ut novis animis fiat locus: laxatque furor Charon.

Virg. Æn. 6. & Senec. Herc. Oct. v. 949.

Laxate manes.

5. Exercentur, imo lassantur Parca: staminibus vitæ absolvendis.

6. Cum conjuge, namque, 7. Cornelia fatalis est & omnino maritis. P. Crassus prius, qui perit apud Par-

thos.

1 Dyrhachli-
na.

2 Colleſtis fu-
nibus & velis,
maloque in-
clinato subie-
ruat portum
reimigio.

3 Propier di-
ſtantiam, &
globi roiuudi-
tatem.

4 Caſar mo-
re omnis im-
patiens, nul-
lam percipit
voluptatem è
Pompeji fuga,
quæ parua erat
victoria. ſupra
lib. 2. §. 707.
& inique tulit
evafiſſe Pom-
pejum, cujus
fuga bellum
protraheretur,
quod ſemel
conſectum vo-
luit.

5 Caſar, etſi
maxime è re
eſſe arbitrare-
tur Pompejum
ſequi, prius-
quam ſe trans-
maginis auxi-
liis confirma-
ret; partim ta-
men navium
deſiderio; par-
tim ne quid ſe

*Seu jam plena fuit: tunc obtulit¹ hoſpita tellus]
Puppibus accessus faciles: ² legere rudentes,
Et poſito remis petierunt litora malo.*

*Caſar, ut emiſſus venti rapuere carinas,
3 Abſconditque fretum claſſes, & litore ſolus
Dux ſtetit Heſperio, non illum gloria pulſi
Latificat Magni: ⁴ queritur quod tuta per equos
Terga ferant hoſtes. neque enim jam ſufficit ulla
Præcipiti fortuna viro: nec vincere tanti,
Ut bellum diſſerret, erat. ⁵ tunc peſtore curas
Expulſit armorum, paciſque intentus agebat.
Quoque modo vanos populi conciret amores,
6 Gnarus & irarum cauſas, & ſumma favoris
Annonâ momenta trahi. namque aſſerit urbes
Sola fames, emiturque metus, cum ſegne potentes
Vulguſ alunt. neſcit plebes ⁷ jejuna ⁸ timere.*

*9 Curio Sicariâs tranſcendere juſſus in urbes,
10 Qua mare tellurem ſubitis aut obruit undis,
Aut ſcidit, & medias fecit ſibi litora terras.
Viſ illic ingens pelagi, ſemperque laborant
Æquora, ¹¹ ne ruptis repetant conſinia montes:
12 Bellaque Sardoas etiam ſparguntur in oras.
Viraque frugiferis eſt inſula nobilis arvis.
13 Nec plus Heſperiam longinquis meſſibus ulla,
Nec Romana magis complerunt horrea terra.
14 Vbere vix gleba ſuperat, ceſſantibus Auſtris,
15 Cum medium niſbes Borea cogente ſub axem,
Effuſis magnum Libye tulit imbris annuum.
Hac ubi ſunt proviſa duci, tunc agmina victor*

abſente tentarent per Galliam & Italiam, timens; nec non exercitum in Hiſpania ſub duclibus Pompejanis veritus, in Siciliam Curione miſſo, in Sardiniam Valerio, &c. ipſe Iberiam cogitans ad Urbem proficiſcitur. 6 Sciens populi animos abalienari, à fide deficere & deſectare imperium, ſi quando fame & penuria laboretur; conciliari ſtadium plebis & benevolentiam, largitione annonæ, quæ ſola civium obedientiam obtriugit. Cum populus duas tantum res anxius optet, Panem & Circenſes. Iuven. Sat. 10. §. 80. 7 Fame preſſa. 8 Studium, fidem, obſequium præſtare. 9 Curio itaque prætor cum tribus legionibus miſſus eſt in Siciliam, frumentarium. 10 Qua Siciliam mare Rhegium & Pelorum interfluit. vide l. 2. ſupra §. 435. 11 Ne Apenninus & Pelorus vi undarum divulſi, rurfus conjungantur. 12 Valerius miſſus eſt frumentarium in Sardiniam. 13 Non ex alia ulla terra major frumenti copia in Italiam & Romam advehitur, quam ex infulis Siciliæ & Sardinia. 14 Vix ipſa Africa ſuperat fertilitate hæc inſ. Auſtris non ſtansibus. 15 Cum repulſis à Borea nubibus rigata abundantiæ meſſem & frugum proventum tulit.

1 Non armata trahens, sed pacis habentia vultum,
 Tecta petit patria. pro si remeasset in urbem,
 Gallorum tantum populis, 2 Arctoque subacta,
 3 Quam seriem rerum longa pramittere pompa,
 Quas potuit belli facies! ut 4 vincula Rheno,
 Oceanoque daret! 5 celsos ut Gallia currus
 Nobili, & flavis sequeretur mista Britannis!
 Perdidit o qualem vincendo 6 plura triumphum!
 7 Non illum latis vadentem cœtibus urbes,
 Sed tacita videre metu. 8 non constitit usquam
 Obvia turba duci: 9 gaudet tamen esse timori
 Tam magno populus, & se non mallet amari.

10 Iamque & pracipites superaverat Anxuris
 arces,

Et qua Pontinas via dividit uda paludes,
 Qua 11 sublime nemus, 12 Scythica qua regna Diana;
 13 Quaq; iter est Latias ad summam fascibus Albam:
 Excelsa de rupe procul jam conspicit Urbem,
 14 Arctoi toto non visam tempore belli:
 Miratusque sua, sic fatur, mania Roma:
 Tene, 15 Deum sedes, non ullo Marte coacti
 Deseruere viri! pro qua pugnabitur urbe?
 16 Dii melius, quod non Latias 17 Eous in oras
 Nunc furor incubuit; nec 18 juncto Sarmata velox
 Pannonio, Dacisque Getes admistus: habenti
 Tam pavidum tibi Roma ducem Fortuna pepercit,
 Quod bellum civile fuit. Sic fatur, & Urbem
 Attonitam terrore subit. 19 namque ignibus atris

& Pompejum cum Coss. fugando. 7 Non illum prætereuntem excepere
 urbes lætis acclamationibus, metus inhibuit gratulationem. 8 Non pro-
 dibant illi obviam turbes gratulatoriæ. 9 Invidiose hoc in Cæsarem, ut
 semper. 10 Iam præterierat Terracinam & Anxur in arduo positam; &
 qua via Appia dividit pilsdem Pontinam in Volscis. 11 Nemus Aricinum,
 clivus Virbii. CLX stadia distans Roma. 12 In sylva Aricina colebatur
 simulachrum Scythicæ Dianæ, huc ab Oreste translatum è Taurica regione,
 cælo rege Thoante. Dianæ Aricinæ sacerdos Rex dicebatur. Sueton. Calig. c. 35.
 Nemorensi regi, quod, &c. Mart. epig. 65. l. 9. Quæ Tivie memorosa petit dum
 regna viator. & noster l. 6. v. 74. Strabo l. 5. Solin. c. 8. 13 Quia ad
 Albam longam eunt Coss. sacrificium in Larinis feris, supra l. 1. v. 550.
 14 Adversus Gallos, Germanos, Britanicos gesti, Septentrionem versus.
 15 Roma deum sedes. Ovid. 16 Dii melius prospexerunt, quod à cive
 potius quam ab externo hoste inferatur bellum hoc Urbi à timido duce Pom-
 pejo desertæ. 17 Parthicum bellum, ab Orientè. 18 Quod non
 invadant nos Sarmatæ milli Pannonis, Getæ Dacis, supra l. 2. v. 14.
 19 Timetur ne ferro & flamma omnia devasset, neque ipsa sacris patcat.

1 Deductis in
 municipia co-
 hortibus, vel
 eas pacem præ-
 se ferentes ur-
 beam versus du-
 cit.

2 Germanis
 cæterisque po-
 pulis Septen-
 trionalibus de-
 victis.

3 Quam spe-
 ciosam trium-
 phi pompam,
 quas urbium
 captarum &
 prætorum ima-
 gines potuisset
 præferre.

4 Vel propter
 pontem
 in Rheno con-
 structum, &
 mare Britanni-
 cum tum pri-
 mum à Romani-
 nis navigatum,
 vel propter
 utriusque æ-
 colas devictos.

5 Triumphales
 Imperato-
 res curribus se-
 quentibus Gal-
 lis & Britanni-
 cæ flavis.

6 Italicæ oppi-
 da vincendo

Creditur, ut capta rapturus mania Roma,
 Sparsurusque deos. Fuit hac mensura timoris:
 Velle putant, quodcumque potest non omina festa,
 Non silvas lato voces simulare tumultu:
 Vix odisse vacat. Phœbea palatia complet
 Turba Patrum; nullo cogendi jure Senatus,
 E latebris educta suis: non Consule sacra
 Fulserunt sedes: non proxima lege potestas
 Prætor adest: vacatque loco cessere curules.
 Omnia Caesar erat, privata Curia vocis
 Testis adest: sedere Patres cense parati,
 Si regnum, si templa sibi, jugulumque Senatus,
 Exiliumque petat. melius, quod plura jubere
 Erubuit, quam Roma pati. tamen exit in iram
 Viribus an possent obsistere jura per unum
 Libertas experta virum. pugnaque Metellus
 Ut videt ingenti Saturnia templa revelli
 Mole, rapit gressus, & Casuris agmina rumpens,
 Ante fores nondum reserata constitit ædis
 (Usque adeo solus ferrum, mortemque timere
 Auri nescit amor. pereunt discrimine nullo
 Amissa leges: sed pars vilissima rerum
 Certamen movistis opes) prohibensque rapina
 Victorem clara testatur voce Tribunus:
 Non his per nostrum vobis percussa patebunt
 Templa latius, nullasque feres, nisi sanguine sacro
 Sparsas, raptor, opes. certe violata potestas
 Invenit ista Deos, Crassumque in bella secuta
 Sava Tribunitia noverunt prælia dira.

1 Ut modo
 y. so.
 2 Vix animo
 sunt præsentem,
 exercendo, ut
 par est, odio.
 3 Patres in A-
 pollinis ædem
 Palatinam vo-
 catos benigne
 affectum esse
 Cæsarem; ex-
 culasse bellum
 hoc susceptum
 dignitatis suæ
 tuendæ gratia
 adversus invi-
 diam & inju-
 rias paucorum;
 hortatum ut
 secum curam
 Reip. suscipere-
 rent, curarent-
 que legatos
 mittendos ad
 Pompejum &
 Coll. de pace
 &c. testantur
 omnes histori-
 ci, Plutarchus,
 Appian. Dio,
 Florus, Oppius
 seu Hircius.
 4 Ius enim
 cogendi Sena-
 tum penes
 Coll. vel Præ-
 torem erat. Ab

Antonio & Cassio convocatum Senatum refert Dio l. 41. 5 Ex ædibus
 suis quo se receperant. 6 Curia. 7 Non Prætor, proximus à Coll. ma-
 gistratus. 8 Sæpe majorum magistratum, Consulium, Prætorum, Censo-
 rum, Ædilium curulium. 9 Caesar omnium magistratum munera obibat.
 10 Convocabantur Patres testes futuri actorum & consultorum Caesaris pri-
 vati hominis. 11 Parati, Cæsari, si poposcisset, decernere regnum, divinos
 honores, quorum vellet eadem, exilium, proscriptionem. 12 Mellus fuit,
 optime actum est, quod, &c. 13 Tamen libertas tentans per unum virum
 (Metellum scilicet Trib. pl. obstantem Cæsari ærarium effracturo) an jura pos-
 sent obsistere viribus, iram movet. 14 Obstat Cæsari. 15 Ærarium quod
 erat in sede Saturni à Tullo Hostilio condita. 16 Leges cum libertate perire-
 rant, nemine asserente: aurum solum invenit patronum. 17 Protestatur se
 prohibitorum, vel detestatur, exaratur. 18 Meo Tribuni. 19 Tribuni-
 tia autem potestas sacrosancta est, quam, quicumque violaverit, aut pro levi
 habuerit, Deos experiri est ultores, uti Crassus non ita pridem, qui diris &
 execrationibus Atreji Trib. pleb. impetrus, miser in Parthis periit.

1 Detege jam ferrum, neque enim tibi turba verenda est

Spektatrix scelerum: deserta stamus in Vrbe.

Non feret 2 e nostro sceleratus premia miles:

3 Sunt quos prosternas populi, qua mania dones.

Pacis ad exhausta spolum non cogit egestas:

Bellum Casar habes. His magnam victor in iram

Vocibus accensus: Vanam spem mortis 4 honesta

Concipis: haud (inquit) iugulo se polluet isto

Nostra, Metelle, manus. 5 dignum te Casaris ira

Nullus honor faciet. 6 te vindice tuta relicta est

Libertas? 7 non usque adeo permiscuit imis

Longus summa dies, ut, non si voce Metelli

Serventur leges, malint a Casare tolli.

Dixerat: & nondum foribus cedente Tribuno

Acrior ira subit: 8 savos circumspicit enses,

Oblitus simulare 9 rogam. tum Cotta Metellum

Compulit audaci nimium desistere ca pto.

10 Libertas, inquit, populi quem regna coercent,

Libertate perit; cujus servaveris umbram,

Si, quicquid jubeare, velis. 11 tot rebus iniquis

Paruimus viliti: venia est hac sola pudoris,

Degenerisque metus, nil jam potuisse negari.

12 Ocyus avertat diri mala semina belli.

13 Damna movent populos, si quos sua jura tuentur.

Non sibi, sed domino gravis est, qua servit, egestas.

Protinus abducto 14 patuerunt templa Metello.

nisi Celtico insurgente bello, à nullo promerentur. 4 Mea manū iustitia.

5 Sacrosancta potestas tua, quam iactas usque, non faciet te dignum ira mea.

6 Tunc quæso libertatem ex urbe fugientem moraris? tunc libertatis solus in urbe assertor? responderet ad illud supra, §. 129.

7 Non eo despersionis & confusionis venit Respublica, ut legum suarum assertorem Metellum malit quam Casarem.

8 Adnotata capulo manu dixisse fertur Casar: An ignoras adolescens, difficillius esse mihi dicere hoc quam facere?

9 Pacem. 10 Libertas populi oppressa, obnoxia est libertati illius qui oppressit; cujus tamen retinebis imaginem, si libenter te subijcias imperatis.

11 Et cum cæterarum rerum; legum; libertatis, &c. pertulimus iacturam, necessitate adacti; quibus & thesauris etiam publicis cedamus, impetrabit degenereis metus veniam apud posteros necessitas, cui resistere in nostra manu non erat.

12 Quin ocyus avertat thesaurum huius, cuius fortasse causa bellum hoc, dirum à Casare motum est; dirius furtum si illum obnoxie detineamus.

13 Ararium populi liberi exhaustum, non sit sine publico damno; sed populi servientis egestas & thesauri exhausti domino non populo damnosum adferunt.

14 Reclusam erat ararium, & thesauri à nemine usque in illam diem contracti, militibus rapiendi concessa.

1 Stringe ferrum in me, neque abstine sacrosancto sanguini fundendo; veteranda civium spectantium inhibitus. Nemo superest civis, nemo libertatis assertor in urbe.

2 Ex arario publico.

3 Convertite bellum tuum ad hostes potius, ex his vilitatis redde militibus promissa mutera. non feret ex arario thesauros, quos longa pace congestos non expromete licebit; nisi publica iusserit egestas. Hos olim (inquit Applianus) execratione publice propolita conditos fuisse memorant, ut

Memorant, ut

1 Impactis fecuribus reclusæ fores, & stridore cardinum resonat collis Saturnius, Tarpejus, vel Capitolivus, in quo ærarium.
 2 Aurum & argentum, è multis, tributis, donis gentium devictarum.
 3 Primum, quo multati sunt Carthaginenses M C C talentis argenti. Secundum, quo multabantur X M tal. arg. in L annos æquis portionibus solvendis, sed intervenit Tertium.
 4 Macedoniæ Rex ab Æmylio Paulo devictus. vide Plutar. Æmylium Paul.
 5 Patris Perseæ à T. Flaminio ad deditionem compulsus. Plutar. T. Q. Flam.
 6 Supra l. 1. v. 30.
 7 Aurum à Pyrrho oblatum ut patriam dederet proderetque, recusavit Fabricius ad regem legatus.
 8 Frugalitas veterum Romanorum & parsimonia.
 9 Quod ab Antiocho Syriæ, Antali legatione & hæreditate obvenit.
 10 Minoi olim regnata Creta, à Q. Metello vastata.
 11 Missus in Cyprum adversus Ptolomæum Cato 14a. advexit V I I M talenta.
 12 Mithridatis Ponti, Tigranis Armeniæ, Aristobuli Iudææ regis, &c.
 13 Ex remotissimis regionibus.
 14 Emphatice & invidiose in Cæsarem ære alieno prius pressum.
 15 Recensit poëta catalogum populorum qui Pompejo auxilia submiserunt. 1 Europæ. 2 Asiæ. 3 Africæ. ostenditur à Græciâ.
 16 Eandem cum Pompejo fortunam & cladem experturas.
 17 Pompejo jam Dyrrhachii.
 18 Oppido Phocidis.
 19 Ad rupem sita.
 20 Mons Apollinis Pythii oraculo & Musarum sede clarus bicollis.
 21 Tithoreo & Hyampeo.
 22 Oritur Cephissus amnis è montibus Phocidis Delphico oraculo claris.
 23 Dirce fons vicinus Thebis à Cadmo positus. vide quæ ad Sen. Theb. v. 126.
 24 E Pisis oppido Elidis, juxta Alpheum fl. qui fertur subter mare ferri ad Arctusam fontem Sicillæ. Pausan. Eliacor 1.
 25 Advenerunt Arcades à Mænalio Arcadiæ monte, & Theßali à Trachyne, quam Hercules condidit sub Oeta monte.
 26 Epiri pop.
 27 Dodoneas quercus non amplius responsa dantes; fugatis columbis fatidicis. vide quæ ad Senecæ Medeam, v. 349.

Chaonios veteres liquerunt vertice Sella.

¹ *Exhaustis totas quamvis delectus Athenas,*
Exigua Phœbea tenent navalia puppes,
Tresque petunt veram credi Salamina carina.

Iam ² *dilecta Iovi centeni venit in arma*
Creta vetus populis ³ *Gnossasque agitare pharetras*
Docta, ⁴ *nec Eoi peior* ³ *Gortyna sagittis.*

Tunc qui ⁵ *Dardaniam tenet Oricon, & vagus altis*

⁶ *Dispersus sylvis Athamas, & nomine prisco*

⁷ *Encheliæ versi testantes funera Cadmi.*

⁸ *Colchis, & Adriacas spumans* ⁹ *Absyrtos in undas.*

Et ¹⁰ *Penei qui rura colunt, quorumque labore*
Thessalus ¹¹ *Amoniam vomer proscindit* ¹² *Iolcon.*

¹² *Inde lacesitum primo mare, cum* ¹³ *rudis Argo*
Miscuit ignotas temerato litore gentes,

Primaque cum ventis, pelagique furentibus undis
Composuit mortale genus, ¹⁴ *fatisque per illam*

Accesit mors una ratem: tunc linquntur ¹⁵ *Æmus*
Thracius, & populum ¹⁶ *Pholoë mentita biforem.*

¹⁷ *Deseritur Strymon tepido committere Nilo*

Bistonias consuetus aves, ¹⁸ *& barbara Cœne,*

Sarmaticas ubi perdit aquas, sparsamque profundo

¹ Athenæ, ut-
cunque delectu
prius exhau-
stæ, è navali-
bus tamen suis
Phœbo dicaris
mittunt tres
Salaminiæ na-
vicular: quæ
testator Sal-
aminia esse ve-
ri iuris Athe-
niensium, non
Megarensium,
uti olim con-
troversum e-
rat. Simul vi-
detur allusum
ad illud Ho-
rati: *Ambi-
guam tellure no-
va Salamina*
furvans, pro-
pter Cypriam.
vide Seneca
Troad. §. 42.
Erat item A-
thenis res na-
ves publicæ u-
sui destinatæ:

Theoris, qua vehebantur in Delum quotannis è Theseio voto; Plato in Pha-
done: *Paralus*, qua mittebantur Delphos aut alio rem divinam facturi; Aristophanis iocæ: *Salamina*, quæ evocatis ad iudicium subveheret. Plut. Peric.
² Creta *Ἰακτινέωλος*, in qua Iupiter natus educatusque fuit. ³ Cretæ
urbes notiss. Gnosus & Gortyna sagittariis insignes. ⁴ Non cedens Parthis
arte mittendi sagittas. ⁵ Heleo & Andromache Dardaniæ regnatam mari-
tinam illam Epiri urbem, Virg. 3. Æo. 5. ⁶ Athanæos montes Epiri in-
colentes. ⁷ Illyrii populi quorum urbs Cadmi & Hermiones in sepeotes
conversorum est monimentum. *Ἰγχιλος* autem anguilla est *longa cognata colu-
bra*, ut ait Iuvenalis Satyr. 3. ⁸ Non Poui illa sed Istri regio, dicta à
Colchis qui ab Ætæa missi ad persequendum Iasonem, hic confederunt.

⁹ Insula cum fluvio cognomine in mare Adriaticum prolapsa, sub Illyrico.

¹⁰ Fl. Thessaliæ. ¹¹ Thessaliæ oppid. ¹² Ex Iolco solverunt

Argonautæ. Argo autem primam celebrant Poëtæ navem. ¹³ Exprimi

illud Storcæ in Medææ choro primo: *Bent dissecti fœdera mundi Traxit*

in ætate Thessala pinus, Insisque pati verbera pontum: Partemque metus feri nos-

stri Mare sepositum. ¹⁴ Mortis novum genus illatum, scilicet Nafraglum.

¹⁵ Mons Thraciæ. ¹⁶ Mons Arcadiæ, Pholoë autem Centauria

qui (cum primi ab equis dimicarent) procul visi erant bifformes, habitatus.

¹⁷ Adveniunt à auxiliis à Strymone Thraciæ fl. cuius frigus grues sub hye-
nem fugientes Nili teporem petunt. Bistonas autem stagnum est Thraciæ.

¹⁸ Et ubi ad insulam Cœne (sitæ illa Conopos Plinii lib. 4. cap. 12. ad
Apollonii *ἄγων*, circa Istri ostia Insula, dubium) in mare funditur Ister
Sarmaticus fl. & Peuce primum vel unum ostiorum Istri alluit Peuceu Insulam
ostio fl. objectam.

1 Sex ostiis, ut alii, septem, Pontum in. Auentis.

2 Afix minoris regio.

3 Quæ sub Ida jacet tellus: Omnibonus. Sed Ortelius approbat lectionem, Aolis.

4 Sterilis.

5 Oppidum Troadis.

6 Et Celenæ urbs Phrygiæ, qui lugent fatum Saryri sui Marsyæ, qui inventis, quas Pallas abiecerat, tibiis fratus, Apollinem in certamen Musices provocavit, & ab eo victus excoeratus est.

7 Versus autem in fluvium sui nominis cadit in Mæandrum fl.

8 Auriferi fluvii celebrantur Pactolus, Hermus, Gængus, Tagus, Iber, Indus, Arina spūs.

9 Et Troës venerunt auxilio Pomp. sed fato suo, i. inauspicato & vici solito.

10 Neque eos à Pomp. partibus detinuit fama de Casare oriundo Julia stirpe.

11 Fl. Syriæ desertus, accolis ad Pompejum affluentibus.

12 Vbertate, & rerum affluentia celebrata Ninus. πάλαι ποτὶ μεγάλη καὶ εὐδαίμων. Arrian. in περὶ πλάθ. Indiæ.

13 In patenti sita, ventis exposita Syriæ urbs.

14 Urbs Syriæ.

15 Palmis nobilis Syriæ regio Iudæa.

16 Quondam, insula LXX passuū mari à terra distita, sed aggere Alexandri post iuncta continenti.

17 Phœnicie urbs maritima purpurarum piscatn celebris.

18 Cynosura, haud certior dux utilis alibi carnis, duxit has rates ad Dyrrachium, recta navigatione. Namque Helice ceteros Grajos, Tyrios Cynosura per altum dirigit. Certior quam Helice, quod polo vicinior, κυνόςουρα φοίνικας πύσνοι πύσνοι δάλασσαν.

19 Cadmus cum Phœnicibus suis literarum figurat vel invenisse vel in Græciam intulisse fertur. Mela l. 1. c. 12.

20 Necdum Ægyptii norant vocis figuris literarum delineatas chartis è papÿro cen iunco Nilotico dissecto signare, sed per figurat animalium ἱερὺ λυφὴ γράμματα, sensus mentis, monumenta memorie, vaticinia, & sapientum præcepta sermoesque saxis impresserunt.

21 Montis Afiz, proprie ita dicitur ea pars quæ Ciliciam & Gamphyliam ab Armetia distinguit.

22 A Perse condita urbs Ciliciæ. Alii à Tarso Persei talaribus. vel quod ibi ungulam seu plantam fregerit Pegafus, vel πὸρὰ τὸ τεροσπυθῆναι, quod ea loca primum à diluvio exaruerint, dictam volunt, legendumque Τερσεῖαυε Ταρσος, Coel. Rhodig. lib. 4. c. 11.

1 Multifidi Peucen unum caput alluit Istri:

2 Mysiaque & gelido tellus persusa Caico

3 Idalis, & 4 mimum glebis exilis Arisbe.

Quique colunt 5 Pitancen, & 6 qua tua munera Pallas

Lugent damnata Phabo victore Celenæ:

Qua celer erectus 7 descendens Marsya ripis

Errantem Mæandron adit, mistasque refertur:

Passaque ab auriferis tellus exire metallis

8 Pactolon: qua culta secat non vilior Hermus.

9 Iliaca quoque signa manus, perituræque castra

Ominibus petiere suis: 10 nec fabula Troja

Continuit, Phrygiique ferens se Casar Iuli.

Accedunt Syria populi, 11 desertus Orontes,

Et 12 felix, sic fama, Ninus: 13 ventosa 14 Damascus,

14 Gazaque, & 15 arbusco palmarum dives Idume.

Et Tyros 16 instabilis, 17 pretiosaque murice Sidon,

18 Has ad bella rates non flexo limite ponti,

Certior haud ullis duxit Cynosura carinis.

19 Phœnices primi, fama si creditur, usi

Mansuram rudibus vocem signare figuris.

20 Nondum flumineas Memphis contexere biblos

Noverat: & saxis tantum, volucresque feraque,

Sculptaque servabant magicas animalia linguas.

Deseritur 21 Taurique nemus, 22 Persaque Tarfos,

7 Versus autem in fluvium sui nominis cadit in Mæandrum fl. honofutn & per plana sæpius flexibus in fontem recurrentem.

8 Auriferi fluvii celebrantur Pactolus, Hermus, Gængus, Tagus, Iber, Indus, Arina spūs.

9 Et Troës venerunt auxilio Pomp. sed fato suo, i. inauspicato & vici solito.

10 Neque eos à Pomp. partibus detinuit fama de Casare oriundo Julia stirpe.

11 Fl. Syriæ desertus, accolis ad Pompejum affluentibus.

12 Vbertate, & rerum affluentia celebrata Ninus. πάλαι ποτὶ μεγάλη καὶ εὐδαίμων. Arrian. in περὶ πλάθ. Indiæ.

13 In patenti sita, ventis exposita Syriæ urbs.

14 Urbs Syriæ.

15 Palmis nobilis Syriæ regio Iudæa.

16 Quondam, insula LXX passuū mari à terra distita, sed aggere Alexandri post iuncta continenti.

17 Phœnicie urbs maritima purpurarum piscatn celebris.

18 Cynosura, haud certior dux utilis alibi carnis, duxit has rates ad Dyrrachium, recta navigatione. Namque Helice ceteros Grajos, Tyrios Cynosura per altum dirigit. Certior quam Helice, quod polo vicinior, κυνόςουρα φοίνικας πύσνοι πύσνοι δάλασσαν.

19 Cadmus cum Phœnicibus suis literarum figurat vel invenisse vel in Græciam intulisse fertur. Mela l. 1. c. 12.

20 Necdum Ægyptii norant vocis figuris literarum delineatas chartis è papÿro cen iunco Nilotico dissecto signare, sed per figurat animalium ἱερὺ λυφὴ γράμματα, sensus mentis, monumenta memorie, vaticinia, & sapientum præcepta sermoesque saxis impresserunt.

21 Montis Afiz, proprie ita dicitur ea pars quæ Ciliciam & Gamphyliam ab Armetia distinguit.

22 A Perse condita urbs Ciliciæ. Alii à Tarso Persei talaribus. vel quod ibi ungulam seu plantam fregerit Pegafus, vel πὸρὰ τὸ τεροσπυθῆναι, quod ea loca primum à diluvio exaruerint, dictam volunt, legendumque Τερσεῖαυε Ταρσος, Coel. Rhodig. lib. 4. c. 11.

1 Coriciumque patens exesis rupibus antrum,
 2 Mallor, & externa resonant navalibus 2 *Æga*.
 Ilique Cilix 3 iusta jam non pirata carina.
 Movit & 4 Eos bellorum fama 4 recessus,
 Qua colitur Ganges, toto qui solus in orbe
 Ostia nascenti contraria solvere Phæbo
 Audet, & adversum fluctus impellit in Eurum:
 Hic 5 ubi Pellæus post Tethyos aquora ductor
 Constitit, & magno vinci se fassus ab orbe est.
 Quaque 6 serens rapidum 7 ditiso gurgite fontem
 Vastū Indus aquū 8 mistum non sentit Hydaspem;
 9 Quique bibunt tenera dulces ab arundine succos,
 10 Et qui tingentes croceo medicamine crinem
 11 Fluxa coloratis astringunt 11 carbasa gemmis,
 12 Quique suas struxere pyras, vivique calentes
 Conscendere rogos. pro! quanta est gloria genti,
 Injecisse manum fatis, vitæque repletos,
 Quod superest, donasse deis! Venere feroces
 Cappadoces, duri populus nunc cultor 13 *Armani*,
 Armeniisque tenens volventem saxa 14 *Nephatem*:
 15 *Aethera* tangentes sitvas liquere Coastra.
 16 *Ignotum vobis Arabes venistis in orbem*,
 Vmbra mirati nemoruta non ire sinistras.

1 Portus & specus in Cilicia, de quo vide quæ Mela lib. 1. c. 13.
 2 Cicilia opp.
 3 Auxiliaria, non prædatoria, ut olim, supra lib. 2. v. 576.
 4 Extremas Orientis partes accolat Gangis, qui cum reliqui fluvii à sole averfi, ille adversus solem orientem contendit.
 5 Craterus ad matrem Aristopairam scripsit, Alexandrum ad Gangem usque pervenisse; alii Hyparim itineris ejus finem fuisse referunt: flumi-

nis autem vastitate ihibitus constitit citra Oceanum Orientalem Indicum, quem itineris finem statuerat. 6 *Μίγας τὰ ἐνὺς ἀπὸ τῶν πηγῶν*, &c. Arrian. lib. 5. 7 Duobus ostiis in mare influentem, & quo loco dividitur, Insulam Paralen facit. Strab. l. 15. 8 Adeo ex se vastus est. 9 Indos imiuit, qui bibunt *κόλι τὸ κλάμινον, τὸ λιγὸν μόνον σάκχαρον*. Arrian. in *πνευματῶ* maris Erythraei. saccharum expressam c succo arundinum. *Suger canes*. 10 Cathari Indiarum populi pulchritudinem omni modo adstruunt. regem ob formam eligunt, capillitia tingunt, &c. Strabo lib. 15. 11 Lineas vestes *κάρπασα*, & ipsas gemmas distinctas zonis gemmarum cingunt. Strabo lib. 15. 12 Brachmanes, Gynnosophistæ, Philosophi Indiarum. Brachman oppidum Ptol. vel ut alii Insulas Gangis incolentes, se vitæ faturos in rogos à se exstructum conjectos comburunt. Strabo Hb. 15. Philostrat. 3 de Calano notum. 13 Montis Cilicia. 14 Fl. Armeniarum. 15 Populi incolentes extremæ Indiarum lucos, ubi aëra vincere summum, &c. Virg. Georg. 2. 16 Quid opus erat (inquit Ioseph. Scaliger in Prolegomenis ad Manilium) illis iter Aequatorem & Tropicum Cancri degentibus, mirari sinistras umbras, quæ & ipsi *ἀμφιστοις* aliquando sinistræ sunt. Sed respexit poeta Arabiam Felicem seu Australem, Solem in Cancro, & umbram Meridionalem, quæ Occidentem spectantibus in sinistram, id est Austrum versus projicitur, quæ circa Cancri trop. positus in dextram semper. Exagirat & hunc locum Iul. Scalig. Poët. lib. 6. cap. 6. Vide nostrum infra lib. 9. v. 539. & Cæli. Rhod. lib. 1. cap. 10. Rudibus simul istis in sua patria amphisciiis, translatis jam eis Tropicum, mirari licuit umbras nunquam sinistras ire, vide & comment. Soliis cap. 46.

1 Belli Ro-
mani.

2 Indiæ pop.

Plin. l. 6. c. 20.

neque proban-

da lectio *Ore-*

tas aut *Oref-*

das, ut fit pop.

Septentriona-

lis. quæ lectio

tautam Iosepho

Scaligero in

Prolegom. in

Manilium præ-

buit ansam ex-

agitaandi Lu-

canum & se

torquendi.

3 Anæ popul.

inter Persidem

& Indiam ut

voluit. qui-

bus sub tropi-

co Cancrî vel

ulterius poti-

tis urfa major

non tota occi-

dit, sed promi-

net aliquid de

capite ejus.

4 Exigua no-

dis parte lu-

cet, occidit sci-

licet citius, ut

potest Horizonti eorum propior,

5 Locus (inquit Glareanus) vix intelligibilis,

& in quo multi egregii viri frustra sudarint. forte Æthiopia ultra Æquinoctia-

tem positos voluit poeta, dicereque, Æthiopia non subest ulli è signis Septen-

trionalibus, nisi quod Taurinus pes ultra Æquinoctialem protendantur. Sed &

hoc falsum.

6 Vnde & nomen. sagittam quippe Persæ Tigrin appellant.

7 Uterque fluvius oritur ex Armeniæ montibus, verum non parum distantibus,

verum non parum distantibus, vulgo tamen creditum unum habuisse fontem. Euphrates Mesopotamiam

rigans ut Ægyptum Nilus, infra Seleuciam aquas suas nomenque in Tigrim

evomit, à quo per duo ostia in sinum Persicum defertur.

8 Tigris autem ante Euphratem exceptum, Taurum montem subterlapsus, mox ad lacum The-

spitlm in cuniculos merfus post XXV M. pass. redditus in Sinum Persicum

prolabitur.

9 Parthi, inquit, misere ventri auxilia, gratulati sibi bellum

hoc civile Romanis à se objectum, ut qui, Crasso sublato, Pompejum & Cæ-

sarem inter se commiserunt. ut lib. 1. §. 99. Pompejanas tamen partes secutos,

refert Iustin. lib. 47.

10 Veneno, toxico.

11 Nomades, ἄμα-

ξίβητες, Bactriani; populi Scythiæ, ut Bactrus, ff. Scythiæ.

12 Regio

Asiæ, silvis nobilis.

13 Equites ferl ad Caucasum ab Amphyto & Tele-

chio Lacedæmonis Cætoris & Pollucis ἠνθρώποις οἰοί.

14 *Ruber* & *Tar-*

sars vulgo.

15 Populi ad Hyrcanum mare, circa fontes Phatidis ff.

Colchorum ditiss. propter vellus aureum.

16 Fl. Lydos à Medis ditimens.

Cræso fatalis ex oraculi amphibologia. Κροίσος ἄλυν διαβὰς μεγάλην ἄρχην

καταλύσει. Herod. lib. 1.

17 Qua *Tanis* è montibus Rhiphæis orcus Eu-

ropam ab Asia disternitur.

Tunc ¹ furor extremos movit Romanus ² Olostras,

³ Carmanosque duces, quorum devexus in Austrum

Ether, non totam mergi tamen aspicit *Arcton*.

Lucet & ⁴ exigua velox ibi nocte *Bootes*.

⁵ *Æthiopia*que solum quod non premeretur ab ulla

Signiferi regione poli, nisi poplite lapsa

Vltima curvati procederet unguia *Tauri*.

Quaque caput ⁶ rapido tollit cum *Tigride* magnus

Euphrates, ⁷ quos non diversis fontibus edit

Persis, & incertum, tellus si misceat amnes.

Quod potius sit nomen aquis. sed sparsus in agros

Fertilis Euphrates Pharia vice fungitur unda;

⁸ At *Tigrim* subito tellus absorbet hiatu.

Occultosque tegit cursus, rursusque renatum

Fonte novo flumen pelagi non abnegat undis.

⁹ Inter *Casareas* acies, diversaque signa

Pugnaces dubium *Parthi* tenuere favorem,

Contenti fecisse duos. ¹⁰ tinxere sagittas

¹¹ Errantes *Scythia* populi, quos gurgite *Bactros*

Includit gelido, vastisque ¹² *Hyrcania* silvis.

Hinc ¹³ *Lacedæmonii* moto gens aspera frano

¹³ *Heniochi*, satisque affinis ¹⁴ *Sarmata* ¹⁵ *Moschis*.

Colchorum qua rura secat ¹⁵ dirissima *Phasis*:

Qua *Cræso* fatalis ¹⁶ *Halys*, ¹⁷ qua vertice lapsus

Rhiphao Tanais diversi nomina mundi
 Imposuit ripis, Asiaque, & terminus idem
 Europa, media dirimens consinia terra,
 Nunc hunc, nunc illum, ¹ qua flectitur, ampliat orbem.
² Quaque fretum torrens Maotidos egerit undas
 Pontus, & Herculeis aufertur gloria metis,
 Oceanumque negat solas admittere Gades.
 Hinc & ³ Sithonia gentes, aureque ligatas
 Substringens Arimaspe comas: hinc sortis ⁴ Arius,
⁵ Longaque Sarmatisci solvens jejunia belli
 Massagetes quo fuerit equo; volucresque ⁴ Geloni.
⁶ Non, cum ⁷ Memnoniis deducens agmina regnus
 Cyrus; & ⁸ effusis numerato milite telis
 Descendit ⁹ Perses; ¹⁰ fraternique ultor amoris
 Equora cum tantis percussit classibus, unum
 Tot reges habuere ¹¹ ducem, coiere nec unquam
 Tam varie cultu gentes, tam dissona vulgi
 Ora. ¹² tot immensa comites mistura ruina
 Excivit populos, & dignas funere Magni
 Exequias Fortuna dedit. ¹³ non corniger Ammon
 Mittere ¹⁴ Marmaricas cessavit in arma catervas:
¹⁵ Quicquid ab occiduis Libye patet arida Mauris,
 Usque Paratonias Eoa ad litora Syrtes
¹⁶ Acciperet felix ne non semel omnia Casar,
 Vincendum pariter Pharsalia praestitit orbem.

¹ Orbis illam partem, quam flexu declinat, ampliozem reddidit.

² Qua Bosphorus Cimmericus emittit undas Maotidis paludis in Euxinum mare, hinc Bosphorus Thracicus in Propontidem, inde Hellespontum in Aegaeum. Ita non libi solis maris Mediterranei gloriam vendicent columnæ Herculis ad fretum Gaditanum, per quas imminitur Oceanus Occidentalis. Pliolus lib. 3. proem. Solin. cap. 28. Mela

lib. 1. cap. 5. ³ Scythiæ gentes, & in his, gens unocula Arimaspi, a colæ fluvii cognominis angustul, & ipsi comas auro in nodum colligati: ut quæ aurum ex arenis colligant. ⁴ Arius Scythicæ populi. ⁵ Scythiæ populi qui siti famemque levant epoto equorum sanguine, de iis Claudianus, Es qui cornipedes in potula vulberat audax Massagetas. de his Virgil. Et lac concretus cum sanguine potat equino. Georg. 3. ⁶ Amplificat poeta auxiliares copias Pompeji ex collatione exercituum Cyri, Xerxis, & Agamemnonis, sed hyperbolice. ⁷ Persis & Sufianis ab orieme, unde & Memnon Tithoni & Auroræ filius venit olim auxilio Priami. Alii leg. Maonitis. ⁸ Singulis singulas mittere iussit sagittas exercitum numeravit. Herod. 7. ⁹ Xerxes Rex Persiæ. ¹⁰ Agamemnon ulturus fratris Menelai uxorem à Paride raptam. ¹¹ Imperatorem, regem regum Agamemnona. ¹² Ut Priamo, Trojam rogum, ita Pompejo victas ab illo gentes Fortuna dedit exequias & cædis socios. ¹³ Neque Africa cessavit auxilia mittere, in cujus regione Cyrenalca deserta & arenosa Iovi Ammoni sub specie arletis culto templum consecravit Liber pater. infra lib. 9. v. 511. & lib. 10. v. 38. ¹⁴ Marmarica Africa regio est, Ægyptum versus. Alii leg. Marmaridas. ¹⁵ Omnes gentes à Mauritania, quæ ultima pars est Africae ad occasum, usque ad Paratonium portum prope Syrtes, ortum versus. ¹⁶ Ne Cæsari opus esset singulas gentes persequi, contulit huc omnes undique Fortuna, ut una acle Pharsalica orbem totum subigeret Cæsar.

1 Cæsar ab urbe profectus in ulteriorem Galliam, cognovit Domitium nuper à se captum Corinuli & dimissum adveuisse Massiliam, cujus urbis cives Pompejo faventes, portas Cæsari venienti occluserunt, Cæsar xv primos Massiliensium evocatos movet, ne, dum unius hominis voluntati obtemperare velint, illi soli ex omnibus Italix civitatibus bellum sibi accersant: ita monitos ad suos dimittit. hoc ad Cæsarem cum responso à suis civibus reducit poeta.

Miseri (inquit Florus) Massilia, qua dum cupit pacem, belli metu in bellum incidit.

2 Massilienses, Phocæenses quippe Ionix quæ est in Asia, ab Harpago Cypri præfecto pulsæ, in Galliam venere Narbonensem, ubi Massiliam condiderunt.

3 Græca gens levis fidei olim habita. πικρὸν ἔθνος ἰδὲν ἔδειξεν. Eurip. in Iphig. 4 Sancta omnium cum popul. Rom foedera.

5 Equientem non fortunam sequi. 6 Cælaris. 7 Gestantes manu & prætendentes frondem oleaginosam pacis signum. Pallas vero præfata Athebarum Cæcropi quondam regnarum, olivæ perhibetur inventrix. Cæsarum oratores augusta admiranda rebus iræ jubent, ramis olivas Palladis omnes. Virg. Æn. 7.

8 Legati fide sua modeste & constantè exposita, dissuadent bellum civile, sibi ut liceat extra partes esse petunt, non esse sui iudicii discernere utra causa sit iustior: sed quidvis potius pati se esse paratos quam armatum Cæsarem admittere.

9 Autores vestri sunt testes satis locupletes fidei nostræ semper vobis præstitæ adversus externos hostes, quam & nunc præmptam habes si externa paras bella.

10 Si civilia, libet certe misereri eorum sortem qui arma capessunt; perfugium victis, supplicibus atque iis qui in partibus esse solent daturis.

11 Absit, ut manus nostræ imbuantur sanguine eorum, quibus cum sacra nobis intercedunt jura.

12 Neque nobis causas vestras expendere aut ad partes ire magis fas est, quam hominibus hoc idem facere liceret, si Dii inter se dissentirent, aut iis arma, ut olim, gigantes Terræ filii inferrent.

13 Homines pii. 14 Cælo tonantem crederes Iovem. Horat. ode 5. lib. 3.

1 Ille ubi deseruit trepidantis mania Roma, Agmine nubiferam raptò superevolat Alpem: Cumque alii fama populi terrore paverent.

2 Phocæis in dubiis causa est servare juventus Non 3 Graja levitate fidem, 4 signataque jura, 5 Et causas, non fata sequi. tamen ante furorem Indomitum, duramque 6 viri deflectere mentem Pacifico sermone parant, hostemque propinquum Orant 7 Cecropia præluta fronde Minerva.

8 Semper 9 in externis populo communia vestro Massiliam bellis testatur fata tulisse.

Compressa est Latius quacumque annalibus atas.

Et nunc, 10 ignoro si quos petis orbe triumphos,

Accipe devotæ externa in prælia dextræ.

At si sumestas acies, si dira paratis

Prælia discordes, lacrymas civilibus armis,

Secretumque damus. 11 tractentur vulnera nulla

Sacra manu. 12 si cælicolis furor arma dedisset,

Aut si terrigena contarent astra gigantes;

Non tamen auderet 13 pietas humana vel armis

Vel votis prodesse Iovi: sortisque deorum

Ignarum mortale genus, 14 per fulmina tantum

Sciret adhuc cælo solum regnare Tonantem.

Adde quod innumera concurrunt undique gentes.

1 *Nec sic horret iners scelerum contagia mundus,
 Vt gladiis egeant civilia bella coactis.*
 2 *Sit mens ista quidem cunctis, ut vestra recusent
 Fata, nec hac alius commutat prælia miles.*
 3 *Cui non conspecto languebit dextra parente?
 Telaque diversi prolubebunt spargere fratres.*
 4 *Finis adest rerum, si non committitis illis
 Arma, quibus fas est. 5 nobis hac summa precandi,
 Terribiles squilas, infestaque signa relinquant
 Vrbe procul, nostrisque velis te credere muris,
 Excludique sinas admisso Casare bellum.*
 6 *Sit locus exceptus sceleri, Magnoque tibi que
 Tutus, ut invicta saturni si consulat Vrbi,
 Fœdera si placeant, sit quo veniatis inermes.*
 7 *Vel, cum tanta vocent discrimina Martis Iberi,
 Quid rapidum defleltis iter? non pondera rerum,
 Nec momenta sumus: numquam felicibus armis
 Vsa manus patriæ primis à sedibus exul,
 Et post tralatas exusta 8 Phocidos arces,
 Mœnibus exiguis alieno in litore tuti,
 Illustrat quos sola fides, si claudere muros
 Obsidione paras, & vi perfringere portas,
 9 Excepisse faces testis, & tela parati
 Vndarum raptos à versis fontibus haustus
 Quarere, & effossam sitientes lambere terram:
 Et desit si larga Ceres, tunc horrida cerni,
 Fœdaque contingi maculato carpere morsu.*

1 Non utique opus erit populis coactis ad patres in bello hoc civili facis passim reperietis hominum sceleratorum qui aras sumant.
 2 Atque utinam omnibus focis aliisque gentibus eadem mens quæ nobis; neque se bello huic fatali immisceant alii quam cives Romani.
 3 Quis enim inerte tam effera est, cuius dextræ non languerent, immo stuporem incutiat, compescatque à telis multitudine conspectus à diversa parte patet aut frater?
 4 Statim videbitis exitum belli huius, nisi contra vos ipsos armave-

ritis externos, quibus jam olim infedit-odium vestri, causa & voluntas vos alcescendi. *Grotius*, qui putant sibi licere bellum gerere civile, sine quibus necessario bellum civile interibit. 5 Nos summopere à te petimus, ut signis infestis animoque hostili exclusis urbem nostram amicus ingrediaris.

6 Liceat modo nostræ civitati esse à partibus liberæ, civili bello exemptæ, & loco medio, quo in colloquium & fœdera, si diis ita visum est, conveniatis inermes tu & Pompejus. 7 Aut, properanti ad Hispanum bellum, in quo cardo rerum vertitur, quæ tandem causa divertendi ad nos; populum, neque ullius momenti aut ponderis ad summam victoriæ, neque felicis usquam successus in bello, utpote parvum, patria profugum, aliena in ora confidentem, hæc quam belli extra potentiorum, clariorem?

8 Videtur poëta eos secutus qui Massiliam conditam volunt à Phœceusibus Græciæ: cum tamen Massiliæ conditores è Phœcia urbe Ionie in Asia expulsæ, ab Harpago Cyri præfecto in Galliam concesserint. *Iust.* lib. 43. *Strabo* lib. 4. 9 Tunc ad urbis defensionem, tum ad extremam omnia perferenda sumus parati, si avertatis flumina, aquam è puteis bibere; si desiciat frumentum, illa, quæ visu horrida, contactu foeda sunt, edere parati.

1 Neque dubitamus tolerare quæcunque Saguntioi populi Hispaniæ tulere ab Hannibale obfessi. Liv. l. 28. Toven. f. 15. Val. Max. l. 6. c. 6. Qui cum viam Punicam ulterius nequirent arce-
te, aurum, argentum, præciosa quæque, liberos conjugisque à se exelos, se de-
nique in ignem in foro extructum præcipitavere.

2 Mutua sui cæde, potius quam se im-
miscant Romano bell. civ.
3 Massiliensium legari, supra
y. 340.

4 Cæsar. 5 Expeditionis in Hispaniam. supra y. 366.

6 Occiduan mundi plagam, in qua Hispania, inappropriè, cum axes duo sunt tantum, Arct. & Ant-

arcticus.

7 Expetiitis prælia vobis dari & urbes rapiendas. ecce vobis

fato oblatis quæ poscitis.

8 Nobis bello resistant.

9 Cum indignatione stomachatur id, quod legari obtulerant, modo y. 319. atque invertit. velle Massilienses ipsum ab exercitu semotum exceptum prodere.

10 At vero noluit bello civili pol-
lui; pacem scilicet exoptantes. Ironice & indignanter.

11 Quam in eas partes adducit; turres vineatque ad oppugnationem urbis agere, naves longas 18 fa-
cere Arelate instituit. his D. Brutum præfecit, &c. 1. Coin. civilis belli.

12 Circumdatus ad defensionem urbis.

13 Moutis cacumen in planitiem modicam extendit.

14 Hic tumulus, cum posset vallo circumdari, visus est locus castris aptissimus.

15 Tumuli editionis altitudinem æquabat arx urbis, colli huic opposita, quibus intermedia jacebat vallis.

1 Nec pavet hic populus pro libertate subire, Obsessum Pano gessit quod Marte Saguntum.

Pelloribus rapti matrum frustra que trahentes

Vbera sicca fame medios mittentur in ignes:

Vxor & a caro poscet sibi fata marito.

Vulnera 2 miscebunt fratres, bellumque coacti

Hoc potius civile gerent. Sic 3 Graja juvenus

Emerat: cum turbato jam prodita vultu

Ira 4 ducū, tandem testata est voce dolorem.

Vana movet Grajos nostri fiducia s cursus.

Quamvis 6 Hesperium mundi properemus ad axem;

Masilium delere vacat. 7 gaudete cohortes:

7 Obvia præbentur fatorum munere bella.

Ventus ut omittit vires, nisi robora dense

Occurrant silva, spatio diffusus inans:

Vitque perit magnus 8 nullis obstantibus ignis,

Sic hostes mihi deesse nocet: 9 damnumque putamus

Armorum, nisi, qui vinci potuere, 10 rebellent.

11 Sed si solus eam dimissis degener armis,

Tunc mihi tecta patent. jam non excludere tantum,

Inclusisse volunt. 12 at enim contagia belli

Dira fugant, dabitis pœnas pro pace petita;

Et nihil esse meo discreti tutius avo, (urbem

13 Quam duce me bellum. 14 Sic postquam fatus, ad

Haud trepidam convertit iter: tum mania clausa

Conspicit; & densa juvenum 15 vallata corona.

Haud procul à muris 16 tumulus surgentis in altum

Telluris, parvum diffuso vertice campum

Explicat: 17 hæc patiens longo munimine cingi

Visa duci rupes, tutisque aptissima castris.

18 Proxima pars urbis celsam consurgit in arcem

Par tumulo, mediisque sedent convallibus arva.

Tunc res immenso placuit ¹ statura labore.

² Aggere diversos vasto committere colles.

³ Sed prius ut totam, qua terra cingitur, urbem

Ulauderet, a summis perduxit ad aquora castris

Longum Caesar opus, fontesque & pabula campi

Amplexus fossa, densas tollentia pinnas

Cespitibus, crudaque extruxit brachia terra.

⁴ Iam satis hoc Graja memorandum contigit urbi,

Aeternumque decus, quod non impulsu, nec ipso

Strata metu, tenuit flagrantis in omnia belli

Precipitem cursum: ⁵ raptisque a Casare cunctis.

Vincitur una ⁶ mora. ⁷ quantum est quod fata te-
nentur?

Quodque virum toti properans imponere mundo

Hos perdit Fortuna dies! ⁸ tunc omnia late

Procumbunt nemora, & spoliantur robore silva:

Vi, cum terra levium mediam virgultaque molem

Suspendant, structa laterum compage ligatam

Arctet humum, pressus ne cedat turribus, agger.

Lucus erat longo ⁹ nunquam violatus ab avo,

Obscurum cingens connexis aëra ramis,

Et gelidas alte summorum ¹⁰ solibus umbras.

¹¹ Hunc non ruricola Panes, nemorumque potentes

Sylvani Nymphaeque tenent, sed ¹² barbara ritu

Sacra deum, structa sacris feralibus ara;

Omnis & humanis lustrata cruoribus arbor.

¹³ Si qua fidem meruit Superos mirata vetustas,

Illis & volucres metuunt insistere ramis,

Et lustris recubare fera: nec ventus in illas

Incumbit silvas, excussaque nubibus atris

Caesare cæteris urbibus. ⁶ Diuturna obsidione.

⁷ Non utique parum erat, quod una hæc civitas retardarit præcipitem impetum & successus fatales Caesaris, in cuius tamen potestatem & ipsa postmodum cum totius mundi imperio necessario sit cessura.

⁸ Carduatur passim sylvarum, ad turres extruendas, vineas, aliasque machinas: nec non ad figuandos continendosque lignorum strus & interjectis trabibus aggeres, ne subsideret ac disruerit levis per se terra turrium superstructuram mole gravata.

⁹ Incidunt. ¹⁰ Radiis solaribus.

¹¹ Non Dil agrestes noti, & numina rustica quæ alias colunt sylvas, Panes, Fauni, Satyri, Sylvani, Nymphae, Dryades, &c.

¹² Effera. Scythicæ Dianæ nemora, immolatis hostiis humanis, ut libro 1. §. 445.

¹³ Et si qua fide digna sit religiosa antiquitas, declinant aves illum locum, feræ, venti, fulgura.

¹ Constatuta.

² Aggere conjugere urbis & castrorum colles.

³ Massilia tribus partibus mari alluitur, quartam partem, qua oppugnavit difficilior visa est propter loci naturam & arcem, Caesar intercludit ducto à suis castris in edito colle positus, ad mare utrinque aggere e cespitibus instar muri pinnato & turribus distincto atque fossa.

hac ratione oppidanus frumentationis & pabulationis prohibuit.

⁴ Gratulatur urbi poeta ubique Pompejanus, fidei, constantiæ, fortitudinis gloriam.

⁵ Statim vel se deditibus vel occupatis & impulsis à

1 Fronde (inquaint inter-pretet,) caret lucus propter opacitatem ramorum folis radios non admittentium. Micellus καὶ ὄντων ἀλλὰ γὰρ exponit, frondibus nullas auras præbentibus. Berninus vice τῶν præbentibus legendum prædantibus conjicit ex glossinate adjecto, rapientibus. H. Grotius agnoscit lectionem ferientibus, quæ ego probaverim, hac mente & dispositione. Nullis auris frondem moventibus esse horrent arbores.

2 Squalida, inculta, rudia, hoc mororem inducentia, cum veneratione quadam. 3 Lanugo qua obducitur simulachra, eaque insolitis formis expressa. 4 Tentatem, Hesum, Taranim, lib. 1. N. 445. deos ignotos & superstitione cultos. Primus in orbe Deos fecit timor. 5 Erigi, vel, renasci, funesta enim arbor, ut & cupressus, quæ succisa non regerminat. 6 Flammeis, vel, ut fatuis & lambentibus corripit arbores; neque tamen absumi, draconibus implicari. 7 Tanquam sacrosanctum, diis solis incolendum permittunt. 8 Ne in Deum luci præsidem & tutelarem incidat, tanquam θεομνηστικόν, aut Empusam meridiana, media die aut noctu nemora lustrantem, horret adire ipse sacerdos. 9 Sylvis spoliatis superiori bello Gallico. 10 Militum. 11 Veneranda luci religione. 12 Quod Lycurgo Threicio regi quondam, vites, in odium Bacchi & suorum temulentie taxidium, incidant. 13 Immisso, in pacto. 14 Ne qua vos loci religio moreretur, mihi vani numicis profanatio imputeretur, cuius violati iras subeat caput hoc meum, 15 Cæsaris plus quam deorum iram verita,

Fulgura: non ullis frondem præbentibus auris, Arboribus suis horror inest. tum plurima nigri Fontibus unda cadit, simulaeque mæsta decorum Arte carent, cassique extant informia trunci. Ipse situs, putrique facit jam robore pallor Attonitis: non vulgatis sacrata figuris Numina sic metuunt: tantum terroribus addit, Quos timeant non nosse deos. jam fama ferebat Sape cavae motu terra mugire cavernas, Et præcumbentes iterum confurgere taxos, Et non ardentis fulgere incendia silva, Roboraque amplexus circumfluxisse dracones. Non illum cultu populi propiore frequentant, Sed cessere deis. medio cum Phæbus in axe est, Aut cœlum nox atra tenet, pavet ipse sacerdos Accessus, dominumque timet deprendere luci.

Hanc jubet immisso silvam procumbere ferro: Nam vicina opeti, belloque intacta priori Inter nudatos stabat densissima montes. Sed fortes tremuere manus, motique verenda Majestate loci, si robora sacra ferrent, In sua credebant redituras membra seoures. Implicitas magno Cæsar terrore cohortes Ut vidit, primus raptam librare bipennem Ausus, & aëriam ferro proscindere quercum, Effatur merso violata in robora ferro: Iam ne quis vestrum dubitet subvertere silvam, Credite me fecisse nefas. Tunc paruit umnis Imperiis non sublato securâ pavore Turba, sed expensa Superiorum, & Cæsaris ira. Procumbunt omni, nodosa impellitur ilex,

¹ *Silvaque Dodones, & ² fluctibus aptior alnus,*
³ *Et non plebejos luctus testata cupressus,*
Tunc primum ⁴ posuere comas, & fronde carentes
Admiserunt ⁵ diem: ⁶ propulsaque robore denso
Sustinuit se sylvæ cadens, gemuere videntes
Gallorum populi: muris sed clausa juventus
⁷ *Exultat, quis enim laesos impune putaret*
Esse deos? ⁸ servat multos Fortuna nocentes:
Et tantum miseris irasci numina possunt.
⁹ *Usque satis casum nemoris, quasita per agros*
Plaustra ferunt: curvoque soli cessantis aratro
Agricola raptis annum flevere juvenis.

¹⁰ *Dux tamen impatiens hasuri ad mœnia Martis*
Versus ad Hispanas acies, extremaque mundi,
Iussit bella geri. ¹¹ stellatis axibus agger
Erigitur, ¹² geminasque aquantes mania turris
Accipit; hæ nullo fixerunt robore terras,
Sed per iter longum causa repere latenti.
¹³ *Cum tantum nutaret onus, telluris inanes*
Concussisse sinus quarentem erumpere vantum
Credidit, & muros mirata est stare juventus.
¹⁴ *Illinc tela cadunt excelsas urbis in arces.*
Sed ¹⁵ major Grajo Romana in corpora ferro
Vis inerat, neque enim solis excussa lacertis

⁴ Excisa sunt. ⁵ Lucem, solem.

⁶ Arboribus inter se stipatis & spissis non erat spacium excelsis decidendi.

⁷ Deos sperans violari luci ultores.

⁸ Multi commisitunt eadem diverso crimine facto. Iste cœcæ præcipuum scelus tulit, hic diadema. Iuven. sat. 13. v. 104.

⁹ Plaustra cum iumentis exiguntur ad sylvas succisas in castra & ad opera convehendas, quorum desiderio interit labor anni rempestivus agricolis.

¹⁰ Præmiserat Caesar C. Fabium legatum cum legionibus tribus in Hispaniam, ejectionem præsidium Afranii legati Pompeji, qui Pyrenæos saltus occupaverat, reliquis legionibus, quæ longius hyemabant, subsequi iussit, ipse navibus effectis & intra dies 30 armatis D. Brutum præfecit, C. Trebonium legatum ad oppugnationem Massiliæ reliquit, deinde cum equitibus 900, quos sibi præsidio reliquerat, in Fabii castra pervenit.

¹¹ Lignosæ transversariis insectis compactisque ad continentium aggerem, atque adeo ab utraque parte distinctis & stellarum more apparentibus? an rotis, quarum radii in quodam ducti stellas scintillantes imitantur? an asseribus, quibus præfixæ erant cuspides?

¹² Aggerque accepit, &c. id est super aggerem constituuntur turres duæ ambulatoriæ ceu reptiles, quæ trochleis, rotis, funibus ac nervis iurus actæ procederent. Comm. 2 bell. civ. vide & Veget. lib. 3. c. 2.

¹³ Quas moles cum viderent Massilienses utando procedere, credebant id terræ motu, (cujus causa est ventus in cavernis terræ lectans & exitum quærens,) factum, muris proinde suis timebant.

¹⁴ Ex iis turribus. ¹⁵ Tanti in oppido omnium rerum ad bellum apparatus, tamæque multitudo tormentorum, ut eorum vim nullæ contextæ viminibus vineæ sustinere potuerint, Comment. belli civilis 2,

¹ Quercus Dodouæ Iovi sacræ. lib. 6. v. 427. Dodoua autem sylvæ in Epiro est, quercu, vel, ut Herodotus vult, fago fatidica celebris.

² Navigiis apta.

³ Divitum & nobilium funebribus, propter raritatem arboris. Ioseph. Scal. rogis & luctibus dicata. ut quæ excisa non repallulet. Neque harum quas colit arborum Te, præter incisas cupressos, illa brevem nominum sequitur. Horatius ode. 14. lib. 2. Eli. l. 16. c. 33. Dixi sacra.

1 Sagittas ba-
listis emittas
neque ossium
neque armorum
vis moratur,
quo minus
transfixo
quem delicia-
rant, etiam ul-
terius evoleant.
Balistræ, ut &
aliarum ma-
chinarum for-
mam vide apud
Am. Marcellin.
l. 23.
2 Saxa vero
balistis emissa,
non minori vi
quam rupes
vetustate exesa
& venti pro-
cella abrupta,
corpora com-
mivuit. Obiri-
tum petit omne
cada ver More
anima. Juven.
sat. 3.

3 Testudo
proprie erat
tabularum ex
trabibus fa-
ctum, coriis
ac ciliciis con-
textum adver-

sus tela & incendium, sub qua milites latentes, viam turribus muniebant aut vi-
neis, solum æquabant, ac muro tentabant. Comin. 2 civ. bel. & Vit. lib. 10.
Subita autem testudo, quæ & hic invenitur, erat series scutorum supra capita
sublatorum continuata in morem squamarum, qua protecti milites sagittas,
saxa telaque alia declinabant. 4 Milites fortes subeunt. 5 Cum jam
intra balistarum defluatium jactum se recepissent Romani testudine tecti, neque
expeditum esset Massiliensibus torquere balistas ut cominus ferirent, saxa in-
gentis ponderis evolvebant e muris in Romanos. 6 Legitur & recessu.
7 Nulla machina usis. 8 Quamdiu testudo illa sibi constitit, conjuncta in-
vicem scutorum serie non plus Romanis nocere dejecta, à Massiliensibus saxa,
quam tectis gaudio. 9 Massiliensium. 10 Fregit testudinem, defessis
miliibus Romanis. 11 Divisa singulorum scuta cesserunt ictibus.
12 Vineæ est machina tabularis cratibique constata, erudis deinde coriis &
centonibus uvidis tecta, sub qua oblidentes tuti mororum fundamenta subru-
bant. 13 Plutei hic significant tabulas & asseres quibus armata est vineæ
frons. Alias pluteus & ipse est machina vineæ haud dissimilis, de quo vide
Vegetium lib. 4. 14 Arias erat trabs ingens, aduncis præmunita ferro,
transversis asseribus intra testudinem plerumque suspensa & librata, quæ à
multitudine retroacta ad majorem impetum, emissa deinde propellebatur ad
extrahendos lapides, quatrandos labefactosque muros, vide Marcellin.
lib. 23, & Ioseph. in bello Judaico

Lancea, sed 1 tenso ballista turbine raptâ,
Haud, unum contenta latus transire, quiescit :
Sed pandens perque arma viam, perque ossa, relicta
Morte fugit : superest telo post vulnera cursus.
2 At saxum quoties ingenti ponderis ictu
Excutitur, qualis rupes, quam vertice montis
Abscidit impulsu ventorum adjuncta vetustas,
Frangit cuncta ruens : nec tantum corpora pressa
Exanimat : totos cum sanguine dissipat artus.
3 Et tamen hostiles densa 3 testudine muros
Tecta 4 subit virtus, armisque innexa priores
Arma serunt, galeamque extensus protegit umbo,
5 Qua prius ex longo nocuerunt missa 6 recessu,
Iam post terga cadunt : nec Grajis flectere jactum,
Aut facilis labor est longinqua ad tela parati
Tormenti mutare modum : sed pondere solo
Contenti, 7 nudis evolvunt saxa lacertis.
8 Dum fuit armorum series, ut grandine tecta
Innocua percussa sonant, sic omnia tela
Respuit : at postquam virtus incensa 9 virorum
10 Perpetuam rupit defesso milite cratem,
11 Singula continuis cesserunt ictibus arma.
Tunc adoperta levi procedit 12 vinea terra,
Sub cujus 13 pluteis, & tecta fronte latentes
Moliri nunc ima parant, & vertere ferro
Mœnia : nunc 14 aries suspensio fortior ictu

*Incusus densi compagem solvere muri
Tentat, & impositis unum subducere saxis.*

¹ Sed ² super & flammis, & magna fragmine molis.

*Et sudibus crebris, & adusti roboris ictu
Percussa cedunt 3 crates, frustra que labore
Exhausto fessus repetit tentoria miles.*

Summa fuit Grajis starent ut mœnia voti.

⁴ Vltro acies inferre parant: ⁵ armisque coruscant

Nocturni texere faces: audaxque iuventus

Erupit: non hasta viris, non letifer arcus,

Telum flamma fuit, rapiensque incendia ventus

Per Romana tulit celeri ⁶ munimina cursu.

Nec, quamvis viridi luctetur robore, lentas

Ignis agit vires: ⁷ tæda sed raptus ab omni

Consequitur nigri spatiosa volumina fumi:

Nec solum silvas: sed saxa, ingentia solvit,

Et crude putri fluxerunt putvere cantes.

⁸ Procubuit, majorque jacens apparuit agger.

Spes ⁹ victis telluris abit, ¹⁰ placuitque profundo

Fortunam tentare mari. ¹¹ non robore picto

Ornatas dæcuit fulgens tutela carinas,

Sed rudis, & qualis procumbit montibus arbor,

Conferitur stabulis navalibus area bellis.

Et jam ¹² turrigeram Bruti comisata ¹² carinam

¹³ Venerat in fluctus Rhodani cum gurgite classis,

¹ Romanos
saxis, sudibus,
facibusque sub-
motos ab ope-
ribus & in ca-
stra compul-
sos, mox ipsa
opera noctu
incensa refert
nostris; sed poë-
ta, sed Pom-
pejanus. vide
autem Com-
ment. ² belli
civilis. Muscu-
lo jam labefa-
ctæ turris
pars concidit.
inermes cum
insulis sese
porta priori-
pinnæ Massili-
enses, &c. sup-
plices orant ut
Cæsaris ad-
ventus expe-
ctetur. Trebo-
nius, quia Cæ-
sar magnoope-
re mandaverat
ne per vim op-
pidum expu-
gnari patere-

nt, induciarum quoddam genus misericordia motus fecit. Massilienses vero sine fide occasionem fraudis nacti languentibus Romanis atque ocio deditis, meridiano tempore ignem operibus inferunt, qui secundo magnoque vento illatus aggerem, pluteos, testudinem, turres, torineutaque prius absomebat, quam quemadmodum accidisset animadverti posset. ² Desuper, &

muris. ³ Vinea & testudo cratibus testæ. ⁴ Eruptiones cre-

bræ, maxime Albicorum, factæ. ⁵ Operiebant ignes scutis, ne

adverterent Romani. ⁶ Opera Roman. turrim, pluteos, &c.

⁷ Omnia in fumum & flammam abeunt, neque ligna tantum aggeris &

operum, sed & ipsa saxa in pulverem soluta desuunt. ⁸ Agger com-

busis, quæ cominebant eum, trabibus, disseminat. ⁹ Romanis, ut

vult poëta. ¹⁰ Bis quidem pugna certatum est navali, in superiore

Brutus fuit superior. ¹¹ Non ornabantur, non fulgebant naves

tutelare nomen in puppi pictum gerentes; compingebantur tantum rudi &

subitaneo modo, ut esset unde milites pugnarent. Iust. *l. 556.*

¹² Navem Bruti prætoriam. infra *l. 553.* ¹³ Naves longæ ¹²,

quas Arelare fieri iusserat Cæsar, flumine Rhodani secundo deductæ in

mare, stationes ad insulam Stœchada habebant. Stœchades autem tres sunt

insulæ, ab ora Ligurum ad Massiliam usque dispersæ, ab ordine dictæ

σῆξ.

1 Massilienses voluerunt naves vires navalis pugnae eventui committere. antea quidem pugna navali certatum fuerat, sed leviter, jam L. Nādidius à Pomp. cum 16 navibus missus Domitium Massiliensēsq; hortatus est, ut rursus cum Bruti classe, additis suis auxiliis, conficerent.

2 Neque armant instruntque classem tantum quam in mare deductam habuerant, sed & veteres ex navibus productas refecerunt, &c. com. a de bel. civ.

3 Reflexu. Jamque rubescebat radius mare, & aethere ab alio Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.

4 Quietis. Quum venti posuere, &c. Virg. 7

Æa. quem locum sibi imitandum proposuit hic noster. 5 Compositum, pacatum, quasi prælio accommodatum. 6 Massiliens. ut ad y. 301. supra. 7 Et in lento lullantur marmore conssa. i. remi. Virg. 7 Æa. * Romana classis promovebatur in formam semilunæ, diductis in cornua utriusque navibus validioribus, rejectis in medium agmen liburnis & ratibus levioribus. 8 Et quadriremes. 9 Et naves quæ pluribus remis aguntur, quinqueremes. 10 Varii generis rates, biremes, uniremes. 11 Biremes Liburnæ celeres, à Liburnis popul. Dalmatiæ, quibus in usu erant, dictæ. 12 Sex remigum ordibus, hexetis. 13 Se, iugentis magnitudinis navem & longius in mare remos utriusque protendentem. 14 Quantum uno utriusque remorum ictu possunt committi. 15 Non auditur præ clamore sese hortantium & concurrentium. 16 Remis insurgunt, deinde in transtra cadunt diductis ad pectora remis. ἀντήρες. 17 Naves rostris ardentibus, congressus impetu repulsæ, dissiluisse in puppim. τὰς ἀστῆρας.

Stachados arva tenens. 1 nec non & Graja juvenis

Omne suum fati voluit committere robur :

Grandævosque senes mistū armavit ephēbū.

2 Accepit non sola viros, qua stabat in undis
Classis ; & emeritas repetunt navalibus alnos.

Vt matutinos spargens super aquora Phæbus

3 Fregit aquis radios, & liber nubibus ather,
Et 4 postea Borea, pacemque tenentibus Austris.

5 Seryatum bello jacuit mare, movit ab omni
Quisque suam statione ratem, paribusque lacertis

Casaris hinc pubes, hinc 6 Grajo remige classis

Tollitur : 7 impulsæ tonsis tremuere carina,

Crebraque sublimes convellunt verbera puppes.

* Cornua Romana classis, validaque triremes,

8 Quasque quater surgens extructi remigis ordo
Commovet, 9 & plures qua mergunt aquore pinus,

10 Multiplices cinxere rates. * hoc robur aperto

Oppositum pelago. lunata fronte recedunt.

11 Ordine contenta gemino crevisse liburna.

Celsior at cunctis Bruti Pratoria puppis

12 Verberibus senis agitur, 13 molemque profundo

Invehit, & summis longe petit aquora remis.

Vt tantum mediis fuerat maris, 14 utraque classis

¹³ Dum unius (Cæsaris scilicet) dominationi Romam subijcere parat.

¹⁴ Iuba injuriæ memor, regnum se retinuisse vel ob hoc gaudet, quod Curionem ulciscatur. ¹⁵ Curionem regis advenientis fama perterritum & hoc male habebat, quod parum consideret militibus suis, neque veteranis Cæsaris, qui sub eo in Gallia & Germania militaverant, neque firmæ fatis fidei, ut qui Pompejo sacramentum dixerant, & Domitio duce suo Corfinii tradito Cæsari, missi in Siciliam cum Curione fuerant. ¹⁶ Cæsari & Curioni.

¹⁷ Pompejo. ¹⁸ Cum utrique dixissent sacramentum: alterum deserere, alteri adherere.

¹⁹ Postquam advertit exercitum monia officiaque sua detestare, ad defectionem spectare, huc sollicitatos à Quiuvilio Varo, qui fuerat cum Iis Corfinii, jamque erat cum Atio Varo; huc secum delibere.

Cerni

1 Audendum est aliquid in prælia, simul ut timorem metum diffimulem, simul suspitionem de militum meorum fide regam, ino tolerant. Qui enim jam otiosi ducum meritis & belli causis expendendis vacant; mox, armati & in aciem producti, partibus, quas sibi tequendas suspulerunt, stabunt, oblitii causarum, ducum, sui.

2 Sicut in muneribus gladiatoris, non odium aut similitas committit gladiatores in lethale arena certameo; sed ipsa paritum compositio & æmula virtus.

3 Siquidem primus est Numidis equitibus CXX caesis, reliquos in castra compulit. Varum mox in castra ad oppidum non sine magna Variatorum caede fugavit, ira ut timens castris de tertia vigilia silentio exercitum in oppidum reduceret.

4 Raptim collectas copias ducit clanculum, ne adventus sui fama ad Curionem perveniret, cavens. 5 Improvisus hæstens, hoc solum timebat ne à Curione timeretur, atque ita prælii & rei gerundæ non daretur occasio.

6 Curio, accepto regis adventu, se in Corneliana castra receperat, præmittit ipsum Inbam revocatum, hæntimo bello & controversis Leptianorum rethitise in regno, simulque sobriatum è castris Curionem in proelium eliceret.

7 Rex cum omnibus copiis insequeretur, & sex M. pass. intervallo à Sabura confederat. 8 Neque aliter Curionem deluxit Iuba, quam solet Aspidem Ægyptiam Ichneumon, quam hebetes habentem oculos, eosque non in fronte sed in temporibus, Ichneumon cauda suæ umbra provocat, atolletem autem Iubus irritor averfus excipit, donec obliquo capite speculatus invadat in fauces aspidis virus effundentis, sed extra noxam hæstis. Plin. l. 8. c. 24. & Nicander in Theriacis.

9 Virus in cassum effunditur.

*Cernit cuncta metu, nocturna que munia valli
Desolata fuga, trepida sic mente profatur:*

*1 Audendo magnus tegitur timor: arma capeffam
Ipse prior: campum miles descendat in aquum.
Dum meus est: variam semper dant otia mentem.
Eripe consilium pugna: cum dira voluntas
Ense subit presso, galea texere pudorem:
Quis conferre duces meminit? quis pendere causam?
Qua stetit, inde favet: 2 veluti fatalis arena
Muneribus non ira vetus concurrere cogit
Productos: odere pares. Sic fatus, apertis
Instruxit campis acies: quem blanda futuris
Deceptura malis belli fortuna recepit.*

*3 Nam pepulit Varum campo, nudataque fæda
Terga fuga, donec vetererunt castra, cecidit.*

*Tristia sed postquam superati prælia Vari
Sunt audita tuba: letus quod gloria belli
Sit rebus servata suis, 4 rapit agmina furtim,
Obscuratque suam per iussa silentia famam;
5 Hoc solum metuens incautus ab hoste timeri.
6 Mittitur, exigua qui prælia prima laceffat,
Elsciatque manu Numidis a rege secundus,
Ut sibi commissi simulator Sabbura belli:
7 Ipse cava regni vires in valle retentat:
8 Aspides ut Pharias cauda solertior hostis
Ludit, & iratas incerta provocat umbra:
Obliquansque caput vanas serpentis in auras
Effusa toto comprehendit guttura morsu
Letiferam citra saniem: tunc 9 irrita pestis*

Exprimitur, faucesque fluunt pereunte veneno.

¹ *Fraudibus eventum dederat fortuna: seroque*

Non exploratis ² *occulti viribus hostis,*

³ *Curio nocturnum castris erumpere cogit,*

Ignotisque equitem late decurrere campis.

Ipse sub Aurora primos excedere motus

Signa jubet castris, multum, frustra que rogatus

Vt Libycas metuat fraudes, insectaque semper

Punica bella dolis. leti fortuna propinqui

Tradiderat satum juvenem, ⁴ *bellumque trahebat*

Auctorem civile suum. super ardua ducit

Saxa, super cautes abrupto limite signa.

Cum procul è summis conspecti collibus hostes

5 Fraude sua cessere parum, dum colle relicto

Effusam patulis aciem committeret arvis.

⁶ *Ille fugam credens, simulata nescius artis,*

Vt victor, medios aciem projecit in agros.

Tunc primum patuere ⁷ *doli,* ⁸ *Numidaeque fugaces*

Vndique completis clausurunt montibus agmen.

Obstupuit dux ipse simul, perituraque turba.

⁹ *Non timidi petiere fugam,* ¹⁰ *non praelia fortes:*

Quippe ubi ¹¹ *non sonipes motus clangore tubarum*

Saxa quatit pulsu, rigidos vexantia franos

Ora terens, spargitque juba, & surrigit aures,

¹² *Incertoque pedum pugnat non stare tumultu.*

¹³ *Fessa jacet cervix: fumant sudoribus armi:*

Oraque projecta squalent arentia lingua:

Pectora rauca gemunt, qua creber anhelitus urget:

1 Curio, ex perfugis quibusdam oppidanis audito Saburam adesse tantum cum levibus copiis, regem domi restitisse, adolescentiæ fervore, magnitudinæ animi, superioris temporis proventu, fiducia rei bene gerendæ, supra omnia fato civilis ab eo excitati commotique belli pœnas poscente, equitatum omnem prima nocte ad castra hostium misit, qui oppressos somno & dispersos hostes, ad magnum numerum confecit.

2 Regis insidiis, num.

1. præc.

3 Curio cum omnibus co-

piis quarta vigilia exit, equites suos redeuntes convenit, è captivis quaerit quis castris præsit, respondent Saburam. 4 Vt modo, nota i. 5 Sabura

suis imperaverat, ut simulatione timoris, paulatim cederent, ac pedem referrent: sese cum opus esset, signum prælii daturum. 6 Curio ad superiorem

spem addita præsentis temporis opinione, hostes fugere arbitratus, copias ex locis superioribus in campum deducit. 7 A rege subsecuto, summissis

auxiliis, hostium copias augeri, signo à Sabura dato, equitatu hostium ab utroque cornu aciem nostram circumventuri. 8 Spem unan saluti,

proximos colles jubet suos capere Curio. hos præoccupat missus à Sabura equitatus. 9 Lassatis scilicet ex itinere & prælio nocturno equis,

ut vertic. insequente, &c. atque septis undique pedibus stipatisque, ita ut vix arma movendi daretur locus, ut mox p. 772. 10 Equites labore

confecti, & pauci, numero, CC (reliqui enim in itinere substituerant) quancunque in partem impetum fecerant, hostes loco credere cogebant. sed neque longius fugientes prosequi, nec vehementius equos incitare poterant. Comm.

civilis belli 2. 11 Non ferocis equi. *Quadrupedante privum sonitus quatit angula campum.*

12 Neque uti fortis equus & recens stare loco novit.

13 Sed fessa jacet,

1 Accelerant.
2 Neque enim profuit inq̄-
tasse equum in
hostem: debilis
namque lassati
equi incursus
eo usque tan-
tum provehe-
batur, quo ja-
culis hostium
equitem expo-
neret.

3 Nivnidrum
vero equitum
concitato cur-
su tremuere
campi, & pul-
veræ nubes
atque tenebræ
inductæ, pul-
vere, tanquam
vi Boreæ c
Thracia flautis
excitato.

4 Thracio. Bi-
stonis signum
est & regio
Thracia.

5 Certa erat
facilisque vi-
ctoria, neque
pugne mora
longior quam
quæ Romanis
interficiendis
sufficeret.

6 Conferta
pugna conten-
dere.

7 Telorum,
instar grandi-
bus fulorum,
multitudine &
pondere.

8 Snorum, globo condensatorum, dum-
globi erant, referrent pedem cederentque introrsum ad declinandos hostium
ictus.

9 li, qui ab exteriori parte
referrent pedem cederentque introrsum ad declinandos hostium
ictus.

10 Neque tam lætam ex cæde Romanorum voluptatem percep-
erunt Mauri, quam fortuna dabat, cum non fluvios sanguinis, non mutilata &
caudentia viderent corpora, ut quæ constricta & stipata sustinerent se invicem,
neque cæsa deciderent ad terram: sic arbores, lib. 3. v. 445.

11 Invitet
excitatas Carthaginiensium umbras Fortuna ad hæc parentalia: retulerunt quip-
pe victorum nepotes inferias Annibal, abunde parentaverunt hac cæde animis
Poenorum à suis cætorum.

Et defecta gravis longa trahit ilia pulsus:
Siccæque sanguineis durefcit spuma lupatis.
Iamque¹ gradum neque verberibus, stimulisq; coacti,
Nec, quamvis crebris iussi calcaribus,² addunt.

Vulneribus coguntur equi,³ nec profuit ulli
Cornipedis rupisse moras: neque enim impetus illis
Incurfusque fuit: tantum profertur ad hostes.
Et spatium jaculis oblato vulnere donat.

3 At vagus Apher equos ut primum emisit in agmen.
Tunc campi tremuere sono: terræque soluta,
Quantus⁴ Bistonio torquetur turbine pulvis,
Aëra nube sua texit, traxitque tenebras.

Vt vero in pedites fatum miserabile belli
Incubuit: ⁵ nullo dubii discrimine Martis
Ancipites steterunt casus, sed tempora pugna
Mors tenuit. neque enim licuit procurrere contra,

Et⁶ miscere manus; sic undique septa juvenus
Cominus obliquis, & rectis eminus hastis
Obruitur: non vulneribus, nec sanguine, solum

7 Telorum nimbo peritura & pondere ferri.
Ergo acies tanta parvum spissantur in orbem:
Ac si quis metuens medium correpfit in agmen,
Vix impune⁸ suos inter convertitur enses.

9 Densaturque globus, quantum pede prima relato
Constrinxit gyros acies. non arma movendi
Iam locus est pressis: stipataque membra teruntur.
Frangitur armatum colliso pectore pectus.

10 Non tam læta tulit victor spectacula Maurus
Quam fortuna dabat: fluvios non ille cruoris,
Membrorumque videt lapsum, & ferientia terram
Corpora: compressum turba stetit omne cadaver.

11 Excitet invisas dira Carthaginis umbras
Inferis fortuna novis: gerat ista cruentus
Annibal, & Pæni tam dira piacula manes.

¹ Romanam, Superi, Libyca tellure ruinam
 Pompejo prodesse nefas, votisque Senatus.
 Africa nos potius vincat sibi. ² Curio fufas
 Vi vidit campis acies, & cernere tantas
 Permisit clades compressus sanguine pulvis,
 Non tulit afflictis animam producere rebus,
 Aut sperare fugam: ceciditque in strage suorum
 Impiger ad letum, & fortis virtute coacta.
³ Quid nunc rostra tibi profunt turbata, forumque
 Vnde Tribunitia plebejus signifer arce
 Arma dabas populis? quid ⁵ prodita jura Senatus;
 Et ⁶ gener, atque socer bello concurrere jussi?
⁷ Ante jaces, quam dira Duces Pharsalia confert,
 Spectandumque tibi bellum civie negatum est.
 Hæc urbi misera vestro de sanguine pænas
 Ferre datis: luitis ⁸ jugulo sic ⁹ arma potentes.
 Felix Roma quidem, civesque habitura beatos,
¹⁰ Si libertatis Superis tam cura placeret,
 Quam vindicta placet. Libycas en nobile corpus
 Pascit aves, ¹¹ nullo contactus Curio busto.
 At tibi nos (¹² quando non proderit ista silere,
 A quibus omne avi senium sua fama repellit,)
 Digna damus, juvenis, merita præconia vita.
¹³ Haud alium tanta civem tulit indole Roma,
 Aut cui plus leges deberent recta sequenti.
¹⁴ Perdita tunc Vrbi nocuerunt secula, postquam
 Ambitus, & luxus & opum metuenda facultas
 Transverso mentem dubiam torrente tulerunt,

¹ Indolere certe Senatus Pompejulque in suæ causæ emolumentum cecidisse tot cives Roman. mallentque viatoriam hanc Afrorum nomine, quam suo relatum.

² Hortatus est Curionem C. Domitius, præfectus equitum, cum paucis circumstans, ut fuga salutem peteret, seque in castra reciperet: se ab eo non discelsurum pollicitus. At Curio nunquam, amisso exercitu, quem à Casare fidei suæ commissum acceperat, se in ejus conspectum reversurum confirmavit, atque ita prælium interfectus est. Comm. civills

belli a. ³ Insultatio, adjecta comiseratione. ⁴ Tribunitiæ conditiones non raro fuerant populi incitamenta, seditionum faces, classica tumultuum. Curio autem tribunus plebis fuerat Casari inimicissimus, mox ab eo liberatus aere grandis alieno, redemptusque auro, acerrime pro Casare stetit, & cum trib. pleb. ad Casarem ex urbe tandem profugit, non parvus belli hujus civilis concitator. l. 1. §. 270. &c. ⁵ Aere corrupta & prodita à te. ⁶ Pompejus & Casar commissi. ⁷ Neque tamen contigit tibi exitum hujus belli in pugna illa Pharsalica videre. ⁸ Morte vestra. ⁹ Contra Rem p. suscepta. ¹⁰ Si deos aqua tangeret enra indulgendi nobis libertatis assertores, quam ulciscendi libertatis oppressores. Nec unquam, inquit Tacitus, atrocioribus populi Rom. cladibus, magisve justis judiciis approbatus est, non esse curæ Deis securitatem nostram, esse ultionem. ¹¹ Inhumatus, præda avibus Libycis; ¹² Cur enim taceam virtutes ejus & merita? quæ innumeris seclis canescentia per omne ævi tempus plenæ gloriæ vells ferentur. ¹³ Erat certe summa indole, eloquentiæ laude claruit, legum propugnator acerrimus, quamdiu incorruptus stetit pro Repub. ¹⁴ Verum corruerunt illum perdiditque perdidit civitatis mores, ambitio, luxus, avaritia,

1 Atque ita mutatus & à Cæsare corruptus dignitatem & causam ejus pertinaciter tuebatur, neque minima civ. belli fax,

ut qui Cæsari stimulos addiderit, ut per quem plurimi in Cæsaris partes inclinarent. 2 Sexcentis H. S. æris alieni contraxerat Curio. Valer. Max. lib. 9. c. 1. quo liberavit eum Cæsar. 3 Sylla quidem, Marius, Cina, Sec. vi oppresserunt libertatem, invaserunt Reip. neque id tamen sine summa impensa largitionum & stipendiorum, illi emerunt, hic vendidit. 4 Cæsaris successores, quibus permissus fuit Imperii clavus. 5 Vendidit hic auro patriam, domumque superbiis inopuit. Virg. 6. Æn.

1 *Momentumque fuit mutatus Curio rerum,*
2 *Gallorum captus spoliis, & Cæsaris auro.*
3 *Ius licet in jugulos nostros sibi fecerit ense*
Sylla potens, Mariusque ferox, & Cinna cruentus :
4 *Cæsareaque domus series; cui tanta potestas*
Concessa est: emere omnes, s hic vendidit Urbem.

L I B E R V.

1 Pompejum Italia pulsum, Massilia expugnata, & exercitibus cum Hispaniis amissis: Cæsarem, navali clade in Adriatico, accepta, & Curione cum exercitu in Africa cæso. 2 Alternante tamen fortuna, reservati sunt pares de summa rerum dimicaturi in Pharsalica pugna.

Sic alterna 1 duces bellorum vulnera passos
In Macedum terras, miscens adversa secundis,
2 Servavit Fortuna pares. 3 Iam sparserat
4 Æmo

Bruma nives, gelidoque cadens 5 Atlantis Olympo:
Instabatque 6 dies, qui dat nova nomina fastis,
7 Quique colit primus ducentem tempora lanum.
8 Dum tamen 9 emeriti remanet pars ultima juris,
10 Consul uterque vagos belli per munia Patres
Elicit Epirum, peregrina ac sordida sedes
Romanos cepit proceres: 11 secretaque rerum
Hospes 12 in externis audit curia tellis.
13 Nam quis castra vocet tot strillas jure securas,
Tot fasces? 14 docuit populos venerabilis ordo
Non Magni partes, sed Magnum in partibus esse.

3 Hiemis notatio. 4 Thracie monte. 5 Patron. scem. Maja vel alia ex filiabus Atlantis. Synecd. Atlanrides. Plejades occiderant Cosinlee. quod fit circiter 3 Id. Nov. 6 Cal. Iannarii. quo die creati novi consules, eorumque nomina præfigebantur sul anni Fastis. Id est libris singulorum annorum descriptiones & gesta continentibus. 7 Festus nomine Iani, choragi, capitis, patris, Anticique Insequentiis anni. Ovid. Fast. 1, Martial. lib. 8. ep. 2. 8 Nondum plane peracto potestatis sui consularis tempore. 9 Meraph. à militia. l. 3. v. 623. 10 Lentulus & Marcellus Coll. in Epirum convocaverunt Senatores per officia belli dispersos. 11 Arcana Senatus deliberantis consilia. 12 In terra & urbe aliena. 13 Quidni enim appellen curiam potius Senatorum quam castra Pompeji, ubi tot simul legitimi magistratus cum insignibus suis, fascibus & securibus? 14 Et tot conspecti simul venerabiles Senatores, docuerunt populos & gentes que confluxerant, non convenisse omnes in partes Pompeji, sed & ipsum Pompejum fuisse partem Senatorum.

*Vt primum¹ mactum tenuere silentia cœtum ,
 Lentulus excelsa sublimis sede profatur :
² Indole si dignum Latia, si sanguine prisco
 Robur inest animis, non qua tellure coacti,
 Quamque procul tectis capta sedeamus ab urbis
 Cernite : sed vestra faciem cognoscite turba :
 Cunctaque jussuri primum hoc decernite Patres ,
³ Quod regnis, populisque liquet, nos esse Senatam.
⁴ Nam, vel Hyperborea plaustrum glaciale sub Vrſa,
 Vel ſ plaga qua torrens, claususque vaporibus axis
 Nec patitur noctes, nec iniquos crescere soles ,
 Si fortuna ferat rerum nos summa sequetur ,
 Imperiumque comes. ⁶ Tarpeja sede perusta
 Gallorum facibus, ⁷ Vejosque habitante Camillo,
 Illic Roma fuit, non unquam perdidit ⁸ ordo
 Mutato sua jura solo. ⁹ mærentia tecta
 Casar habet, vacuasque domos, legesque silentes,
 Clausaque justitio tristi fora. ¹⁰ Curia solos
 Illa videt Patres, plena quos Vrbe fugavit.
 Ordine de tanto quisquis non exulat, hic est.
¹¹ Ignaros scelerum, longaue in pace quietos
 Bellorum primus sparsit furor : omnia rursus
 Membra loco redeunt, en totis ¹² viribus orbis
¹³ Hesperiam pensant Superi : jacet ¹⁴ hostis in undis
 Obrutus Illyricis : ¹⁵ Libya squallentibus arvis
 Curio ¹⁶ Casarei cecidit pars magna Senatus.
 Tollite signa duces : ¹⁷ fatorum impellite cursum :
 Spem vestram praestate deis : ¹⁸ fortunaque tantos
 Det vobis animos, quantos fugientibus hostem*

¹ Hypallage. cœtus incoctus tenuit silentia.
² Si vera illa & prisca virtus Romæ animis vestris inſideat, nolite expendere ubi finis : sed ex tot senatorum ac civium præſentia, succurrat vobis, qui ſumus.

³ Facto à vobis Senatus. Consulto ſciant populi, hic eſt Senatui, quem penes eſt totius orbis terr. imperium.

⁴ Quem Senatui ſi qua iniquæ Fortunæ procella raperet in oras Boreali Arcto vel torridæ zonæ ſubjectas ; commigratura tamen ſit Imperii ſumma.

⁵ Circulus æquinoctialis æſtu & calidibus conſtri.

tus, sub quo degeutes perennem habent lætætiæ. ⁶ Libro 1. §. 169. urbe Rom. Synecdoche. Neque enim Capitolium à Gallis inœsum est.

⁷ Camillus exulabat Ardeæ : cui, inde evocato Vejos, Dictatura & rerum ſumma S. C. tradita eſt. ⁸ Senatorius. ⁹ Urbem Rom. occupavit Cæſar, vacuam, mœſtam, oppreſſis legibus & iudicæ jurisdictioni intermiſſione tristem.

¹⁰ Illa quam Cæſar habet. Curia non videt allos Senatores quam eos quos ambitus majestatis læſæ alteriufve noxæ damnatos Cæſar urbi reſtitutos revocavit.

¹¹ Sub primo belli civilis motu & trepidatione conſervati diffugiebant, huc tandem in Epiram convenerunt tanquam in corpus ſuum, Senatores & illi ordines. ¹² Quæ in auxilium noſtrum adven-
 runt. ¹³ Italiam & Hispanias amiſſas. ¹⁴ Vultejus cum rate Opi-

terginorum. ſup. l. 4. §. 402. ¹⁵ Lib. 4. §. 81. ¹⁶ Cæſari ſortibus & ſummo in honore habitis, & quo caſo privatur Cæſar ſummo ſuo Senatore.

¹⁷ Vrgete fata, & quo dii faventes vocant, cum bona fiducia ſequimini. ¹⁸ Succellus det vobis fortes animos ad perſequendum liber-
 tatis hoſtem, non ſecus atque juſtitia cauſæ dedit vobis animum relinquendæ
 urbis, illo invadeute.

1 Potestatis
nostræ Consul-
laris Imperium
cum auo exa-
cto finem ha-
bet.

2 Vos Sena-
tores, quorum
auctoritas non
est annua.

3 In comitum.
Quod vobis
Reique publicæ
Bonum, Felix,
Fausitque
fit.

4 Declare
Pompejum bel-
li ducem. Quod
& prius Captivæ
factum, sed
adjuuctis
Coss.

5 Publicæ &
privatæ rei fa-
tum, fortunam
& administra-
tionem.

6 Collaudati
reges & pop.
de Repub. bet.

Causa dabat. 1 nostrum exhausto jus clauditur anno.

2 Vos, quorum finem non est censura potestas,

Consulite 3 in medium Patres, 4 Magnumque jubete
Esse ducem. Lato nomen clamore Senatus

Excipit: & Magno 5 satum patriaque suumque

Imposuit. 6 Tunc in reges, populosque merentes

Sparsus honos, 7 pelagique potens Phœbeia donis

Exornata Rhodos, 8 gelidique inculta juventus

Taygeti: 9 fama 10 veteres laudantur Athona:

11 Massiliæque sua donatur libera Phœcia.

12 Tunc Sadalen, fortemque Cotyn, 13 fidumque per
arma

Dejotarum, & 14 gelida dominum Rhæsiolin ora

Collaudant: 15 Libyamque jubent auctore Senatu

Sceptrifero parere Iuba. pro tristia fata!

En tibi 16 non fida genti dignissime regno.

17 Fortuna Ptolemæe pudor, crimenque decorum.

18 Cingere Pellæo pressos diademate crines

Permissum: 19 saxum in populos puer accipis enses:

Atque utinam in 20 populos! donata est 21 regia Lagi;

22 Accessit Magni jugulus: regnumque 23 sorori

Ereptum est, 24 saceroque nefas. 25 jam turba soluto

ne meriti, iisque honores habiti, qui Senatus auspicia sequenti, auxilia attulerant miserantæ, quorum nonnullos pergit enumerare.

7 Rhodos insula Carpathii pelagi classe potens, Phœbo dilecta, cujus radius semel, die vel maxime nubilo, iustratur ob amatam, ut fabulantur, Rhoden virginem: colosso & templo Phœbi clara, ut que Phœbo sorte cesserit. Pindarus vii Olymp. Horat. ode 7. lib. 1.

8 Lacedæmonii. Taygetus mons in Laconica, Eurore fl. vicinus.

9 Sapientiæ ne studiorum: an victoriarum Perficarum? 10 *ἄνθρωποι*: enim se esse volebant, cujus rei insignia gestabant in verticibus cicadas aureas.

11 Et Phœcis Achajæ regia libertate donata æque ac Massylia colonia ejus, quam tamen à Phœceisibus Asiæ deductam mensuramus lib. 3. §. 340.

12 Equites ex Thracia 500 dedit Cotus, & Satalen filium misit. Comment. civilis belli 9.

13 D C equites adduxit Galaniæ rex Dejotarus, pro quo extat oratio Cicerois.

14 C C ex Macedoula Rhæsiopolis, quibus ipse præerat.

15 Ex auctoritate Senatus decernitur Africa Iubæ.

16 Indigne regno fidæ gentis, vel digne regno non fidæ gentis.

17 *ἄλκιμος*, qui futurus erat dedecori Dils & Fortunæ tam indignum eventibus.

18 Ut Dionysius hic Ptolemæus Auletæ f. etiamnum puer Pompeji rogati confirmaretur Ægypti rex, coronaturque diademate Alexandri Magni in Pella Macedoniæ oppido nati, Alexandriæ in Ægypto conditoris. Strabo lib. 17.

19 Crudeliter enim imperavit.

20 Tantum & non in Pompejum etiam & sororem tuam.

21 Regnum Ægypti, quod obrinuerat Ptolemæus Lagi f. lib. 8. §. 692.

22 Et tanti muneris accepta merces, Pompeji, quem tu tutorem habueras, ad te confugientis cædes, infra l. 3. §. 173.

23 Cleopatræ, quæ regni cum fratre heres à parte relicta fuerat.

24 Pompeji cædes subiraçta Cæsari, cui & insidiarius postea erat ipse rex.

25 Jam deinmissa concione arma expeditere.

*Arma petit cætu, qua cum populique ducesque
Castibus incertis, & ¹ cæca sorte pararent,*

² *Solus in ancipites metuit descendere Martis*

³ *Appius eventus: sinemque expromere rerum
Solicitat Superos, multosque ³ obducta per annos
Delphica fatidici referat penetralia Phæbi.*

⁴ *Hesperio tantum, quantum semotus Eoo
Cardine, Parnassus ⁵ gemino perit athera colle,
Mons ⁶ Phæbo, Bromioque sacer: cui nomine misto
Delphica Thebana referunt trieterica Baccha.*

⁷ *Hoc solum fluctu terras mergente cacumen
Eminuit, ⁸ pontoque fuit discrimen, & astris.*

*Tu quoque ⁹ vix summam seductus ab aquore rupem
Extuleras, unoque jugo Parnasse latebas.*

¹⁰ *Vltor ibi expulsa premerent cum viscera partus
Matris, adhuc rudibus ¹¹ Paan Pythona ¹² sagittis
Explicuit, cum regna ¹³ Thenus, ¹⁴ tripodasque teneret.
Vt vidit ¹⁵ Paan ¹⁵ vastos telluris hiatus*

*Divinam sperare fidem, ¹⁶ ventosque loquaces
Exhalare solum, sacris se condidit antris,
Incubuitque adyto, vates ibi factus, Apollo.*

¹⁷ *Quis læset hic Superum? ¹⁸ quod nomen ab æthe-
re pressum*

Dignatur cæci inclusum habitare cavernas?

Quis terram cæli patitur Deus, ¹⁹ omnia cursus

¹ Evento igno-
to & obscuro.

² Is (loquit
Valer. Maxim.
lib. 1, cap. 3.)
belli civilis
eventum ex-
plorare cupiens,
viribus imperii
(namque
Achajæ præse-
rat) auxili-
um Delphicæ
corinthe in in-
timam sacri
specus partem
coegit descen-
dere, &c. infra
p. 120, & 124.
Idem ref. O-
rosius lib. 8.
cap. 15.

³ Clausa ces-
sante oraculo.
infra p. 111.
& 131.

⁴ In terræ
umbilico, ab
occasu & ortu
æque distans.
*Audistis & me-
dium cæli Par-
nassus.* Statius.

& Strabo lib. 9. ⁵ Tithoreo & Hyampeo. ⁶ Apollini & Baccho, ⁷ *ἰσθμὸς*
¹⁸ *Σειμὸν*, quorum utrunque eundem esse cum Sole probat Macrobius. 1 Saturni
cap. 18. Communi itaque cultu Thebanæ Mænades Bacchi ministræ tertio
quoque anno Delphis celebrant sacra, in memoriam victoriæ Indicæ à Libero
patre trieni expeditione partæ.

⁷ Diluvio cæteris submersis, alter è
Parnassi collibus emittit. Ovid. Met. ⁸ Medium inter aquas & cœlum.
⁹ Vix summo jugo extabas. ¹⁰ Hic Apollo juvenis, ulturus Pythonæ,
qui Junonis jussu Latona gravidam è Iove & partui vicinam persequutus fuerat,
interemit. ¹¹ Apollo lib. 1. p. 678. ¹² Stravit humi mille gravem
telis.

¹³ Dea, quæ præcepit hominibus ea petere, quæ fas essent. Ovid. 1
Metam. cuius nomen toto orbe celeberrimum erat oraculum, cui Apollo suc-
cessit. ¹⁴ Tripod, mensa erat sive sedes aurea, vel æneæ tres habens bases;

quam ubi Pythia vates insensibilis, hausto divinationis spiritu, responsa re-
tulit. Iamblichus de mysteriis, & Diod. Sic. l. 16. Strabo l. 9. ¹⁵ In medio
montis aofractu profundum terræ foramen, ex quo frigidus spiritus, vi qua-
dam velut vento in subline expulsi, mentes vatum in recordandi vertit; im-
pletasque deo responsa consulentibus dare cogit, &c. ulteriorem templi Del-
phici descriptionem vide apud Iustin. l. 24. & Diod. Sic. lib. 16. de occasione
inventi oraculi à pastore. ¹⁶ Exhalationes specus, quæ mentes primum in-
habant vatum, mox linguas in vaticinia solvebant. ¹⁷ Oraculi hujus causa
inquiri potest. ¹⁸ Quis deus è cœlo delapsus, immergi se concludique di-
gnatur in hac caverna? ¹⁹ Fata, sociem ordinemque causarum sciens.

1 Ea quæ
eventura fuit
præcimens.
2 Phœbades,
virginis Py-
thiæ, quem in-
gressus suo nu-
mine implet.
3 Ita fatum
dici volunt
quod Deus fa-
tus est, id est
decrevit, con-
stituit.
4 Ad forte
deutior aliqua
& potentior
pars uest ex-
piratque ex
hoc antro Del-
phico, coele-
stis illius: men-
tis & animæ
mundi, quæ in-
fusa in omnes
mundi partes,
eam librat,
regit, fovet,
vegetatque?
Deum namque
ire per omnes

*Eterni secreta tenens, 1 mundique futuri
Conscius, ac populis sese proferre paratus,
Contactusque ferens 2 hominis, magnusque potensque,
Sive canit fatum, seu 3 quod jubet ipse canendo
Fit fatum? 4 Forsan terris inserta regendis,
Aere libratum vacuo qua sustinet orbem,
Totius pars magna lovis, 5 Cirrhaa per antra
Exit, & 6 atherio trahitur connexa Tonanti.
Hoc ubi virgineo conceptum est pectore numen,
Humanam feriens animam foras, oraque vatis
Solvit, 7 ceu Siculus flammis urgentibus Ætnam
Vndat apex: 8 Campana fremens ceu saxa 9 vaporat
Conditus 10 Inarimes aterna mole Typhæus.*

*Hoc tamen expositum cunctis, nullique negatum
Numen, 11 ab humani solum se labe furoris
Vindicat. 12 haud illic tacito mala vota susurro
Concipiunt. 13 nam fixa canens, mutandaque nulli
Mortales optare vetas: justisque 14 benignus
Sape dedit sedem 15 totas mutantibus urbes,
Vt Tyriis: 16 dedit ille minas impellere belli,
Vt Salaminiacum meminit mare. 17 sustulit iras
Telluris sterilis, monstrato sine: 18 resolis*

Terræque tractusque maris calumque profundum. 4 Georg. & 6. Æn. Virgil.
Spiritus inæqualis, &c. vide N. 39. lib. 1. 5 Cirrha oppidum Phocidos
haud procul à Delphis. 6 Cum superiore illo aère coit, & menti divi-
niori confouat. 7 Veluti Ætne Siculæ cacumen fumum undaurem
evomit. 8 Ceu Ioar-me, Ætne, Pithecusæ Isthie insula in litore
Campano superjecta Typhæo effundit saxa. 9 Allusum ad nomen Ty-
phonis, id est procellæ conflagrationes ejusmodi succendentis. 10 Inarimeo
primus dixit Virgilius ab Homeri *Ἰνάριμος*, vide quæ nos ad Senec. Thyest.
N. 107. & Erythræi indicem ad illud 9 Æn. Virgilii. *Inarime lovis imperium
invasit Typhæo.* 11 Non admittit vota impia, non ad gratiam vel odium
precibus aut muneribus corrumpitur. 12 *Mutaturque humilisque susur-
ros Tollere de templis mandat Pers. 2 Satyra.* 13 Cum enim fata Deum
canat certa & mutari nescia, frustra voveat quis hæc mutari posse. *Desine
fata Deum scelli sperare precando.* Virgil. Æn. 6. 14 Deus Apollo.
15 Qua dicit *totas mutantibus*, de Phœnicibus, qui terræ motu vexati
relictæ patriæ solo, Sidona, unde postea à rege Afcaloniorum pulsî, Ebron
condidere, intelligo potius, quam de Cadmo aut Didone. Iust. 18. vel de
colonis Gadium. lib. 10. N. 457. 16 Idem Apollo docuit qua ratione
bella essent iacuoda, uti Athenienses lignis mossibus se tueri jussi, Persici belli
minas repulere, devicto Xerxe navali pugna ad Salamia ins. Herod. Polyb.
17 Sic Aegypti sterilitas è siccate novem annorum sublata, Thraæa à Bufiride
cæso. sic Phrygia, sepulto Aty. Diod. Sicul. Ita Auica, postquam moniti
oraculo satisfecissent Minoi. 18 Peltis remedium denunciat. uti The-
banis, in exilium misso eo qui Lalum interfecerat. Seneca OEdip. Lucanis,
Pallinuri placatis manibus. Virgil. Æn. 6 Romanis, Æsculapio accersito ex
Epidauro, Liv. 1. 10.

Aera tabificum. ¹ non ullo secula dono
 Nostra carent majore deum, quam Delphica sedes
 Quod siluit, postquam ² reges timuere futura,
 Et superos vetuere loqui. ³ nec voce negata
 Cyrrha marent vates, templique fruuntur
 + Iustitio. ⁴ nam si qua deus sub pectora venit,
 Numinis aut pœna est mors immatura recepti.
 Aut pretium: ⁵ quippe stimulo fluctuque furoris
 Compages humana labat, pulsusque deorum
 Concitant fragiles animas. Sic tempore longa
⁷ Immotos tripodas, vastaque silentia rupis,
 Appius ⁸ He³perii scrutator ad ultima jati
 Sollicitat. jussus ⁹ sedes laxare verendas
¹⁰ Antistes, ¹¹ pavidamque ¹² deis immittere vatem,
¹³ Castalios circum latices, nemorumque recessus
¹⁴ Phemonoën errore vagam, curisque vacantem
 Corripuit, cogitque fores irrumperere templi.
 Limine terrifico ¹⁵ metuens consistere Phœbas,
¹⁶ Absterrere ducem noscendæ ardore futuri
 Cassa fraude parat. quid spes (ait) improba veri
 Te Romane trahit? muto Parnassus hiatu
 Conticuit, ¹⁷ pressitque deum: ¹⁸ seu ¹⁹ spiritus istas
 Desituit fauces, mundique in devia versum
 Duxit iter: ²⁰ seu barbarica cum lampade Pytho
 Arsit, in immensas cineres abiere cavernas,
 Et Phœbi tenuere viam: ²¹ seu sponte deorum

¹ Deficientis
 hujus oraculi
 causas inquir-
 rit inf. v. 131.
 hic desit.

² Sibi timen-
 tes, oracula à
 suis adiri ve-
 tuerunt.

³ Graulantur
 vero sibi Py-
 thix vatis
 Delphicæ de-
 fuisse oracula.

⁴ Silentio.
 transl. à ju-
 ris dicundi in-
 termissione.

⁵ Neque enim
 vitales sunt
 Phœbades in-
 statæ vel à Deo
 irato, mortis
 supplicio affe-
 ctæ; vel à be-
 nigno, mortis
 prænio, tan-
 quam docto o-
 ptimo doctæ.

⁶ Quippe en-
 thusiasticè im-
 petu concussa
 labascit anima,
 & nimis di-
 vini spiritus
 haustus red-

demibus pestifer existit. Val. Max. l. 1. c. 3. ⁷ Curtinas jam diu clausas,
 à nemine consulas, utpote silentes. ⁸ Curiosus per sortes explorator, quis

nam foret eventus belli civilis. ⁹ Aperire sacrarium. ¹⁰ Sacrorum
 præses, templi Delphici custos. ¹¹ Dei affantis & enthusiastæ laborem
 annul & discrimen tubire formidanteus. ¹² Hypallagen esse voluit inter-
 preses. Deum immittere in Phœbadem. Simpliciter intelligi malim, Iussum ab

Appio antistitem ut Phœbadem mitteret in adytum. ¹³ Castallum fontem
 in radicibus Parnassi. ¹⁴ Phœbadem aliquam. Phœmonoë autem prima
 erat, quæ ex oraculo Delphico vaticinata est. Strabo lib. 9. ¹⁵ Modo, ad

v. 124. nota 12. ¹⁶ Voleus Appium ab instituto deducere, causata est
 diuturnum oraculi silentium, sed frustra. ¹⁷ Obruit divitiæ illam vim,
 cujus afflatu dabatur responsa. ¹⁸ Causas reddere cogatur cessantis ora-
 culi. de qua Plutarch. *πρὸ τῶν ἐνδελφικῶν χερσῶν*. ¹⁹ Sive spiritus has

deseruit, atque in alias mundi partes migravit. ²⁰ Sive quo tempore, Del-
 phis à Brenno oppugnatis, terræ motu, grandine, tempestate & incendio cor-
 ruere omnia, cinere spiraculis obstructis. Pausan. in Phœaciæ. Justin. lib. 24 de
 Xerxe. idem ref. Herod. in Vrania. vel tempore Mithridatico, cum oracula
 deficerent ubique, sublatis Dæmonum præstigiis atque potestate, sub adventu
 Christi. ²¹ Seu diis, quibus Roma curæ inax. est, visum fuerit ut Delphi-
 cum oraculum cesseret, postquam libros Sibyllinos habeat, qui fata sua conti-
 neat, de quibus vide quæ A. Gel. lib. 5. cap. 19. & Plin. lib. 13. cap. 13.

1 Tot annos
viventis, quot
haberet pulve-
ris haufsi cor-
pora. Ovidius
Metam. 14.

2 Seu deus
non inveniat
sanctos qui-
bus, neque san-
ctas per quas
vaticinetur.

3 Visa est Ap-
pio virgo Py-
thia subdole
causata ora-
culi silentium,
cum ipsa tre-
mibunda sub-
terfugeret in-
gressum ad
deum quem
adesse negavit.

4 Hominem
tamen simula-
to numine de-
ceptorum, se ad
cortinam ac-
cingit, virtus
ornatam, in-
sula laureata
redimita, cri-
nibus à tergo
solutis.

5 Parnasside;
quia Parnassus
in Phocide.

6 Moras te-
nentem.

7 Antistes, supra §. 124.
penetrare ingredi,
in limine restitit.

8 Metuens tamen adventum &
penetrare ingredi,
in limine restitit.

9 Se numine concepto afflatam su-
gens, nescia quæ simulate fecerit murmurat.

10 Non extra se rapto, non
vexato à deo, ut infra §. 168. & Virgil. Æn. 6.

11 Interruptæ, vel
perplexæ, obscuris vera involventis.

12 Non æque noxia Appio futura
simulata hæc, atque illa veri oraculi verba quæ insequantur.

13 Supra
§. 81.

14 Cum non apparerent signa illa quæ numine afflatas comitari
assoleat, non verba interrupta & tremula.

15 Non vox major nec mortale
sonans.

16 Non laurea capiti excussa comarum horrore. infra §. 171.

17 Non attonita magna ora donans. Non tremere omnia visa repente, Liminaque
laurisque dei, totisque moveri Mons circum, &c. Virg. 6, & 3 Æneid.

18 Arguebant Pythiam doli & metus, ut quæ veri enthusiastini laborem hor-
reret.

19 Non sollicitari oraculum, non adesse vati deum.

20 Et mihi
quem fallis, & deo quem fingis dabis poenas, nisi descendas in autrum, deque
hujus belli eventu respondeas vere, non...

21 Tuis verbis, deum emen-
tita, numine non afflata.

22 Quod ventus ille ex spiramento specus non
jam exhausti immisit virgini.

*Cirrho flet, fatigue sat est arcana futuri
Carmine longava vobis commissa Sibylla :*

*2 Seu Paan solitus templis arcere nocentes,
Ora quibus solvat nostro non invenit avo.*

*3 Virginei patuero doli, fecitque, negatis
Nurpinibus, metus ipse fidem. 4 tum torta priores
Stringit vitta comas, crinesque in terga solutos
Candida 5 Phocæa complectitur insula lauro.*

*6 Hærentem, dubiamque premens in templi 7 sacerdos
Impulit. 8 illa pavens adyti penetrare remoti
Fatidicum, prima templorum in parte resistit :*

*Atque 9 deum simulans, sub pectore ficta 10 quieto
Verba refert, nullo 11 confusa murmure vocis
Instinctam sacro mentem testata furore ;*

*12 Haud æque lasura ducem, cui falsa caneat,
Quam 13 tripodas, Phæbique fidem. 14 non rupta tre-
menti*

*Verba sono, 15 nec vox antri complere capax
Sufficiens spatium, 16 nullogue horrore comarum*

*Excussa laurus, 17 immotaque culmina templi,
Securumque nemus, 18 veritam se credere Phæbo*

*Prodiderant. sentit tripodas 19 cessare, furensque
Appius : 20 Et nobis meritas dabis impia poenas,*

*Et Superis, quos fingis, ait, nisi mergeris antris,
Deque orbis trepidi tanto consulta tumultu*

*Desinis 21 ipsa loqui. Tandem conterrita virgo
Confugit ad tripodas, vastique abducta cavernis*

*Hæsit, & insueto concepit pectore numen ;
22 Quod non exhausta per tot jam secula rupis*

Spiritus ingessis vati: tandemque potitus
 Pectore ¹ Cirrhae, ² non unquam plenior artus
 Phœbados irrupit Paan: mentemque priorem
 Expulit, atque ³ hominem toto ⁴ sibi cedere jussit
 Pectore. bacchatur demens ⁵ aliena per antrum
 Colla ferens, vittasque dei, Phœbeaque ferta
 Erectis ⁶ discussa comis; per inania templi
⁷ Ancipiti cervice rotat, spargitque ⁸ vaganti
 Obstantes tripodas, magnoque exaestuat ⁹ igne,
¹⁰ Iratum te Phœbe ferens: ¹¹ nec verberare solo
 Vteris, & stimulis; flammam in viscera mergis.
 Accipit & franos: nec tantum prodere vati,
 Quantum scire, licet. ¹² venit atas omnis in unam
 Congeriem: miserumque premunt tot secula pectus,
 Tanta patet rerum series, atque omne futurum
 Nititur in lucem: vocemque potentia fata
 Luctantur: non prima dies, non ultima mundi,
 Non modus Oceani, numerus ¹³ non deerat arena.
¹⁴ Talis in Euboico vates Cumana recessu,
 Indignata suum multis servire furorem
 Gentibus, ex tanta fatorum strage superba
 Excerptis Romana manu. ¹⁵ sic plena laborat
 Pemonœ Phœbo, dum te consultor ¹⁶ operis
¹⁷ Castalia tellure dei vix invenit, Appi,
 Inter fata diu quærens tam magna latentem.
¹⁸ Spumea tunc primum rabies vesana per ora
 Effluit, & gemitus, & anhelus clara meatu
 Murmura: tunc mæstus vastis ululatus in antris,
¹⁹ Extremaque sonans domita jam virgine * voces.

do illius nomen fuerat e mentita, quod interminatus fuerat Appius supra §. 159. An Appio curioso futuri inquitatori? ¹¹ Neque stimulas tantum atque incendis virginem ut canat futura: sed & frena injicis, ne plura vaticinetur, quam scire opus est. infra §. 197. ea frena furenti Concusit, & stimulos sub pectore vertit Apollo. Æn. 6 Virgil. ¹² Iamque conceperat omnia omnium ætatum fata, quæ animo furentis una quasi facile obversata, enunciarî & in lucem proferrî poscebant. ¹³ Non latebat illam, non fugiebat vatis notitiam.
¹⁴ Vti Sibylla indignata suum oraculum ab omnibus mortalibus sollicitari, & cæterorum cumulo excerpta Rom. tantum fata novem libris complexa est, quos Tarquinio Superbo obtulit, &c. A. Gell. l. 1. c. 19. ¹⁵ Ita Phœbas hæc inter alia enumerata vix tandem juvenum & semotum Appii fatium, impulsu nominis concepti instincta, horrendo vocis sono, Appio inter obscuras verborum ambages, cecinit: Nihil, inquit, ad te hoc Romane bellum: Euboja Cælum obtinebis, &c. Valer. Max. lib. 1. c. 8. ¹⁶ Occulti, testi.
¹⁷ Delphico antro. ¹⁸ Os rabidum, fera corde, &c. Virg. 6 Æn. * Istæ quæ sequi. ¹⁹ Ea frena furenti Incusit. supra §. 175.

¹ Fatidios, Cyrrhæ virginis, Phœbados.

² Nullius noquam vatis mentem plenius invasit.

³ Sensum suum, mentem humanam.

⁴ Sæpe inspirationi.

⁵ Non jam sui juris, rotata pro arbitrio Phœbi, consensu iustitiam agitabatur.

⁶ Horrores, ut supra §. 154. Non compta mansere coma. Æn. 6.

⁷ In utramque partem alternatim diducta, vacillanti, ultro citroque agitata.

⁸ Sibi furihundæ & discurrenti obvius.

⁹ Calore humanis.

¹⁰ Vtrum virginis, quæ mo-

1 Causas in-
quirit poeta,
cur non aperte
Deus prædixe-
rit eventum
belli.

2 Quam nihil
futurorum la-
tere voluere
Superi.

3 Cadendos,
cafuros.

4 Iubæ, &c. an
principum?

5 Et cædes
gentium mi-
sceadas fune-
ribus civium
Rom.

6 An nihil ad-
huc decretum
à diis de even-
tu belli, &
Pompeji morte?
7 In dubio à
diis, vel, si-
lentio oracu-
li supprimun-
tur.

8 An forte
subtices, quo
melius Neme-
fis exigat à
Cæsare pœnas
civilis hujus
belli, allerat-
que in liberta-
tem Reip. in-
terfecto à
D. & M. Brutis
Cæsare, uti à
Iunio Bruto

Effugii ingentes, tanti discriminis experts,
Bellorum Romane minas: solusque quietem
Euboici vasta lateris convalle tenebis.

Cætera suppressit, faucesque obstruxit Apollo.

1 Custodes tripodes fatorum, arcanaque mundi,

Tuque potens veri Paan, 2 nullumque futuri

A Superis celate diem, suprema ruentis

Imperii, 3 casosque duces, & funera 4 regum,

5 Et tot in Hesperio collapsas sanguine gentes

Cur aperire times? 6 an nondum numina tantum

Decrevit nefas? 7 & adhuc dubitantibus astris

Pompeji damnare caput, tot fata tenentur?

8 Vindicis an gladii facinus, pœnasque furorum,

Regnaque ad ultores iterum redeuntia Brutos,

Vt peragat fortuna, taces? Tunc 9 pectore vatis

Impacta cessere fores, exclusaque templis

Prosiluit: 10 perstat rabies, nec cuncta locuta est.

Quem non emisit, superest deus. 11 ille feroces

Torquet adhuc 12 oculos, totoque vagantia cælo

Lumina: nunc vultu pavido, 13 nunc torva minaci.

14 Stat nunquam facies: rubor igneus inscit ora,

Liventesque genas: 15 nec, qui solet esse timenti,

Terribilis sed pallor inest: nec fessa quiescunt

Corde; sed ut tumidus 16 Borea post flamina pontus

Rauca gemit; sic multa 17 levant suspiria vatem.

18 Dumque à luce sacra, qua vidit fata, refertur

Ad vulgare jubar, media venere tenebra.

Immisit Strygiam Paan in viscera Lethen,

Qua raperet secreta deum, tum pectore verum

Fugit, & 19 ad Phœbi tripodas rediere futura:

20 Vixque refecta cadit. 21 nec te vicinia læsi

quondam exacto Tarquinio? • Pectore irruentis vatis dissilire fores

impulsa, ipsaque evolat. 10 Nondum deum penitus pectore excusserat.

11 Phœbus. 12 Virginia Pythia. 13 *σμερόλαιον διδραχίτις*, torve.

14 Non vultus, non color unus. *Æn.* 6 Virg. 15 Pallor est non territæ,

sed errantis. 16 Pœnente jam & cessante Borea. 17 Animum vatis

sedare rescituntque, *do case*. 18 Inter lucem illam adyti sacram & ætheream

hanc, in quam reditura erat; vel inter divinam illam raptæ mentis noticiam &

hanc humanam cognitionem, Phœbus in mediam injecit caliginem & soporatum

rerum visarum oblivionem. Allusum simul ad Lethen fl. infernaum.

19 Notitia futurorum se recepit in cortinam fatorum custodem. 20 Sic

ult. *ψ. l. 1.* & *lasso jacuit defecta furore*. 21 At is ratus (inquit Val. Max.)

consiliis se Apollinis moovit, ne illi discrimini interesset, in eam regionem se-

cessit, quæ inter Rhamnunta nobilem Attici soli partem, Carystumque Chalci-

dico frero vicinam interjaceus. Cœlæ Euboææ nomen obtinet, ubi ante Pharsali-

cum certamen morbo consumptus, prædictum à Deo locum sepultura possedit.

Territat

Territat ambiguis frustratum sortibus Appi :

¹ *Iure sed incerto mundi, ² subsidere regnum*

³ *Chalcidos Euboica vana spe rapte parabat.*

Heu ⁴ demens, nullum belli sentire fragorem,

Tot mundi caruisse malis, praestare deorum

Excepta qui morte potest! secreta tenebris

Litoris Euboici memorando condite busto,

Qua ⁵ mari angustat fauces ⁶ saxosæ Carystos,

⁷ Et tumidis infesta colit qua ⁸ numina Rhamnus,

Arctianus rapido fervet qua gurgite pontus,

⁹ Euripusque trahit, cursum mutantibus undis,

Chalcidicas puppes ad iniquam classibus ¹⁰ Aulim.

Interea domitius Caesar remeabat Iberis,

Vitricis aquilas ¹¹ alium laturus in ¹² orbem :

¹³ Cum prope fatorum tantos per prospera cursus

Avertere dei. nullo nam Marte subactus

Intra castrorum timuit tentoria ductor

Perdere successus scelerum : cum pane fideles

Per tot bella manus satiata sanguine tandem

Destituere ducem : ¹³ seu mæsto classica paulum

Intermissa sono, claususque, & frigidus ensis,

Expulerat belli furias : seu pramia miles,

Dum majora petit, damnat causamque, ducemque,

Et scelere imbutos etiam nunc ¹⁴ venditat enses.

¹⁵ Haud magis expertus discrimine Caesar in ullo est,

¹ Dum adhuc incertum fir, penes quem sit futurum imperium.

² Sibi subjicere, invadere dolo, ipseque sit. si enim pro subsistere absolute accipias, legendum erit regno.

³ Chalcidos in Euboea, urbis ad Euripum sitæ, Aulidis objectæ. Ad differentiam alterius in Attolia.

⁴ Qui sperabas tibi ullo recessu tanquã Homericæ tecto nube, à tam late grassanti malo securitatẽ, quam alii mors sola nemo deorum præstare valet.

⁵ Neque tamen est Cary-

stos in freto Enripi, sed Cycladibus opposita in Euboea insulã urbs.

⁶ Marmore nobilis. ⁷ Et qua jacet Rhamnus Atticæ pagus, ubi colitur Nemesis superbix & insolentiæ vindex, quæ & hinc dicitur Rhamnusia.

⁸ Nemesis. ⁹ Fretum hinc Bœotiam & Atticam, inde Euboeiam inf. interfluens, ponte à jugerum junctum. *Strecho de Negroponse*, septies die ac nocte refluxum eo impetu ut navigia reluctantibus ventis secum rapiat.

¹⁰ Portum Bœotix Græcorum contra Trojam conjuratione & mora classis Græcæ nobilem. ¹¹ In Epirum & Macedoniam contra Pompejum. ¹² Cum

civilis belli prosperos successus dñi pene everterunt, coorta seditione in exercitu.

¹³ Sive, quod militari ferocia per belli intermissione in ad Placentiam deferrescente, ad ocium & pacem inclinabant : sive quod stipendia auctiora peterent ad civile bellum majori precio operam venalem licèbantur.

Cæsaris exercitus (inquit Appianus) juxta Placentiam seditione edita, quod duntius in bello teneretur, Imperatorem coepit conclamare. Minas porro

quinque singulas olim pollicitas à Cæsare, quum Brundisii esset, instantius petebat. lib. 2 de civili bello. ¹⁴ Alii legunt, *vindicat*. Id est, asserere vult, missionem petit.

¹⁵ Seditionem per 10 annos in Gallicis bellis non fenserat, in civilibus aliquas. Sueton. in Cæs. 69. nunquam tamen alias neque majori cum periculo expertus est, quam lubrica & instabilis esset Imperatoris sedes, militaribus viris huc illuc parvo momento impulsis freti, à quibus

si destitutus fuerit, sibi que relictus, tum denique fatebitur non suo sed militum esse pugnaudum esse.

1 Orbatus,
 2 Astutus militibus.
 3 Neque clancularia erat conjuratio, sed aperta feditio.
 4 Non enim Cæsaris milites in imperio continuit, qui alios plerumque, metus, ne paucorum, qui gravatim ferunt tyranni iniustum imperium, conjuratio judicaretur: sed emanarunt jam in plurimos feditio, qui junctæ quasi nubone phalanges praefidentius loquitabantur:
 &
 4 Quod à multis peccatur, inopine fieri creditur.
 5 Has quæ sequuntur.
 6 Petimus missionem, Cæsar, eamque justam à civilium bellorum furore.
 7 Qui nos jugulent.

*Quam non è stabili, tremulo sed culmine cuncta
 Despiceret, staretque super turbantia fultus,
 Tot raptu¹ truncus manibus, gladioque relicto
 Patre suo, qui tot gentes in bella trahebat,
 Scit non esse duci strictos, sed militu, enses.
 2 Non parvum jam murmur erat, nec pectore tecto
 Ira latens: 3 nam qua dubias constringere mentes
 Causa solet, dum quisque pavet, quibus ipse timori est,
 Seque putat solum regnorum injusta gravari,
 Haud retinet. quippe ipsa metus exolverat audax
 Turba suos. 4 quidquid multis peccatur, inultum est.
 Effudere 5 minas: 6 Liceat discedere Cæsar
 A rabie scelerum, quaris terraque marique
 7 His ferrum jugulis, animasque effundere 8 viles
 Quolibet hoste paras: partem tibi Gallia nostris
 Eripuit: partem duris Hispania bellis:
 Pars jacet 9 Hæspetia: totoque exercitus orbe
 Te vincens perit. Terris sudisse cruorem
 Quid juvat Arctoïis, 10 Rhodano, Rhenoque subactis:
 Tot mihi pro bellis bellum civile dedisti.
 11 Cepimus expulso patria cum tecta Senatu,
 Quos hominum, vel quos licuit spoliare deorum?
 12 Imus in omne nefas, manibus, ferroque nocentes,
 Paupertate pii, finis quis quaritur armis?
 Quid satis est, si Roma parum? 13 Iam respice canos
 Invalidasque manus, & inanes cerne lacertos.
 14 Vfus abest vita: bellis consumpsimus avum.
 15 Ad mortem dimitte senes. 16 en improba vota:
 16 Non duro liceat morientia cespitate membra
 Ponere, 17 non anima galeam fugiente ferire,
 Atque 18 oculos moris clausuram querere dextram,
 Conjugis illabi lacrymis, 19 unigue paratum*

8 Nostras, apud te levi aut nullo precio habitas. 9 In Italia.
 10 Gallis & Germanis Rhodani Rhenique fl. accolis. 11 Capta Roma, neque ædes civium neque templa deorum nobis diripiendâ permittentur.
 12 Arguimur quidem propter arma nefaria & scelestas rapinas, impii, sed propter pauperatē, pii: illa tibi, hæc nobis.
 13 Optima vitæ pars nobis periit, bellis insumpta, necdum prospeximus secessum, aut quælivimus canis viaticum. 14 Vt domi moriamur.
 15 Ironice. Quantum est hoc votum? 16 Liceat tandem molliter requiescere, non duro solo usque in castris recumbere. 17 Non in pugna usque morientes ferire gal. an. su. Alii leg. glebam.
 18 Propinqui dextram, quæ oculos morientibus claudas, l. 3. v. 740. 19 In militia calum pluribus unus rogas erigitur.

Scire rogam. liceat morbo finire senectam.
 Sit prater gladios aliquod sub Casare satum.
 Quid, velut ignaros ad qua portenta paremur,
 Spe trahis? usque adeo soli crvilibus armis
 Nescimus cuius sceleris sit maxima merces?
 Nil actum est bellis, si nondum comperit istas
 Omnia posse manus. nec fas, nec vincula juris
 Hoc audere vetant. 3 Rheni mihi Casar in undis
 Dux erat, hic socius. 6 Facinus quos inquinat, aequat.
 Adde, quod ingrato meritorum iudice virtus
 Nostra perit. 7 quicquid gerimus, fortuna vocatur.
 Nos satum sciat esse suum. licet omne deorum
 Obsequium speres, 9 irato milite, Casar,
 Pax erit. Hac satum, totis discurrere castris
 Caeperat, infestoque ducem deposcere vultu.
 Sic eat, o Superi, 12 quando pietasque, fidesque
 Destituunt, moresque malos sperare relictum est;
 Finem civis factat discordia bello.
 Quem non ille ducem potuit terrere tumultus!
 Fata sed in praeceptis solitus demittere Casar,
 Fortunamque suam per summa pericula gaudens
 Exercere, 14 venit: nec dum deserviat ira,
 Expectat: medios properat tentare 13 furores.
 Non illis urbes, spoliandaque templa negasset,
 Tarpejamque loci sedem, 15 matresque Senatus,
 Passurasque infanda nurus. vult omnia Casar
 A se fava peti, vult praemia Martis amari:
 Militis indomiti tantum mens 19 sana timetur.
 Non pudet, heu Casar, soli tibi bella placere
 Iam 20 manibus damnata tui? hos ante pregebis

que similitudo poena committitur.

7 Qui fortunae suae, non virtuti nostrae praemia feliciter gesta fert recepta. 8 Facilem ut intelligat felicitatem suam a nobis pendere. 9 Et deserente te. 10 Non poteris bellum gerere.

11 Deos precatur poeta, ut discordiae & rebellionis huius interventu dirimatur bellum civile. 12 Vbi in duobus deficit pietas & fides in patriam & cives suos, speramus ad perfidiam & rebellionem militum finem civilis belli.

13 Non tamen Casarem. Qui (referente Suetonio) fecit ut celeriter ad officium redierint, nec tam indulgentia ducis quam celeritate. Non enim cessit unquam tumultuantibus, atque etiam obviam semper iit. 14 Quibus rebus (inquit Appianus) commotus Casar, ex Massilia Placentiam magna celeritate sollicitudineque pervenit, & ad milites adhuc dissidentes profectus, hunc in modum sari coepit. 15 Militum. 16 Neque enim rapinas raptusque suis negasset suo iudicio quod illa improbasset; sed quo militum animos horum amore & desiderio incitatos detineret. 17 Lib. 1. v. 196.

18 Matronas, & virgines stuprandas. 19 Pacem appetens, detestata bellum scelestum. 20 Militibus, iisque feris.

1 Non ferro usque.

2 Quasi vero nesciamus, quanta maneat milites praemia, qui vel scelesti sui ducis caede, bello civili finem imponunt. 3 Etiam ipsum ducem de medio tollere. 4 Neque enim tenemur iure sacramenti, quo minus hoc audeamus. 5 In bello quidem Gallico & Germanico datus est nobis dux: hoc suscepisti bellum sine imperio, nobis fretus, & quidni socii simus?

¹¹ Qui Brundisii erant, Antonius, Gabinius, Calenus, & Posthumus. ¹² Nacti Austrum naves solvunt, loquit Com. ¹³ de bello civili. ¹⁴ Remigum & Gubernatorum. ¹⁴ Agmine conjun-

ctas & æquales procedentes velis.

G 3

1 Sed ventus nocte remittens ordiæm turbavit.
 2 Sic grues, ubi à Strymone fl. Thraciæ hyemis frigus fugientes petunt Nilum tepidum, primo egressu expriunt volando literam Y vel A vel Δ: mox ventis attrita & disturbata glomerantur confusa.
 3 Y. Δ. A. vel alia figura quam prius referebant.
 4 Ventus qui est ær immittis.
 5 Sole oriente.
 6 Hæc aliter referuntur l. 3. Coen. de civili bell. Q. Coponius, qui Dyrrachii clas. si Rhodiæ præerat, uaves è portu educit, & cum jam remissiore vento nostris appropinquasset, idem Auster increbuit, nostrisque præsidio fuit. nisi hæc fortunæ beneficio, Dyrrachium prætervecti, nacti portum qui appellatur Nymphæum ultra Lissum M. pass. ita, eo naves introduxerant: qui portus ab Africo tegebatur, ab Austro non erat tutus: incredibili mox felicitate Auster in Africum se vertit.
 7 Non expõsit Aqu. Vernm καταχεκικὸς. Proprie enim Austris patet Nymphæum, vel, portum in quem nullæ naves appellant flante Aquilose.
 8 Ad belli vires firmas.
 9 Conjugem Corneliam, lib. 2. Y. 339. quam neque satis comode apud se retinere, neque citra molestiam à se segregare posset.
 10 Mutuo amore convexas & ex æquo amantes, faciles, pias.
 11 Amor conjugalis.
 12 Suspensum (uti de Æneæ suo Virg. 2. Æn.) & pariter comisque onerique timentem - quem dudum non ulla, &c.
 13 Solam uxorem volebas poni extra tela & aleam fortunæ, cui obnoxia erat Roma & totus Romæ subjectus mundus.
 14 Quibus conjugem verbis aggreditur, & quæ prima exordia sumat, nescit. interea donec dentur tentandi aditus & molliissima sancti tempora, mora, qua licet, dolorem prorogat.
 15 In diem proua, fœniquæ experte.

Ut terrestre, coit, confertis puppibus, agmen:

1 *Sed nox sava modum venti, velique tenorem Eripuit nautis, excussitque ordine puppes.*

2 *Strymona sic gelidum, bruma pellente, relinquunt*

Potura te, Nile, grues, primoque volatu Effingunt varias, casu monstrante, figuras.

Mox ubi percussit tensas Notus altior alas: Confusos temere immista glomerantur in orbes, Et turbat: perit dispersis 3 litera penni.

Cum primum redeunte die 4 violentior ær Puppibus incubuit, 5 Phæbeo concitus ortu,

6 Prætereunt frustra tentati litora Lissi, Nymphaumque tenent, 7 nudas Aquilonibus unda. Succedens Borea jam portum fecerat Auster.

Vndique collatis 8 in robur Caesaris armis, Summa videns duri Magnus discrimina Marti, Iam castris instare suis: seponere tutum

9 Conjugii decrevit 9 onus, Læsoque remotam Te procul à saxi strepitu Cornelia belli

Oculere. Heu quantum mentes dominatur in 10 aquas 11 Iusta Venus? dubium, 12 trepidumque ad prælia,

Magne,

Te quoque fecit Amor: 13 quod nolles stare sub icu Fortuna, quo mundus erat, Romanaque fata,

Conjux sola fuit. 14 mentem jam verba paratam Destituunt, blandaque iuvat ventura trahentem Indulgere mora, & tempus subducere fais.

Nocte sub 15 extrema, pulso torpore quietis,

Dum fovet amplexu gravidum Cornelia curis
 1 *Pectus, & averſi petit oscula grata mariti :*
Humentes mirata genas, percussa que 2 *caco*
Vulnere, non audet flentem deprendere Magnum.
Ille gemens, 3 *Non nunc, vita mihi dulcior, inquit,*
Cum tadet vita, lato sed tempore, conjux,
Venit 4 *mœſta dies, & quam nimiumque parumque*
Distulimus : jam totus adest in prælia Caſar.
Cedendum est bellis : quorum tibi tuſa latebra
Lesbos erit, deſiſte preces tentare : 5 negavi
Iam mihi : 6 *non longos à me patiere reſſus.*
 7 *Præcipites aderunt caſus : properante ruina,*
Summa cadunt. 8 ſatis eſt audiviſſe pericula Magni.
 9 *Mæque tuus decepit amor, civilia bella*
Si ſpectare poteſ. nam me jam Marte parato
Securos cepiſſe pudet cum conjuge ſonnos,
Eque tuo, miſerum quatiens cum clafſica mundum,
Surrexiſſe ſinu. vereor civilibus armis
Pompejum nullo triſtem committere damno.
 10 *Tutior interea populis, & tutior omni*
Rege late, 11 *poſitamque procul fortuna mariti*
Non tota te mole premat. ſi numina noſtras
Impulerint acies, maneat pars optima Magni ;
Sitque mihi, ſi ſua premant, victorque cruentus,
Quo fugiſſe velim. 12 Vix tantum infirma dolorem
Cepit, & attonito ceſſerunt pectore ſenſus.
Tandem ut vox mœſtaſ potuiſſet proferre querelaſ :
 13 *Niſ mihi de fatiſ thalami, Superiſque relictum eſt*
Magne, queri : noſtros non rumpit ſunus amores,

1 Pompeji.
 2 Efflicto amore & ſolitudine de amovenda uxore, quam animo verſabat, nec dum cum illa communicaverat.

3 O omniſ fortunæ mihi chara comes, neque læte minus olim quam præſentis adverſæ.

4 Quia amovearis in tutiorem aliquem & commodiorem locum, quam nimum diſtull quod ad tuam incolunitatem & Reip. petendæ comoditatem ſpectat, parum quod ad amorem noſtrum.

5 Ego id quod jucundiſſimum animo meo eſt, mihi negavi: tui ſcilicet præſentiam, ut idem in me faciaſ.

6 *Agel procul abſt.*

6 Non longe tamen diſtabis. Cum Lesbos aliqui inſ. marii Agel procul abſt.
 7 In præcipiti, & quæ cito diſcernuntur: namque ſuſcipium conſequuntur reſ repente in ruinaſ vergunt. 8 Sufficiaſ tibi audiviſſe mea pericula: non etiam vidiffi.

9 Quod quamvis tu pro tuo in me amore, te exitus hujus civilis belli comitem & ſpectatricem præſtare poteſ: ego tamen hoc tuo amore deceptus non rationem habuiſſe mei videor, cui pudori ſit, in publica calamitate, cum cæteri omnes ſibi, conjugibus & liberis interdixerint, non pari mœroriſ & damnaſ conditione uti.

10 Regibus iſſ & populis qui noſtra caſtra & fortunam ſequuntur, ſecurius latebis & tutius. 11 Si mihi in prællo ſit occumbendum, levior ad te ſemotum quam præſentem venturum eſt dolor. ſi ſua acie ſit fugiendum, te meliori mei parte incoluni, erit quo fugere velim.

12 Cornelia vix ſuſtinere valens dolorem ex hiſ mariti verbis conceptum, prænum ſtupuit, mox ubi ad ſe rediit, ſic effata eſt.

13 Non eſt cur incuſem deoſ aut fata, quod conjugium noſtrum morte diſſolverint: ſed te, qui me amandas & quam per divorcium diſmittiſ, eo quod cæteri omnes per belli hujus civilis tempuſ ſibi uxoriſ interdiſſerint, modo

1 Quasi vero
quia iam totus
adest in praelia
Cæsar (modo
v. 742.) non
oporteat illi
gratificari fa-
cto divortio.
2 Respondet
ad illa v. 743.
tibi iuta lace-
bra Lesbos est.
& v. 754.
Turior int.
3 Nonne, ex
quo conjugium
inivimus, com-
munein etiam
salutis atque
periculi inivi-
mus sortem?
4 Me seno-
tam cogis esse
magis sollici-
tam & misere-
ram, quam si
bello aut etiam
ruinæ, quam
timere vidē-
ris, interesset:
ipse interim
securus & in
utramque
paratus.
5 Namque,
cum mihi ma-
xime in votis
sit unâ tecum
mori, potius

quam misera & malis oboxia superesse tibi: tu me, sine te vivere, sine te
mori cogis. quæ cum malum te ad manes comitari quam sequi, cogar ta-
men tandem tibi superesse, quoad tristis (quod omen avertat dii) tuæ cardis
ad me in Lesbou fama pervenerit. 6 Assuefacis me tanto dolori
ferendo, quantum metuo ut perferre possim, ne lutea exanimet.
7 Quod si vota mea dii exaudierint, ut vincas; lætus victoriæ tuæ nuncios
ad me ultimus perveniet sollicitam ultra tempus & moestam. 8 Lesbou
læsula aspera rupibus. 9 Victoriæ nuncium. 10 Neque ta-
men lætus ille nuncius me liberabit metu & periculo, ut quæ in locum præ-
fidii nullis munus semora, ab hoste vel fugiente possim intercipi.
11 Non poterit latere hostem recessus mei atque latebræ locus.
12 Mitylene Lesbi urbs est. 13 Si tibi ultima salus quærenda sit
fugâ per mare, quemlibet potius locum pete quam Lesbou; namque huc te
insequantur hostes, notam mei secosus sedem. 14 Cruciatu doloris è
discessu concepti.

*Nec diri fax summa rogi: sed sorte frequenti,
Plebejaque nimis careo dimissa marito.
1 Hostis ad adventum rumpamus fœdera tædæ:
Placemus Socerum. Sic est tibi cognita, Magnæ,
Nostra fides? 2 credisne aliquid mihi tutius esse.
Quam tibi? 3 nonne olim casu pendemus ab uno?
4 Fulminibus me save jubes, tantaque ruina
Absentem præstare caput? 5 securâ videtur
Sors tibi, cum facias etiam nunc vota, perisse.
Ut nolim servire malis: sed morte parata,
Te sequar ad manes. seriat dum mœstia remotas
Fama procul terras, vivam tibi nempe superstes.
Adde, quod 6 assuefacis fati, tantumque dolorem
Crudelis me ferre doces. ignosce fatenti:
Possè pati, timeo. 7 quod si sunt vota, deisque
Audior, eventus rerum sciet ultima conjux.
Sollicitam 8 rupes jam te victore tenebunt,
Et puppim, qua 9 fata feret tam 9 lata, timebo.
10 Nec solvent audita metus mihi prospera belli,
Cum vacuis projecta locis à Casare possim
Vel fugiente capti. 11 notescent litora clari
Nominis auxilio, posttaque ibi conjuge Magni.
Quis 12 Mitylenas poterit nescire latobras?
Hoc precor extremum. 13 si nil tibi vilita relinquent
Tutus arma fuga, cum te commiseris undis.
Quolibet infaustam potius despecte carinam:
Litoribus querere meis. Sic fata, relictiis
Exiit stratis amens, 14 tormentaque nulla
Vult differre mora. non mœsti pectora Magni
Sustinet amplexu dulci, non colla tenere:*

¹ *Extremusque perit tam longi fructus amoris :*
² *Præcipitantque suos luctus : neuterque recedens*
Sustinuit dixisse vale, vitamque per omnem
Nulla fuit tam mæsta dies. nam cætera damna
Durata jam mente malis, firmaque tulerunt.
³ *Labitur infelix. manibusque excepta suorum*
Fertur ad aquoreas, ac se prosternit, ⁴ arenas,
Litoraque ipsa ⁵ tonet, tandemque illata carina est.
⁶ *Non sic infelix patriam, portusque reliquit*
Hesperios, sævi premerent cum Cæsaris arma.
Fida comes Magni vadis duce sola relicto,
Pompejumque fugis. qua nox tibi proxima venit,
Insomnis. ⁷ viduo tum primum frigida lecto,
Atque insueta quies ⁷ uni, nudumque marito
Non herente latus. ⁸ somno quam sæpe gravata
Deceptis vacuum manibus complexa cubile est,
Atque oblata fuga quasvuit nocte maritum !
Nam, ⁹ quamvis flamma tacitas urente medullas,
Non juvat in toto corpus jactare cubili :
Servatur pars illa tori. ¹⁰ caruisse timebat
Pompejo : sed non Superi tam læta parabant.
Instabat, misera Magnum qua redderet, hora.

¹ Ultimus complexus.
² Præcipitantes accelerat, abrupunt.
³ Exanimata cadit, avas Ægra fugit, suscipimus jamna.
⁴ In quibus relinquendus erat vir.
⁵ Quoad licet, occupat, ægre avulsa.
⁶ Non tanto cum dolore fugiebas patriam urgente hoste, tuta scilicet viro comite : à quo jam discedens videris tibi deserta, sola & meliori parte orbata.
⁷ Cubanti folli.
⁸ Movet atque lacertos Per

somnum, corpusque petens amplectitur anas Aleyone. Ovid. 11 Metamorph.
⁹ Licet ardentem amat, non tamen impatiens vacuo sua corpora lecto versat : sed pudibunda suam quasi præsentem viro adservat lecti partem.
¹⁰ Metuebat illa solum ne Pompejum diutino bello detentum desideraret, de absentia illius sollicita : sed tristius quippiam parabant fata. recepit quippe illum cæcis quam expectabat, victum scilicet profugum, & brevi coram interficiendum.

L I B E R V I.

Postquam castra duces, ² pugna jam mente propinquis,
 Imposuere jugis, admotaque comminus arma,

¹ E castris ad Aspsium fluv. p. 461. lib. 5. uterque exercitum educer-

rat eodem tempore ; Pompejus noctu, ut Antonium interciperet ; Cæsar interdum, ut se cum Antonio conjungeret. Antonius de Pompeji insidiis certior per Græcos factus, castris se continuit, donec altero die ad eum Cæsar perveniret. Pompejus ne duobus exercitibus circumluderetur, discessit & ad Asparagum Dyrrhachinorum pervenit, atque ibi castra posuit. eodem & Cæsar cum exercitu profectus, juxta eum castra posuit. ² Cæsar quidem rerum loquia & necessitate pressus, conficiendæ rei cupidus ostentare aciem, provocare : Pompejus commatu abundans, adversus hæc necesse moras, tergiver-

sasi, L. Florus,

1 Metaph. ab arena sumpta. dii spectatores par gladiatorum, Cæs. & Pomp. Sic infra y. 191, & l. 7. y. 699. & Seneca lib. cur bonis viris mala fiant. Ecce spectaculum dignum ad quod respiciat insensu operi suo Deus. Ecce per Deo dignum; vir fortis cum mala fortuna compositus.

2 Non operæ precium ducit urbes Græcas expugnare, Pompejo soli intentus, victoriz de illo iohians.

3 Quæ illum Dominum imponat victis genibus non

1 Parque suum videre dei, 2 capere omnia Cæsar Mœnia Grajorum spernit. Martemque secundum lam nisi de genero fati debere recusat.

3 Funestam mundo votis petit omnibus horam, In 4 casum qua cuncta ferat. placet 5 alea fati

6 Alterutrum mensura caput. 7 ter collibus omneis

Explicuit turmas, & signa minantia pugnam,

8 Testatus nunquam Lætia se deesse ruina.

Vi videt ad nullos exciri posse tumultus

In pugnam generum, sed clauso fidere vally.

Signa movet, tectisque via dumosa per arva

9 Dyrrachii præceptis rapiendas tendit ad arces.

10 Hoc iter aquoreo præcepit limite Magnus,

Quemque vocat collem 11 Taulantius incola Petram,

12 Insedit castris, 13 Ephyreaque mœnia servat,

14 Defendens tutam vel solū turribus urbem.

15 Non opus hanc veterum, nec moles structa tuetur,

Humanusque labor, facilis, licet ardua tollat,

Cedere vel bellis, vel cuncta moventibus annis.

Sed munimen habet nullo quassabile ferro,

Naturam, sedemque loci. 16 nam clausa profundo

Undique præcipiti, scopulisque 17 vomentibus aquor,

Exiguo debet, quod non est insula, colli.

sive magna humani generis clade.

4. Dubium eventum, ruinam.

5. Casus & periculum. Horat. periculosa plenum opus aleæ. lib. 2. ode 1.

6. Pompeji vel Cæsaris. 7. Postridie, eductis omnibus copiis, acie instructa, desertantem potestatem Pompejo fecit. ubi eum suis locis se tenere animadvertit; postero die magno circuitu, difficili angustoque itinere, Dyrrachium profectus est, sperans Pompejum aut Dyrrachium compelli, aut ab eo intercludi posse, quod omnem comineatum totiusque belli apparatus eo contulisset, &c. Comment. 3 Cæsaris.

8. Professus se promptum paratūque ad evertendum Rom. imperium.

9. Ita Florus: Expugnatio- ne, inquit, Dyrrachii irrita, quippe quam vel situs inexpugnabilem faceret.

10. Pompejus primo ignoravit Cæsaris consilium, mox per exploratores certior factus, castra movit, expeditiori juxta litus via se antevertere eum posse sperans. Cæsar vero parvo noctis itinere intermisso, Pompejum ante- venit.

11. Taulantii, populi Macedoniæ, qui Dyrrachii & Apolloniæ agras quondam tenuerunt. Strabo lib. 7. Thucyd. 1.

12. Pompejus interclusus Dyrrachio, edito loco, qui Petra appellatur, castra communit.

13. Dyrrachium, à Phalio Corinthio conditore. Thucyd. Strabo l. 6. & 7.

Nec non à Coreyrensisibus colonis ejus, qui & à Corinthiis oriundi fuerunt. Corinthus autem Ephyra dicta erat ab Ephyra nymphea, Oceani & Tethyos filia, infra y. 57.

14. Etiam sine exercitu satis suanatura munira.

15. Nequæ tam propter moenia, quæ plerumque in arduum quantumvis hominum manibus extructa, aut bello aut vetustate destruntur, quam naturam & sedem loci.

16. Nam in rupibus sitam & mari undique cinctam exi- guum colli, quo continenti jugium, eam facit peninsulam.

17. Allios flatus rejicientibus.

Terribiles ratibus sustentant mœnia cautes,
 Ioniumque furens rapido curæ tollitur austro,
 Tempia, domosque quatit, ¹ spumatque in culmina
 pontus.

Hinc avidam belli rapuit spes improba mentem
 Casaris, ut vastis ² diffusum collibus hostem
 Cingeret ignarum, ³ ducto procul aggere valli.
 Metitur terras oculis: nec cespitem tantum
 Contentus fragili subitos attollere muros,

⁴ Ingentes cautes, avulsaque saxa ⁵ metallis,
 Græcorumque domos, direptaque mœnia transfert.
 Extruitur, quod non ⁶ aries impellere savus,
 Quod non ulla queat violenti machina belli.

⁷ Franguntur montes, planumque per ardua Casar
 Ducit opus: ⁸ pandit fossas, turritaque summis
 Disponit castella jugis, ⁹ magnoque recessu
 Amplexus fines, saltus, nomorosaque tesqua,
 Et silvas, vastaque feras ⁹ indagine claudit.
 Non desunt campi, ¹⁰ non desunt pabula Magno,
 Castraque Casares circumdatus aggere mutat.

Flumina tot cursus illic exorta fatigant,
 Illic mersa suos: operumque ut summa revisat,
 Defessus Casar mediis intermanet agris.

¹¹ Nunc vetus Iliacos attollat fabula muros,
 Adscribatque deis: ¹² fragili circumdata testa
 Mœnia mirentur refugii Babylonia Parthi.
 Et ¹³ quantum Tigris, quantum celer ambit Orontes,
 Assyriis quantum populis telluris Eoa
 Sufficit in regnum, subitum, bellique tumultu

¹ Spumas spargit per summa tecta.

² Lego diffusum. Casar enim (quo sui minori cum periculo undique frumentum commeatumque superportare possent, coërecto Pompeji equitatu, simul ut Pompejum pabulatione prohiberet, auctoritatemque ejus apud exteras nationes minueret) editos atque asperos colles circa Pompeji castra præditiis tenuit, castellaque ibi communiuit. Inde, ut loci conjuncte natura ferrebat, ex castello in castellum perducta munitione circumvallare Pompejum instituit.

- ³ Producto è colle in collem. ⁴ Sed ing. ca. ⁵ Fodinis, venis lapidum. ⁶ De ariete, vide quæ ad *Y.* 490. lib. 3. ⁷ Editioribus locis dejectis, atque humilibus exaltatis æquavit opus. ⁸ Præ muris ducit latas fossas. *truxphes.* ⁹ XXV mille pass. ambitu aggeris. *Metaph.* à venatoribus sumpta. ¹⁰ Tantum erat septi spatium, quantum sufficeret Pompejo ad pabula, ad castra subinde mutanda, ut quod multorum fluminum fontes, cursus, & ostia conlueret, & quantum lassitudine conficeret Casarem opera lustraturum. ¹¹ Fabulosa jam & vana antiquitas jactet muros Trojæ XL M pass. in circuitu. quos Apollo & Neptunus, à Laomedonte conducti, struxisse feruntur. *Ironice.* ¹² Parthi, simulata fuga præliari soliti, pro miraculo habeant Babylonis muros è latere cocto, latos L cubitos, altos quadruplo amplius, in circuitu habentes stadia CCC L. *Ironice.* ¹³ Quantum areæ occupavit Babylon, quam alluit Euphrates, qui in Tigrii funditur; quantum Antiochia, quam interluit Orontes; quantum Nicos regni sedes & urbs regia Assyriæ; tantum raptim clausit Casar agere suo.

- 1 Tanta Nini, Laomedontis, Semiramidis, Seleuci opera visa sunt ab hoc Cæsariano. vel, hi tanti Cæsaris labores, & ipsi brevi incalium cedere prostrigato Cæsare.
- 2 Ha possent & Athos capere dextra, Et nasium pelagus generans Helles Interscludere posse non nascenti. Via Domitiana Papii lib. 4. Sylvarum.
- 3 Libro 2. §. 674.
- 4 Iactis in mare molibus obstruere Hellespontium, quem Phryxus transfretavit. lib. 4. §. 56.
- 5 His parvum, Lechia, nisi ventarent, Inous fresa misicisset Isthmos. Papii. lib. 4. Sylv. h. e. perfosso Isthmo l. 1. §. 101. Peloponneso abrumpere Ephyren. id est Corinthum, supra §. 17. 6 Pervio facto Isthmo Corinthiaco, ne opus sit longa & periculosa navigatione circumire Maleam, promontorium Laconiae, per 50 millia pass. in mare protentum.
- 7 Clauditur à Cæsare campus, area & quasi arena belli, intra quam septi sunt, qui sanguinem effundent in variis orbis partibus: alii in campo Pharsalico, in Africa alii.
- 8 Aestuat infelix angusto limine mundi. Iuven. de Alexandro. Satyr. 10. 9 Spatio. Translat. ab arena theatri, in qua committuntur gladiatores.
- 10 Vt qui in mediterraneo Siciliae degit, non audit latratum Scyllae & Charybdis in freto Siculo contra Pelorum promont.
- 11 Vt qui in Britannia inf. versus Caledonios, Scotos, degunt, non audiunt æstus maris sævientis adversus litus Rurupinum in Cantio.
- 12 Pompejus neque à mari neque Dyrhachio discedere volebat: quam plurimos itaque colles occupavit, & quam latissimas regiones praesidiis tenebat, Cæsarique copias quam maxime posset, distinebat.
- 13 Supra §. 16. 14 Quantum Aricia oppidum Latii prope Albam, distat à Roma, & quanto spatio ostium Tiberidis à Roma distat, recto limite non flexo ad cursus fluvii, h. e. X I I I I Mille pass.
- 15 Ab Oreste è Taurica translata, lib. 3. §. 81. 16 Ibidem ad §. 86. lib. 3. 17 Neutra ex parte datur signum pugnae. Pompejus (inquit Cæs. comment. 3.) totis copiis dimicare non constituerat, tamen suis locis sagittarios funditoresque mittebat, qui multos è nostris vulnerabant, &c.
- Raptum clausit opus. 1 tanti periete labores.*
- 2 Tot potuere manus adjungere 3 Seston Abydo.*
- 4 Ingestoque solo Phryxum elidere pontum.*
- 5 Aut Pelopis latis Ephyren abrumpere regnis.*
- 6 Et ratibus longa flexus donare Malea.*
- Aut aliquem mundi, quamvis Natura negasset,*
- In melius mutare locum. 7 coit area belli:*
- Hic aliter sanguis terras fluxurus in omneis.*
- Hic & Thessalica clades, Libyaeque tenentur.*
- 8 Aestuat angusta rabies civilis 9 arena.*
- Prima quidem surgens operum structura fessellit*
- Pompejum: 10 veluti media qui tutus in arvis*
- Sicania rapidum nescit latrare Pelorum:*
- 11 Aut vaga cum Tethys, Rutupinaque litora fervent.*
- Vnda Caledonios fallit turbata Britannos.*
- Vt primum vasto septas videt aggere terras:*
- 12 Ipse quoque à tuta deducens agmina 13 Petra*
- Diversis spargit tumulis, ut Cæsaris arma*
- Laxet, & effuso claudentem milite tendat.*
- Ac tantum septi vallo sibi vendicat agri,*
- 14 Parva 15 Mycenæ quantum sacrata Diana*
- Distat ab excelsa nemoralis 16 Aricia Roma:*
- Quoque modo Roma praelapsus mœnia Tybris*
- In mare descendit, si nusquam torqueat amnem.*
- 17 Classica nulla sonant, injussaque tela vagantur:*

Et fit *jape* ¹ nefas, jaculum ² tentante lacerto.
 3 Major cura duces miscendus abstrahit armis.
 4 Pompejum exhausta prabenda ad pabula terra,
 Qua currens obtrivit eques, gradibusque citatis
 Vngula ⁵ frondentem discussit cornea campum.
 Belliger attonsis sonipes defessus in arvis,
 Advectos ⁶ cum plena ferant praecepia culmos,
 Ore ⁷ novas poscens moribundus labitur herbas,
 8 Et tremulo medios abrumpit poplite gyros.
 Corpora tum solvit tabes, & ⁹ digerit artus.
 10 Traxit ¹¹ iners caelum fluida contagia pestis
 Obscuram in nubem. tali ¹² spiramine ¹³ Nefis
 Emittit ¹⁴ Stygium nebulosis aëra saxis,
 15 Antraque letiferi rabiem Typhonis anhelant.
 Inde labant populi, caeloque paratior ¹⁶ unda
 Omne pati virus ¹⁷ duravit viscera caeno.
 Iam ¹⁸ riget atra cutis, ¹⁹ distentaque lumina rumpit:
 20 Igneaque in vultus, & ²¹ sacro fervida morbo
 Pestis abit, ²² fessumque caput se ferre recusat.
 Iam magis atque magis ²³ praeceps agit omnia fatum:
 24 Nec medici dirimunt morbi vitamque necemque:
 Sed languor cum morse venit, ²⁵ turbataque cadentum
 Aucta lues, dum mista jacent incondita vivis
 Corpora: nam miseros ultra tentoria cives

1 Cædes extra belli copiam.
 2 In incertum mittente præ studio exercendi.
 3 Pompejum lues, Caesarem famem. *Acrior illum Cura admat.* Virgil. 3 Georg.
 4 Erat summa imopia pabuli in castris Pompeji, adeo ut foliis ex arboribus strictis, & teneris arundinum radicibus contusis equos alerent: frumenta enim quæ fuerant intra munitiones lata, consumpserant: & cogebantur Corcyra atque Acarnania, longo interjecto navigationis spatio, pabulum

supportare. 3 Com. civilis belli. 5 Herbis nudavit carpos.
 6 Cl. Grotius legit *dum*, hac mente, dum expectatur pabulum ex Acarnania & Corcyra. Ego retineo *cum*. ut sit imitatio Ovid. 7 Met. *Acer equus quondam, &c.* Ad praecepia genuit morbo motuque interi. quod & ipse debet Virg. 3 Georg. Et dulces animas plena ad praecepia reddunt. 7 Allunde advectas, vel è radicibus contusa. ut modo dictum. 8 *Segnior cursu sonipes in ipso Concidit gyro, dominumque promo Prodidit armo.* Oed. Sen. 1 chor. 9 Dissipat, consumit. 10 Principio caelum sissima caligine terris Praesit: & ignavos inclufus nubibus aëtas. Ovid. 7 Met. Sed gravis & ater incubat terris vapor, &c. Sen. Oed. 11 Non motus. 12 Exhalatione. 13 Inf. in Campano litore, quam agnoscit Plin. l. 19. c. 8. Cic. ad Attic. saepius, & Statius 3 Sylv. alii leg. *Nefis*, & de Ozolis intelligunt. 14 Tetrum, lethalem, infernum. 15 Speluncae Inarimes insulæ impostæ Typhæo, qui sulfureos atque pestiferos vapores emittere dicitur. l. 5. V. 101. & Meia l. 1. c. 13. 16 *Constat & in fontes vitium venisse lacusque.* 17 Obstruxit alvum. viscera torrentur primo. 18 *Aret Pellis, & ad tactum tractanti dura resistit.* 19 Tum vero ardentes oculi. & tumet distente sanguine genæ. 20 *Flammaeque latentis Indicius rubor est, & ductus anhelitus igni, &c.* & agro Rubor in vultu, &c. Seu. Oed. 21 Excandanda peste vel sacro igne, Erysiela, quem, quia è ferenti sanguine natus sit, pestis comitem addit Cels. l. 5. 22 Præ gravedine se non sustinet. 23 Subita mors. 24 Vix morbo interveniente vitæ neclique. 25 Cæsar ex perfugis cognoscebat equos eorum vix tolerari, &c. ipsos valetudine non bona, cum angustiis loci, & odore tetro & multitudine cadaverum, tum, &c. 3 Com.

1 Levarunt tamen pestem hanc ventus salutaris & omnium rerum copia navibus advecta.

2 Cæsar autem non peste ex aëris aut aquæ contagione, sed frumenti inopia laborabat.

3 Nondum spicas fundentibus, nedum inaturefcentibus.

4 Videt milites herbas, gramine, foliis vesici.

5 Lethales.

6 Radicis genus inventum est, quod appellatur Chara, ex hoc effectus admisso lacte panes, cum in colloquiis Pompeiani iis finem obiectarent, vulgo in eos iaciebant. quo viso Pompejus, sibi cum fetis rem esse dixit, &c. Cæf. com. 3. & Suet.

in Cæf. c. 68. & Plut. 7 Quæcunque poterant cognere.

8 Asperitate esulentorum exulceratas plebii radere vera. Pers. 3 Sat. Audiebantur (inquit Cæsar lib. 3. de bel. civ.) crebre militum voces, prius se cottice ex arboribus victuros, quam Pompejum è manibus dimissuros.

9 Comæarum abundantem. 10 Equi macie corrupti, conandum sibi aliquod Pompejus de eruptione existimavit, cujus rei expeditionem dedere illi facultatem Antobroges duo fratres, qui à Cæsare transfugerunt, &c. Com. 3 de bel. civ. prius autem facta erat uno die sex prælia ad Dyrrhachium & munitiones, ubi Scæva tam strenue rem gessit.

11 Non clam & noctu, sed palam & interdiu, per vallum & munitiones Cæsaris erumpere parat.

12 Munitio (inquit Appianus) quam plurima tolerante, ferunt quippe clypeo ejus X X supra C inhaesisse sagittas, &c. Cæsar enim Scævam vocat ut nosler, & Florus. neque tamen Munitium Scævam dictum arbitror, ut volunt quidam: Cassium Scævam appellat Suetonius, & M. Cæsum Scævam Val. Max. l. 3. c. 2.

13 Vallum. 14 Aquilæ figura. 15 Quem quisque locum cepisset, ex eo non cessit, in eo cecidit fortiter pugnavit.

Spargere funis erat. 1 tamen hos minuere labores

A tergo pelagus, pulsusque Aquilonibus aër,
Litoraque, & plena peregrina messe carina.

2 At liber terra spatiosus collibus hostis

Aère non pigro, nec inertibus angitur undis:

Sed patitur favam, veluti circumdatus arcta

Obsidione, famem. 3 nondum surgentibus altam

In segetem culmis. 4 cernit miserabile vulgus

In pecudum cecidisse cibos, & carpere dumos,

Et morsu spoliare nemus, & letumque minanteis

Vellere ab ignotis & dubias radicibus herbas:

7 Qua mollire queunt flammâ, qua frangere morsu,

Quaque per abrasas utero demittere fauces,

Plurimaque humani antehac incognita mensis

Diripiens miles, 9 saturum tamen obsidet hostem.

10 Ut primum libuit ruptis evadere claustris

Pompejo, cunctasque sibi permittere terras:

11 Non obscura petit latebrosa tempora noctis,

Et raptum furto soceri cessantibus armis

Dedignatur iter: latè exire ruinas

Quarit, & impulso turres confringere vallo,

Perque omnes gladios, & qua via cade paranda est.

Opportuna tamen valli pars visa propinqui,

Quam 12 Minuti castella vocant, & confraga densis:

Arboribus dumeta tegunt, huc pulvere nullo

Proditus agmen agit, subitusque ad 13 mania venit.

Tot simul è campis Latia fulsere 14 volucres:

Tot cacinare tuba. ne quid victoria ferro

Deberet, pavor attonitos confecerat hostes.

Quod solum valuit virtus, 15 jacuere perempti.

Debuerant quo stare loco : qui vulnera ¹ ferrent
 Iam deerant, ² nimbusque ferens tot tela ³ peribat.
 Tum ⁴ piceos voluunt immissa lampadis ignes :
 Tum quassa nutant turres, lapsumque minantur.
⁵ Roborū impactū crebros gemit agger ad iētus.
 Iam Pompejana celsi super ardua valli
 Exierant Aquilae ; jam ⁶ mundi iura petebant.
 Quem non mille simul turmis, nec ⁷ Casare toto
 Auferret Fortuna locum, ⁸ victoribus unus
 Eripuit, vetuitque capi, seque arma tenente,
 Ac nondum strato, Magnum vicisse negavit.
 Scava viro nomen : ⁹ castrorum in plebe merebat
 Ante seras Rhodani gentes : ¹⁰ ibi sanguine multo
 Promotus Latiam longo gerit ¹¹ ordine vitem.
 Pronus ad omne nefas, & qui nesciret, in armis
 Quam magnum virtus crimen civilibus esset.
 Hic ubi quarentes socios jam Marte relicto
¹² Tuta fuga cernit ; Quo vos pavor, inquit, abegit
 Impius, & ¹³ cunctū ignotus Casaris armis ?
 O famuli turpes, ¹⁴ servum pecus, absque cruore
 Terga datus morti ? ¹⁵ cumulo vos deesse virorum
 Non pudet, & bustis, interque cadavera quari ?
¹⁶ Non ira saltem juvenes, pietate remota,
 Stabitis ? ¹⁷ è cunctis per quos erumperet hostis,
 Nos sumus electi, non parvo sanguine Magni
 Ista dies ierit. ¹⁸ peterem felicior umbram
 Casaris in vultu, testem hunc Fortuna negavit :
 Pompejo laudante cadam, ¹⁹ confringite tela
 Pectoris incursum, jugulisque retundite ferrum.
²⁰ Iam longinqua petit pulvis, sonitusque ruina,
 Securasque fragor concussit Casaris aures.
 Vincimus o socii ; veniet qui vendicet arces,
 Dum morimur. Movit tantum vox illa furorem,
 Quantum non primo succendunt classica cantu :

¹ Accipere. ² Metaph. tela iustar grandinis ræntia. ³ Casus dudum omnibus Cæsariis. ⁴ Sagittas & faces incendiarias. lib. 3. v. 672. stupam picaram. ⁵ Arietis. l. 3. v. 490. ⁶ Mundum in libertatem è tyrannide asferturæ. ⁷ Totis Cæsaris copiis & viribus. ⁸ Pompejanis jam pene victoribus eripuit victoriam. ⁹ Gregarius meruit miles ante bellum Gallicum. ¹⁰ - In eo ad Centurionis dignitatem elevatus est. vide Val. Max. l. 2. c. 2. cuius iugis est vitis, quam ad castigandos milites gestabat Centurio. Plinius lib. 14. cap. 1. Inven. 8 Satyr. & 14. supra v. 194. Mart. lib. 10. ep. 26. ¹¹ Militum centuriam. ¹² Loca & viam qua tuti fugerent. ¹³ In nullo Casaris bello hætenus notus. ¹⁴ O imitatorum servum pecus, inquit Horat. ¹⁵ Annon vos pudet non mortem oppetere cum fortibus viris ? ¹⁶ Si nulla vos pietas in ducem retineat, sistat vos tamen ira & indignatio, namque. ¹⁷ - Nos visi sumus hostibus maxime idonei & imbelles, per quos erumperent, verum non impune ferent. ¹⁸ Felicius me mori existimarem, si occumbere licuisset Cæsare inspiciente : hoc non contigit, ita me geram, ut virtus mea vel ab hoste laudetur. ¹⁹ Irruite in tela hostium, pectore & jugulo. ²⁰ Pulvis iste & fragor belli Cæsarem dudum inscium sistet huc mox cum subsidiis.

1 An virtus numero ho-
stium obruta &
iniquo loco
depressa posset
aliquid an-
plius dare
quam mortem;
gloriamoe an
victoriam?
2 Suorum ca-
daveribus, te-
lorum saxo-
rumque utitur
adversus ho-
stes.
3 Velle se
præcipitem in
illos demitte-
re.
4 Hostium.
5 Ascendantium
manus prehea-
dentes valli
summa.
6 Galea.
7 Scruppa pi-
cata, face.
8 Fossam com-
pleverunt, val-
lo vel castelli
muro æquata
cadaverū frue.
9 Ea celeritate
insiluit su-
per cadaverum
fruem, qua
Pardus solet
in venabulo-
rum æciem.
10 Cuneus
proprie est
multitudo pe-
ditum cuneum
representans,
quæ juncta cum acie primum angustior, deinde latior procedit ad ordines ho-
stium distinguendos.
11 Omnibus copulis, adversus quas stetit, oppressus
nodi que.
12 Obrusus cæde gelatoque sanguine perdidit usum & ossi-
cium ensis.
13 Perdidit usum gladii, id est, non secuit, sed fregit.
14 Multitudo hostium.
15 Supra §. 3.
16 Universas Pompeii
copias, cum uno Scæva compositas.
17 Et galea crebro ictu contusa fra-
ctaque caput ejus stringit.
18 Et tela hostium corpori illius fixa suppleat
locum fractæ lorice, & inverte pectus defendunt.
19 Aversio Poëtæ
ad Pompejanos.
20 Libro 3. §. 690.
21 Ingenti magul-
tudine.

Mirantesque virum, atque avidi spectare sequuntur
Scituri juvenes, ¹ numero depressa, loquere.
An plus quam mortem virtus daret. ille ruenti
Aggere consistit, ² primumque cadavera plenis
Turribus evolvit, subeuntesque obruit hostes
Corporibus: totaque viro dant tela ruina.
Roboræque, & moles; ³ hosti sequæ ipse minatur.
Nunc sude, nunc duro ⁴ contraria pectora conto
Detrudit muris, & valli summa ⁵ tenentes
Amputat ense manus: caput obterit, ossaque saxo,
Ac male defensum fragili ⁶ compage cerebrum
Dissipat: alterius ⁷ flamma crinesque genasque
Succendit: strident oculis ardentibus ignes.

Vt primum ⁸ cumulo crescente cadavera murum
Admovere solo: ⁹ non segnior extulit illum
Saltus, & in medias jecit super arma catervas;
Quam per summa rapit celerem venabula pardum.
Tunc densos inter ¹⁰ cuneos compressus, & ¹¹ omni
Vallatus bello vincit, quem respicit, hostem.
Ismque hebes, & ¹² crasso non asper sanguine mucro
Percussum Scæva frangit, non vulnerat, hostem.
¹³ Perdidit ensis opus, frangit sine vulnere membra.
Illum tota premit ¹⁴ moles, illum omnia tela.
Nulla fuit non certa manus, non lancea felix:
¹⁵ Parque novum Fortuna videt concurrere, ¹⁶ bellum,
Atque virum. fortis crebris sonat ictibus umbo,
¹⁷ Et galea fragmenta cava compressa perurunt
Tempora: ¹⁸ nec quicquam nudis vitalibus obstat
Iam, præter stantes in summis ossibus hastas.
¹⁹ Quid nunc vesani jaculis, levibusque sagittis
Perditis hasuros nunquam vitalibus ictus?
Hunc aut tortilibus vibrata ²⁰ phalarica nervis
Obruat, aut vasti ²¹ muralia pondera saxi:

Hunc¹ artes ferro, ² ballistaque limine porta
 Summoveat : ³ stat non fragilis pro Casate murus ,
 Pompejumque tenet : ⁴ jam pectora non regit armis :
 Ac veritus credi clypeo, lavaque vacasse,
 Aut culpa vixissa sua, tot vulnera belli
 Solus obit, densamque ferens in pectore silvam ,
 Iam gradibus sessis, ⁵ in quem cadat, eligit hostem,
 Par⁶ pelagi monstris. Libya sic bellua terra ,
 Getulus densis Elephas oppressus ab ⁷ armis,
⁸ Omne repercussum squallenti missile tergo
 Frangit. & harentes mota cute discutit hastas.
 Viscera tuta latent penitus, citraque cruorem
 Confixa stant tela fera : tot subta sagittis ,
 Tot jaculis, ⁹ unam non explent vulnera mortem.
¹⁰ Dicte^a procul ecce manu Gortynis arundo
 Tenditur in Scævam, qua voto certior omni
 In caput, atque oculi lavum descendit in ¹¹ orbem.
 Ille ¹² moras ferri, nervorum & vincula rumpit ,
 Affixam vellens oculo pendente sagittam
 Intrepidus, telumque suo cum ¹³ lumine calcat.
¹⁴ Pannonis haud aliter post ictum savior ursa ,
 Cum jaculum parva ¹⁵ Libys ¹⁶ amentavit habena ,
¹⁷ Se rotat in vulnus : telumque irata receptum
 Impetit, & secum fugientem circumst hastam.
¹⁸ Perdidit vultum rabies : stetit imbre cruento
 Informis facies : latus fragor athera pulsat
 Victorum : ¹⁹ majora viris de sanguine parvo
 Gaudia non faceret conspectum in Casare vulnus.
 * Ille regens alta suppressum mente dolorem ,

1 Libro 3.
 2 490.
 3 Machina, cu-
 jus brachia ten-
 duuntur fuibus
 nervisque ad
 emittenda saxa,
 faces, jacula.
 cujus formam
 vide apud
 Marci. l. 23.
 & Veget. l. 4.
 cap. 22.
 4 Pompeji co-
 pias sustinet,
 victoriamque
 moratur.
 5 Et jam turpe
 dicens clypeo
 regi, levam
 corporis par-
 tem suis carere
 vulneribus, at-
 que in vita ul-
 terius manere,
 abjicit clypeum,
 & pectore oc-
 currit telorum
 multitudini.
 6 Vt modo
 7 173.
 8 Ceteris, bale-
 nis, quæ se im-
 mittentes, pou-
 dere & mole
 sua nares de-
 pressum eunt.
 9 Venatoribus
 vel telis.
 10 Corii duri-
 tie resistit telis, quod si quando penetret, ea tamen non altius infixa mota cute
 discutit.

9 Vitis Scævæ. 10 Cretenis. Dicte mons est, Gortyna urbs Cre-
 tæ, quæ claruit olim sagittarum & jaculorum mhtedi studio. Gortynis aru-
 do, est Creteusis sagitta. 11 Oculum, ut l. 3. 2. 124. vel sionm, in quo
 oculus. alterum illi excussum fuisse oculum, memorere Plutar. Suet. Appian.
 12 Oculum cui infixa erat sagitta, rupis nervis cum ipso telo educit.
 13 Oculo. 14 Austria, Hungarica. 15 Venator peritus, quales habet Libye.
 16 Amento torst. 17 Se rotans conatur evellere sagittam lateri hærentem.
 18 Vultus Scævæ non præ se ferebat priorem rabiem. Hypallage. 19 Non
 minor ad æthera sublimis est clamor à Pompejanis jam se vicisse ratis vulnerato
 Scævæ, quam si ipsum Cæsarem vulnerassent. * Hoc Appianus refert hunc
 in modum : Scævæ, post multa & præclara facinora edita, oculum sagitta sa-
 ucius velut quippiam dicturus in medium profilit. Pompeji ductorem quandam
 singulari virtute cognitum ad se vocans; Serva, inquit, tibi similem, serva ami-
 cum ac curatores mihi adhibe, quoniam vulnere affligor. Accurrentibus ad illum
 veluti transfugam duobus è Pompeji exercitu, unum aggressus occidit, alterius
 humerum ense trajecit, &c. lib. 3. de bello civili.

1 Nihil additura, nou profectura ad mortem sunt tela injecta: evulsa potius emittent animam.

2 Facite ut videar potius transisse à Cæsare, quam pro eo mortem cum gloria optulisse.

3 Nomen illius dæctoris cuius opem imploravit.

4 Scævæ.

5 Imbellem & mortis timidam.

6 Excitatus à P. Syllæ adventantis militibus pulvis honesti recessus prætextum dedit Pompejanis, ne Scævam solum fugere arguerentur.

7 Qui receptui signo à Pomp. dato, non habens in quos calidum & ministeria obeuntem sanguinem exerceas, deficit.

8 Deficientem socii tollunt, virtutem scilicet illius venerati, cuius monumentum deorum templis & imagini ipsius Martis suspendunt, tela illi infixæ & arma viri. Vixisse eum testatur Cæsar. com. 3. Cum enim Scævæ capite, humero, femore faucii & oculo uno orbatu scutum ad Cæsarem relatum esset, inventa sunt in eo foramina C C X X X (sed ut alii referunt, C X X) donavit eum M C C ærie atque ab octavis ordinibus ad primipilum traduxit, &c.

9 Militam & veram consecuturus gloriam, si pro patria pugnans hac usus fuisset virtute in Hispanis, Cantabris, Germanisque subjugandis. 10 - Hic vero perit tibi virtus, quippe cui neque triumphum lætis & licentiosa acclamatione prosequi, neque spolia Iovi Capitolino referre continget, quod bello civili vincentibus negatum est. Valer. Maxim.

Mitti, & à vultu penitus virtute remota, Parcite, ait, cives: procul hinc avertite ferrum:

1 Collatura mea nil sunt jam vulnera morti:

Non eget ingestum, sed vulsis pectore telum.

Tollite, & in Magni viventem ponite castris:

Hoc vestro præstate duci: 2 sit Scæva relicti Casarii exemplum potius, quam mortis honesta.

Credidit infelix simulatis vocibus 3 Aulus:

Nec vidit recto gladium mucrone tenentem:

Membraque 4 captivi pariter laturus, & arma, Fulmineum mediis excepit faucibus 4 enses.

Incaluit 4 virtus: atque una cade refectus

Solvat, ait, pœnas, Scævam quicumque subactum

Speravit: pacem gladio si quarit ab isto

Magnus, adorato submittat Casare signa.

An 5 similem vestri, seque neque ad fata putastis?

Pompeji vobis minor est, causaque Senatus.

Quam mihi mortis amor. Simul hac effatus, & alius

6 Casareas pulvis testatur adesse cohortes.

Dedecus hic belli Magni, crimenque remisit,

Ne solum tota fugerent te Scæva cæterus:

7 Subducto qui Marte rui: nam sanguine fuso

Vires pugna dabat. 8 labentem turba suorum

Excipit, atque humeris defectum imponere gaudet.

Ac veluti inclusum perfosso in pectore numen,

Et vivam magna speciem Virtutis adorant:

Telaque confixis certant evellere membris,

Exornantque deos, ac nudum pectore Martem

Armis Scæva tuis. 9 felix hoc nomine fama,

Si tibi durus Iber, aut si tibi terga dedisset

Cantaber exiguis, aut longis Teutonius armis.

10 Non tu bellorum spoliis ornare Tonantis

Templa potes, non tu lætis ululare triumphis.

Infelix, quanta dominum virtute parasti!
2 Nec magis hac Magnus castrorum parte repulsus
Intra claustra piger dilato Marte quieuit,
Quam mare lassatur, cum se tollentibus Euris,
Frangentem fluctus scopulum ferit, aut latus alti
Montis 3 adest, seramque 4 sibi parat unda ruinam.
5 Hinc vicina petens placido castella 6 profundo
In cursu 7 gemini Martis rapit: armaque late
8 Spargit, & 9 effuso laxat tentoria campo:
Mutandaque iuvat permissa licentia terra.
10 Sic pleno Padus ore tumens super aggere tutas
Excurrit ripas, & totos concutit agros.
Succubuit si qua tellus, cumulumque furentem
Vndarum non passa, ruit: tum flumine toto
Transit, & ignota aperit sibi gurgite campos.
11 Illos terra fugit dominos: his rura colonis
Accedunt, dehante Pado. 12 vix praelia Caesar
Senferat, elatas specula qua prodidit ignis.
Inuenit impulsor 13 presso jam putvere muros,
14 Frigidaque ut veteris d'prendit signa ruina;
15 Accendit pax ipsa loci, movitque furorem
Pompejana quies, & victo Casare somnus.
16 Ire vel in clades properat, dum gaudia turbet.
17 Torquato ruit inde minax: 18 qui Caesaris arma
Segnius haud vidit, quam malo nauta tremente
Omnia Circea subducit vela procella:

mare vallum nondum esse perfectum, sagittariis militibusque navi missis, qui munitionum defensores à tergo peterent, ipse prima luce cum copiis accessit, cohortes itaque Caesaris, quae ad mare excubuerant, terra marique pressae terga vertunt, quas Pompejani non sine multa caede insecuti sunt usque ad castra Marcellini, ubi Antonius cum XII cohortibus descendere visus Pompejanos compressit. 6 Mari, ut nota sup. 7 Terra marique, ibid. 8 Extendit, latus diffundit. 9 Prius circumscriptus atque inclusus gaudet iam liberiore campo. 10 Expatiat, non secus atque Padus exundans, vel, superat aggeres oppositos; vel, si qua parte aggeris eversus fatiscit, irruit ac longe lateque campos inundat. 11 Terra alluvione strita decedit, & aliis dominiis atque aliis adjicitur. 12 Neque multo post, Caesar, significatione per castella fumo facta, deductis ex praesidiis quibusdam cohortibus, eodem venit, qui, cognito detrimento, cum animadvertisset Pompejum extra munitiones egressum, &c. 3 com. Cæs. 13 Sedato. 14 Non à recenti pugna calentia. 15 Pompeji quietem partam aegris oculis vidit Caesar. 16 Paratus se in perniciem certam praecipitare, modo illius pacem disturbet. 17 Ruit iude minax exitum Torquato, qui à Pompejo praefectus fuerat caello. 18 Qui, viso Casare, suos intra aggerem interiorem (castellum enim inclusum erat majoribus castris) recepit: non minus caute quam providus nauta, tempestatem ad Circeum in mari Tyrrheno ingruentem advertit, veloque contrahit.

1 Infidiose. Caesarem, cui per te Roma tuque ipse sis serviturus. Sallust. 1 Histor. Vltor exercitus, cui per eos labores & vultura nihil praeter tyrannum quaesitum est. 2 Pompejus hic repulsus, non desistebat magis quam fluctus maris à scopulo repercussus, qui & crebro impulsu victores tandem scopulum everunt. 3 Adedit, exodit. 4 Crebris ictibus & diutino insultu quasam. 5 Pompejus ab Ego & Roscillo Allobrogibus transfugis edoctus, transversum inter geminum aggerem ad

1 Cæsar ejus diei detrimen- tum sarcire cupiens, legio- nem Pompeji in castrum edu- ctam oppri- mere se p. se sperans, co- hortem XXXIII quam potuit occultissime duxit.

* Et munitio- nem castrorum, tamen erant magna, ar- gressus, Pom- pejanos ex vallo deturba- vit.

* Pompejus, re- nunciata, quon- dam legionem subsidio suis duxit. ibi Cæ- sari equita- tus, receptui

*Agminaque interius muro brevior recepti,
Densus ut parva disponderet arma corona.*

1 *Transferat * primi Cæsar munimina * valli.*

* *Cum super e totis emisit collibus agmen,
Effuditque acies obseptum Magnus in hostem.*

2 *Non sic Ætnæ habitans in vallibus horret
Enceladum spirante Noto, cum tota 3 cavernas
Egerit. & torrens in campos defluit Ætna:*

4 *Ante aciem, cæci trepidum sub nube timoris
Hostibus occurrit fugiens, 5 inque ipsa pavendo
Fata ruit. 6 totus mitti civilibus armis*

*Vsque vel in pacem potuit cruor: ipse furentem
7 Dux tenuit gladios. Felix, ac 8 libera legum
Roma fores, jurisque tui, 9 vicisset in illo*

*Si tibi Sylla loco, dolet heu, semperque dolebit,
Quod scelerum Cæsar prodest tibi summa tuorum
Cum genero pugnavit 10 pio. 11 Pro tristitia fata,*

*Non Vica Libye clades, Hispania Munda
Flesset, 12 & infando pollutus 13 sanguine Nilus
Nobilis 14 Phario gestasset rege cadaver:*

15 *Nec luba 16 Marmaricas nudus pressisset arenas,*

suo timens, initium fugæ faciebat. cohortes cum ex vallo Pompejum adesse & suos fugere cernerent, ne * Vtrinque ab hoste intercluderentur, sese in fossas fugæ præcipitabant, omniaque erant tumultus, timoris, fugæ plena.

2 Cataneses atque acicola: Ætnæ non ita horret incendium & flammam motis Ætnæ, quem Enceladus giganti fulmine isto injeçtum fabulatur, vento intra cavernas furentem, ut Cæsariani jam trepidabant victi sagatique. 3 Lapidem ignitos & globos flammarum eructat in subiectos campos. 4 Ante manum cum hoste confertam. 5 In fatum, dum fugiat, incidunt. 6 Atque hic debellatum fuisset civile bellum magna cum Cæsarianorum cæde; nisi Pompejus vel fato vel metu suos repressisset à persequendo hostes. Adeo ut suis amicis ipse Cæsar dixerit, *Penes hostes hodie fuisset victoria, si ducem vivere scientem habuissent.*

7 Pompejus contuit suos in civilem cædem furentes. Neque enim ita apte de Cæsare intelligi potest, qui à suis neque aucteritate, neque hortatu, neque minis, neque precibus impetrare potuit ut confiterentur. 8 Ita Silius lib. 2. *It liber campo pastor.* 9 Invenisset fortunæ suæ & victoriæ; fugientes insecutus hostes, vel ad interfectionem cæcos, ut- cunque cives debellasset P. Corn. Sylla, mellis sciens vincere quam Pompe- jus, sicuti illi contigisset par facultas. 10 Tam pie parente tibi & ci- vibus. 11 Quam occasionem nisi omisisset ille, non ad Vicam Africa tot vidisset cædes Iubæ regis, Scipionis, Catonis, Labieni, Petreji, Fausti, Syl- læ, &c. non ad Mundam, de qua vide lib. 1. v. 40. 12 Neque Pompe- jus ad ostium Nilus appellens, ibi perisset. lib. 3. v. 45.

13 Pompeji lib. 3. v. 618. & deinceps. 14 Ptolomæo rege Ægyptio, cujus permissu jusque interfectus est. Pharos inf. & gurgis ad portum Alexandri- um. 15 Nec Rex Iubæ, & Petrejus, ut in manus hostis venirent, mutuis vulneribus concurrentes cecidissent. 16 Lib. 3. v. 293.

¹ Pænorumque umbras placasset sanguine fuso
 Scipio : ² nec sancto caruisset vita Catone.
 Ultimus esse dies potuit tibi Roma ³ malorum :
⁴ Exire è mediis potuit Pharsalia fatis.

⁵ Deserit aduerso possessam numino sedem
 Casar, & Emathias ⁶ licero petit agmine terras.
⁷ Arma secuturum soceri, quacunque fugasset,
 Tentauere sui comites diuertere Magnum,
 Hortati, patrias sedes, atque hoste carentem
 Ausoniam peteret. ⁸ Nunquam me Casaris, inquit,
 Exemplo reddam patria, nunquamque videbit
 Me, nisi dimisso redeuntem milite Roma.

Hesperiam potius, ⁹ motu surgente, tenere,
¹⁰ Si vellem patriis aciem committere templis,
 Ac medio pugnare foro. ¹¹ dum bella relegem,
 Extremum Scythici transcendam frigoris orbem,
 Ardentesque plagas. victor tibi, Roma, quietem
 Eripiam, qui, ne premerent te prælia, fugi?

Ah potius, ne quid bello patiaris in isto,
 Te Casar putet esse suam. Sic fatus, ¹² in ortus
 Phæbeos convertit iter, terraque secutus
 Deuia, qua vastos aperit Candavia saltus,
 Contigit Emathiam, ¹³ bello quam fata parabant.

¹⁴ Thessaliam, qua parte diem brumalibus horis
 Atollit Titan, rupes Ossa coercet.
¹⁵ Cum per summa poli Phœbum trahit altior æstas,
 Pelion opponit radis nascentibus umbras.

deserens, in Thessaliam se contulit.

⁶ Duobus enim illis prælis desideravit Casar è suis, milites 900, equites 62, centuriones 30, tribunos militum 10, signa militaria 32.

⁷ Pompejum ab Instituto Casarem insequendi frustra conati sunt amici diuellerè: hortati ut Italiam Romanque potius repereret.

⁸ Non videbit me Roma armatum, ut Casarem: non revertar in patriam nisi dimisso exercitu.

⁹ Initio tumultus hujus civilis.

¹⁰ Si placuisset illorum exemplum, qui cum civili hoste in medio foro dimicantes, templa & sacra deorum impie contaminarunt.

¹¹ Egd certe, quo bellum à patria longe submoveam, adibo extremas regiones gelidæ Arcto vel zonæ torridæ subjectas.

¹² Pompejus Casarem insecutus ad Alparagum confedit, Casar in veteribus castris trans Gennitium: annem tantisper contulit, quoad Pompejanos aliis rebus occupatos sensit, inde per Epirum & Acarnaniam in Macedoniam iter flexit. Secutus est Pompejus per Candariam, qui mons est Illyricum à Macedonia differens.

¹³ Pompeji cladi, à fatis destitutam.

¹⁴ Ab Orru benenali mons Ossa Thessaliam terminat, vide Herodotum in Polymnia, vnde hæc desumpta est chorographia.

¹⁵ Pelion mons adumbrat Thessaliam ab ostu Solis juxta Aëthæorum, quem & Astologi vocant summæ poli.

¹ Neque Scipio Pompeji focer, penes quem in Africa reliquiarum Pharsalia & imperii summa erat, ferro suo trajectus & in mare præcipitatus, retulisset inferias umbris Pænorum in secundo & tertio bello Punico, gentis suæ auspiciis cætorum.

² Neque è vis discessisset vir integerrimus Cato, qui Uticæ sibi necem conscivit.

³ Belli civilis & libertatis oppressæ.

⁴ Iamque in itinere medio incitus fuisset oeruus Pharsaliciæ victoriæ.

⁵ Casar castra & regionem, in quibus infeliciter pugnat, postea

1 Ad meridiem & notum (inquit Herodotus) Othryn habet. Solis itaque meridiaoi in æstivo tropico Gaocri, & inde Leonis sigoo ardorem Othrys ardet.

2 Pindus mons ad Occasum situs excipit Favonulum & Iapyga ventum ex Apulia flotentem, atque altitudine sua Soll occidenti interjectus noctem præproperat.

3 Et qui radices Olympi ad Boream siti locolunt, ab Aquilonis sævitia per montis altitudinem

montis, Cyoosuram & Helicen nocte lucentes non vident.

4 τὴν δὲ θεωρεῖσθαι λόγῳ ἐστὶ τὸ πελαγὸν ἐκείνου λίμνην, ὅστις γὰρ σελκιχλοσμήνην πάντοθεν περιεμάχεται οὐρασι. Herod. Polym.

5 Stagnabat olim Thessalia in paludem montibus uidiq̄ clausam, priusquam Hercules divisissimam Ollia & Olympo exitum Peneo fl. dedit in mare, aperuitque amocillima Tempe. Herodotus à Neptuno terræ motu factum esse refert. vide Sen. Herc. Fur. Y. 282. & Ælian. var. hist. l. 3. c. 1.

6 Fluminum cursus non habentes exitum in mare augebant paludem.

7 Mare sensit impetum Penei emissi.

panperem, fed auro Samnium incorruptum, qui Pyrrhum Italia expulit, de Lucanis & Sabinis triumphavit. l. 1. v. 169. 5 De quo vide l. 2. v. 139, & deinceps, qui cum ubique Fortuna ufus fuiffet fecunda, fe Felices cognominavit, filium Fauftrum. ut l. 2. v. 221. cujus tamen umbra de fortunæ iniquitate queritur ob partes patricias à Cæfare oppreffas, in quibus & filius fuus Fauftrum cum fuis interceptus periit, orta inter exercitus diflenfione. 6 Scipio Æmilianus vel Africanus deplorat L. Scipionem Pompeji focerum periturum in Africa, quam ipfe debellaverat, fupra v. 311. 7 Cato Major (qui fici ex Africa adveftis & in Senatu delatis, omni fuz de quacunque re fententiæ adjeft: *Videri fibi & delendam Carthaginem*) mœret fata Catonis Minoris, qui ne dominatum Cæfaris videret, fibi mortem confcivit Vtæ, lib. 2. verf. 247. & deinceps, & fupra v. 311. 8 L. Iunlus Brutus regem exactor, primus cum Tarquinio Collatino Conful fruftr læta fpe Cæfaris olim interficiendi à fua progenie M. & D. Brutis. 9 Seditiofus Reipub. rumam molitus, notus vel pueris è Salluftio. 10 Quibus vincfus erat in Tartaro. 11 C. Marius, lib. 2. v. 69. & deinceps; cum fratre M. & filio. 12 Lib. 2. v. 543. 13 Catilinariæ conjurationis focii. 14 L. Drufus trib. pleb. populi & focolorum favorem emeriturus, legem Agrariam & frumentaria perferre conatus eft, & focios ad fperem civitatis erexit, domi fuz poftea occifus. 15 Tiberius & C. Gracchi fratres Tribuni plebis feditiofibus vexarunt Rempub. promulgatis legibus Agraria, Frumentaria, Iudicaria. 16 Ferreis vinculis in Tartaro coërciti Gracchi & cæteri. 17 Gratulantur difcordiæ & tumultui Reipub. quia fimiles curæ nec ipfa in morte recedunt. 18 Damnatorum manes pofcunt fibi Elyfium, ut novis è bello civili advenis locus fe. 19 Pluto laxat Tartara. lib. 3. verf. 17. & parat arma in pœnas nocentum, faxa prærupta & obtufa afperat, adamantina catenas refingit.

Pallentes aperit sedes, abruptaque saxa
 Asperat, & durum vinculu adamantina, paratque
 Panam ¹ victori. refer hac solatia tecum,
 O juvenis, placido manes, ² patremque, domumque,
 Expectare sinu, regnique in parte serena
 Pompejo servare locum. ³ nec gloria parva
 Sollicitet. vita: veniet qua misceat omneis
⁴ Hora duces. ⁵ properate mori, magnoque superbi
 Quamvis è parvis animo descendite bustis,
 Et ⁶ Romanorum manes calcate ⁶ deorum.
⁷ Quem tumulum Nili, quem Tiberidis abluat unda,
 Quiritur, & ducibus tantum de funere pugna est.
⁸ Tu fatum ne quare tuum cognoscere: Parca,
 Me reticento, dabunt: ⁹ tibi certior omnia Vates
 Ipse canet Siculis genitor Pompejus in arvis:
 Ille quoque incertus, quo te vocet, unde repellat,
 Quas jubeat vitare plagas, qua sidera mundi,
¹⁰ Europam miseri, Libyamque, Asiamque timete:
 Distribuit tumulos vestris Fortuna triumphis.
 O miseranda domus, ¹¹ toto nihil orbe videbis
 Tutius Emathia. Sic postquam ¹² fata ¹³ peregit;
 Stat vultu maestus tacito. ¹⁴ mortemque reposcit.
¹⁵ Carminibus magicis opus est, herbisque, cadaver
 Vt cadat, & nequeunt animam sibi reddere fata

¹ Cæsari & suis, libertatis Reip. oppressoribus.

² Cæsarianis Tartara parari, Pompejo Pompejanique Elysiū.

³ Neque sollicitus invidias Cæsari victorix vitæ superstitis moram, brevem utique futuram, ut qui intra quadriennium in vestrum ordinem redigetur, & ipse cæsus ad vos descendet.

⁴ Fatalis.

⁵ Vos igitur libentes fati obviam ite, qui, utnunquæ magni funeris

pompa destituti fueritis; apud inferos tamen calcabitis umbras victrices; vos patriæ libertatis propugnatores in Elysiō beati, sub pedibus videbitis illis patriæ oppressores in imo Tartaro cruciatos. ⁶ Iulii Cæsaris, & insequentium Imperatorum, per ἀνοσίωσιν in Martio campo solenni funere reletorum in numerum deorum, cujus pompam vide apud Herodianum lib. 4.

⁷ Et cum tellus æqua recludatur victori victisque; de modo tamen & loco omnis hæc est disceptatio, uter in litore Ægyptio prope Nilum, uter in campo Martio ad Tiberim sit comburendus, illud Pompejo, hoc Cæsari continget. ⁸ Sexte. ⁹ Vinbra parisi tui in somnis tibi apparens in Sicilia ostendet tibi tua fata, venturaque bella. Et quo quemque modo fugiasque ferasque laborem, Expediet. Fictio poetica. ¹⁰ Nulla orbis pars erit vobis tuta; nulla vestra clade & ruina vacabit. Pater cadet circa Libyam in litore Alexandrino, filii; Cnejus, in Europa, ad Mundam in Hispania, à Cæsare victus; Sextus, in Asia, interceptus ab Antonianis militibus interibit. Ita funera vestra dividuntur in tres orbis partes à patre Pompejo triumphatas. Pompejos juvenes Asia atque Europa, sed ipsum Terra regit Libyes: si tamen nulla regit. Quid mirum toto si sparçitur orbe? jacere Vno non poterat tanta ruina loco. Martial. epig. 75. lib. 1. Et quasi non posset tot cellas ferre sepulchra, Divisit cineres. Petron. Arbit. de Pompejo, Crasso, Cæsare.

¹¹ Et Thesalica enim clade elapsi omnes. ¹² Eventum belli, & Pompejorum fata. ¹³ Mortuus iste in vitam revocatus. ¹⁴ Rursus mori petit. ¹⁵ Reddendus jam inorti ope veneficæ, cujus arte evocatus fuerat factusque juris sui, neque enim in jam semel defunctum Parcæ jus habuerunt.

1 E ligno pyram struit, juvenemque vitæ modò reficitum comburit.

2 Illucescentem jam Auroram Erichtho carminibus suis inhibuit

*Consumto jam jure semel. Tum¹ robore multo
Extruit illa rogam: venit desunctus ad ignes:
Accensa juvenem positum strue linguat Erichtho,
Tandem passa mori. Sextoque ad castra parentis
It comes, &² cælo lucu ducente colorem,
Dum ferrent tutos intra tentoria gressus.
Iussa tenere diem densa nox præstitit umbras.*

tardavitque, donec Sextus cum suis in castra rediisset.

LIBER VII.

1 Tardior quam æterna motus lege erat permisum, Sol ex Eoo mari videtur oriri: vultu moestior quam alias, contra primi notoris cursus niti, quasi in ortum reverti à rapida contrarii cursus vertigine videtur. lib. 1. v. 543.

2 Tanquam Eclipsia passurus deficere & laborare cœpit.

3 Libro 1.

v. 415. 4 Ne patris conspiciens radiis pugnae Thessalicæ interesset. 5 Pompejus per quietem sibi visus est theatrum à se extructum ingredi, applaudente populo, & multis ornare spoliis templum Veneris victricis. Quo informio partim confirmatus est, partim territus, inegrens ne Cæsari, qui ad Venerem genus suum referebat, gloriam ipse adferret. Plutarch. & Appian. & Florus.

6 Namque exinde prospera Pompeji fortuna deficere, ruere, & sublapsa referri cœpit. 7 A Pompejo extructi ad formam illius quod in Mitylene viderat, sed angustioris & capacioris. Tacit. l. 14. & Plin. l. 7. c. 3. & l. 36. cap. 15. 8 Spectantes, in ordinibus graduum ad formam cunei in angustum à fronte contractorum, sedentes. vide Lips. de Amph. 13. & Buling. de Circo, c. 34. 9 Certatim applaudere. 10 Quall lætitia plausuque exceptus fuerat nlim ex Hispania reversus, & de Sertorio triumphans ante legitimam ætatem permisso Senatus. 11 Annus 24 vatus. 12 Hispanas. lib. 4. vers. 23. 13 Lib. 2. v. 549. 14 Hispania, ad occidentem sita. 15 Non minus conspicuus clarusve toga candida & pura, qua etiam dum novus pube tyro & primas juventutis metas ingressus induebatur, quam picta illa & palmata qua triumphant Consules.

1 **S**Egnior Oceano, quam lex aterna vocabat, Lucificus Titan nunquam magis athera contra Egrot equos, currumque polo rapiente retorsit:

2 Defectusque pati voluit, raptaque labores Lucis: & attraxit nubes, non 3 pabula flammis, Sed 4 ne Thessalico purus luceret in orbe.

At 5 nox 6 felicitis Magno pars ultima vita Sollicitos vana decepit imagine somnos.

Nam 7 Pompejani visus sibi sede theatri Innumeram effigiem Romana cernere plebis,

Attollique suum latis ad sidera nomen Vocibus, & plausu 8 cuneos 9 certare sonantibus.

10 Qualis erat populi facies, clamorque faventis, Olim cum 11 juvenis, primique ætate triumphis.

Post domitas gentes, 12 quas torrens ambit Iberus, Et 13 quacunque fugax Sertorius impulit arma,

14 Vespere pacato, 15 pura venerabilis aqus

Quam currus ornante toga, ¹ plaudente Senatu,
 Sedit adhuc Romanus eques. ² Seu sine bonorum
 Anxia venturus ad tempora lata refugit:
³ Sive per ambages solitas contraria visis
 Vaticinata quies, magni tulit omina plantus:
⁴ Seu vetito patrias ultra tibi cernere sedes,
⁵ Sic Romam Fortuna dedit. ⁶ Ne rumpite somnos,
 Castrorum vigiles, nullas tuba verberet aures.
 Crastina dira quies, & imagine mœsta diurna
 Undique funestas acies feret, undique bellum.
⁷ Unde pares somnos populi, noctemque beatam?
 O felix, si te vel sic tua Roma videret.
⁸ Donassent utinam Superi, patriaque, tibi que
 Vnum, Magne, diem, quo fati certus uterque
 Extremum tanti fructum caperet amoris.
⁹ Tu velut Ausonia vadis moriturus in urbe:
¹⁰ Illa rati semper de te sibi conscia voti,
 Hoc scelus haud unquam fati harere putavit,
 Sic se dilecti tumulum quoque perdere Magni.
¹¹ Te misto flectet luctu, juvenisque senexque.
¹² Injussusque puer: lacerasset crine soluto
 Pectora semineum, ceu ¹³ Bruti funere, vulgus.
¹⁴ Nunc quoque tela licet paveant victori iniqui,
 Nunciet ipse licet Casar tua funera, flebunt:

¹ *Emphatice.*
 Senatu scilicet triumphum indulgente, atque applaudente juveni Pompejo equiti, necdum ordinis Senatorii.
² Seu (inquit poëta somni hujus causam inquirens) mens rerum lætarum adesse finem rata, per quietem recurret ad solatium præsentium malorum, ex memoria præteritarum.
³ Sive, quod non raro fit, ut somnia representent contrarium: ita hic Pom-

pejo oblatum est plausus pro plaudu - ⁴ Sive, cum non daretur Pompejo exinde Romam videre, voluit fortuna eam ab illo cerni - ⁵ Per quietem & somni imaginem. ⁶ Apostrophe pathetica ad stationarios castrorum vigiles, ut cum silentio excubias agant, neque buccinæ vigiliæ distinguentis sonitu Pompejo somnum & somnium interrumpant: cum crastina dies abunde calamitarum sit aliaura. ⁷ O utinam populo Romano similis somnus & nox tam beata contingeret, qua te vicissim adspiceret ille talem, qualis tibi visus es per insomnium! Grotius, *vel*, unde tibi alius ejusmodi somnus imaginem populi referens concilietur, felix utique, si te vel ita somniantem Roma videret? ⁸ O abunde felicem utrumque, si & Pompejo & Romæ, quamvis eladis suæ futuræ certis, unius diel moram indulissent dii, qua supremis munus amoris officii, extremis oculis & salutatione fruerentur. ⁹ Tu proficisceris in bellum fiducia victoriæ plenus, & quasi è prælio Roman reversurus, & in Urbe moriturus. ¹⁰ Roma assueta votis certis de te tuisque victoribus, eandem jam fiduciam conceperat. neque enim putavit jam crudele fatum tibi impendere, ut prælio victus fugeres, ut alibi quam in patria caderes, spollareturque ipsa tuo busto & tumulo. ¹¹ Quod si tibi contigisset in patria inori; quam solenni omnis ordinis, sexus, ætatis, luctu & pompa funebri elatus fuisset? ¹² Scalig. conjicit legendum, *In vestisque puer.* ¹³ T. Brutum liberatorem Urbis, exatorem Tarquinii, matronæ Kom. defunctum luxuriant per annum, ut parentem & violatæ pudicitia vindicem. ¹⁴ Et tunc vel invito Casare victore desebunt te: idque in publica lætitia ac victoriz gratulatione.

1 Et tamen hac parte inferi, quod non publico luctu & plaudu conceptum de te dolorem profiteri & persequi datur: sed illum alta mente suppressere, concoquere, & gemitu tantum testari. Nonnulli leg. odere, verum edere, h. e. suppressere, concoquere.

2 Sol oriens obscuraverat astra.

3 Pompejus pugnae periculum forindabat, statuebatque tempore & inopia atterere & debellare homines armis invictos. Neque tamen diutius licebat illi per suorum & fo-

clorum praecipitantiam tan salutari frui consilio. Milites ocium, socii moram, principes ambitum ducis increpabant. Sic praecipitantibus factis, praesidio sumpta est Thessalia, & urbis imperii, generis humani tata commissa sunt. Plutar. & Florus.

4 Imperitiam. 5 Signum apud Romanos pugnae committendae erat paludamentum purpureum seu coccinum supra Praetorium expansum. 6 Interitura aute vocem. 7 Rutgerius legit, *Morti vicina*. lib. 1. Var. lect. cap. 12. 8 Accelerat. 9 Caesari s.

10 Arguebatur segnis & à dignitate, ad ambitionem declinans bellum protrahere, quo diutius cum imperio esset, & tantis tanque illustribus imperaret viris. Appellabatur *Agamemnon*, *Rex regum*, &c. Plutar. & Appian. 11 Ne pace confecta imperium deponere cogeretur. 12 Conquestio Poëtae expostulantis, cyr ita diis visum sit ut eos, quos errore caecos in perniciem missuri sint, etiam cladis suae auctores argui velint. 13 Dindicatio de rerum summa in campis Pharsalicis à Pompejanis expetitur votis ardentissimis. 14 Omnia nomine Pompejum allocutus est Cicero, dono quodam (ut ait Quinctilianus) providentiae genitus, in quo totas vires suas eloquentia experiretur, qui Consul nefarios Catilinae Remp. evertere aggressi conatus prudentia advertit, consilio suppressit, autoritate extulxit.

15 Scholiastes Juvenalis citat hoc, legitque, *jura rogato*. 16 Iniquo ferens animo conciones suas & forenses causas distineri, silereque inter bella,

1 Sed dum thura ferent, dum laurea ferta Tonanti.

O miseri, quorum gemitus edere dolorem,

Qui te non pleno pariter planxere theatro.

2 Vicerat astra jubar, 3 cum misto murmure turba

Castrorum fremuit, fatisque 4 trahentibus orbem,

5 Signa petit pugna. miseri pars maxima vulgi

6 Non totum visura diem, tentoria circum

Ipsa ducis queritur: magnoque accensa tumultu

7 Morti vicina properante 8 admoveat horas.

Dira subit rabies: sua quisque, ac publica fata

Praecipitare cupit: segnis, pavidusque vocatur,

Ac nimium patiens 9 soceri Pompejus, 10 & orbis

Indulgens regno, qui tot simul undique gentes

Iuris habere sui vellet, 11 pacemque timeret.

Nec non & reges, populique queruntur Eoi

Bella trahi, patriaque procul tellure teneri.

12 Hoc placet, ô Superi, cum vobis vortere cuncta

Propositum, nostris erroribus addere crimen.

Cladibus irruimus, nocituraque poscimus arma:

13 In Pompejanis votum est Pharsalia castris.

14 Cunctorum voces Romani maximus auctor

Tullius eloquii, cujus sub 15 jure, togaque

Pacificas serus tremuit Catilina secures,

Pertulit, 16 iratus bellis, cum rostra forumque

Optaret, passus tam longa silentia miles.

Addidit invalida robor facundia causa.

1 Hoc pro tot meritis solum te, Magne, precatur,
 Vti se Fortuna velis, proceresque tuorum
 Castrorum, regesque tui cum supplice mundo
 Affusi, vinci socerum 2 patiare rogamus.
 Humani generis tam longo tempore bellum
 Caesar erit? 3 merito, Pompejum vincere lente
 Gentibus, indignum est, à transcurrente subactis.
 Quo tibi fervor abit? aut quo fiducia fusi?
 De 4 Superis ingratis times? causamque Senatus,
 Credere dis dubitas? ipsa sua signa revellent,
 Proflientque acies, pudeat vicisse coactum.
 5 Si duce te iussu, si nobis bella geruntur,
 Sit juris quocumque velint concurrere campo.
 6 Quid mundi gladios à sanguine Caesaris 7 arces?
 Vibrant tela manus: vix signa morantia quisquam
 Expectat: propera, 7 ne te tua classica linguant.
 8 Scire Senatus avert, miles te Magne, sequatur,
 An comes. Ingemuit 9 Rector, sensitque 10 deorum
 Esse dolos, & fata sua contraria menti.
 11 Si placet hoc, inquit, cunctis, si milite Magno,
 Non duce tempus eget, nil ultra fata morabor.
 12 Involvat populos una Fortuna ruina,
 Sitque hominum magna lux ista novissima parti.
 13 Testor Romam tamen 14 Magnum, quo cuncta perirent,
 Accepisse diem. 15 potuit tibi vulnere nullo
 Stare labor belli: potuit sine cade subactum,
 Captivumque ducem violata tradere Paci.
 Quis furor, ô cæci, scelerum? 16 Civilia bella
 Gesturi, metuumt, ne non cum sanguine vincant.
 17 Abstulimus terram, 18 exclusimus aquore toto,

1 Fortuna
 supplex invi-
 tar, ut velis
 pristina sua &
 assueta beni-
 gnitate uti.
 2 Facta tan-
 tum pugnae
 copia.
 3 Genes olim
 à te summa
 celeritate &
 quasi in trans-
 cursa devictæ,
 eademque
 sub te jam
 militantes
 queruntur,
 neque id in-
 juria, tibi
 hanc tandem
 in manibus
 hærere victo-
 riam.
 4 Quorum
 propensam
 benignitatem
 tot prællis
 victor exper-
 tus es.
 5 Si tibi Se-
 natus, non tu
 Senatus impe-
 ras, si te Se-
 natus publicæ
 causæ & bel-
 li ducem
 creavit: per-
 mitte illi hoc
 juris, ut suo
 arbitrio, ubi
 res, tempus,

locus postulant, prælium conferat. 6 Mora distines. 7 Ne milites
 non imperium tuum morati, neque te cunctabundum expectantes revulsis signis
 prælium inieant, vel, ne te deserant, atque à te deficiant. 8 Vtrum impe-
 rium hoc à Senatu delatum absolute tibi arroges tanquam sub te Senatus mi-
 liet: an æquam potestatem Senatus impertias. 9 Pompejus. 10 Et
 animo quasi calamitatem præfagiente timuit ne furore & belli ardore divinitus
 incitata multitudo ipsum adversus institutum; rationes, & consilia ad bellum
 traheret. 11 Si eo ventum sit imprudentiæ & vecordiae, ut obsequio meo
 quam imperio & ductu Senatus uti malit: per me non stabit, quo minus sibi
 fata sua accersant. 12 Epitrope. 13 Apostrophe. 14 Me fa-
 talem hunc prælii diem non è mente mea instituisse, non approbasse; sed ab
 aliis mihi obrutum atque imperatum tulisse. 15 Potuit sine sanguine
 Caesar debellari, tempore & rerum inopia ad deditionem & pacis condiciones
 impulsus. 16 Quod contra factum oportuit, ut civili sanguini parcere-
 mus. 17 Hostem victum fugavimus. 18 Maria late tenent nostræ
 classes, hoste navibus destituto.

1 Rei frumentaria in-
cipit hostis
segetes vix
dum matu-
ras rapit.
2 In necessi-
tatem pugne
& illam de-
sperationem
redigimus,
ut ferro quam
fame emori
malim, modo
non mori-
antur in-
ulti.
3 Bonam jam
belli hujus
partem trans-
actam vide-
tis; ubi vel
tirones no-
stri pugnam
deposcant,
sed videant,
ne per teme-
ritatem potius
& insolentiam impe-
riti rerum at-
que recenti
victoria vi-
mis elati hoc
faciant, quam
consulto &
ex vera for-
titudine, quæ præcipit mediocritatem servandam in aduadibus declinandis ve-
periculis hosti itaque indulgeamus fugam, sternamusque potius aureum fu-
gienti pontem, quam eum desperatum lacessamus. - 4 - Multos timor in
extremum periculum ex desperatione rapuit. - 5 - Magis itaque fortes
nos præstabit hostem instantem differeudo, quam si prompte & cum fidu-
cia formidabilia aggressi, manum conferamus. - 6 Res prosperas adeo
certas exponere alæ fortunæ? 7 Cruento Marti, cujus alæ anceps.
8 Apostrophe ad Fortunam. 9 Auctiores factas auspiciis consilisque
meis. 10 Et tu, si rem bello temerario contra consilia & prudentiam geri
velis, ipsa geras. 11 Nec mihi crimini detur clades accepta belli non ex
animo meo suscepti, nec laudi victoria, si qua eveniat. 12 Faciliores
expertus es deos ad exaudienda vota tua, 6 Cæsar, iniqua, ut qui sanguine
civili rem discerni cupis; quam mea, qui cunctando rem resistere citra
cruorem voluerim. Impetrasti pugnam. 13 Quot reges in servitutem
rediget, si vincat, Cæsar? 14 Theſſalix si. lib. 6. vers. 373. 15 Vti-
nam ego primus in bello cadam, modo id fiat sine partium mearum damno
& calamitate. - 16 - Neque enim victoria est civium sanguine parta ma-
jor erit mihi lætitiæ, quam mors. 17 Victor invidia carere non potero,
ut qui effuso sanguine civium vicierim: victus, utique miser ero: causa damna-
bitur ex eventu, infra vers. 260. 18 Victi calamitas recidet in scelus &
dedecus victoris.

Ad præmaturas segetum jejuna rapinas
Agmina compulimus, 2 votumque effecimus hosti,
Vt mallet sterni gladium, mortesque suorum
Permiscere meo. 3 belli pars magna peracta est
Hic, quibus effectum est, ne pugnam tiro paveret:
Si modo virtutis stimulus, iraque calore
Signa petunt. 4 multos in summis pericula misit
Venturi timor ipse mali. 5 fortissimus ille est;
Qui promptus metuenda pati, si cum minus instent,
Et differre potest. placet 6 hæc tam prospera rerum
Tradere Fortuna? 7 gladio permittere mundi
Discrimen? pugnare ducem, quam vincere, malunt.
8 Res mihi Romanas dederas Fortuna regendas:
Accipe 9 majores, 10 & cæco in Marte tuere.
11 Pompeji nec crimen erit, nec gloria bellum.
12 Vincu apud Superos votis me Cæsar iniquis:
Pugnetur, quantum scelus, quantumque malo-
rum
In populos lux ista feret! 13 quot regna jacebunt!
Sanguine Romano quam turbidus ibit 14 Enipeus?
15 Prima velim caput hoc funesti lancea belli,
Si sine momento rerum, partisque ruina
Casurum est, seriat: 16 neque enim victoria Magno
Latior. 17 aut populis invisum, hac clade peracta,
Aut hodie Pompejus erit miserabile nomen.
18 Omne malum victi, quod fors feret ultima rerum;

Omne nefas victoris erit. ¹ Sic fatur, & arma
 Permittit populis, fransque furentibus ira
 Laxat: & ut victus violento navita ² Coro
³ Dat regimen ventis, ignavumque arte relicta
 Puppis onus trahitur. trepido confusa tumultu
 Castra fremunt, animique truces sua pectora pulsant
⁴ Ictibus incertis. multorum pallor in ore
⁵ Mortis ventura est, faciesque simillima ⁶ fato.
⁷ Advenisse diem, qui fatum rebus in ævum
 Conderet humanis, & quare Roma ⁸ quid esset,
 Illo Marte palam est. ⁹ sua quisque pericula nescit,
 Attonitus majore metu. quis litora ponto
 Obruta, quis summis cernens in montibus æquor,
 Ætheraque in terras dejecto sole cadentem,
 Tot rerum finem, timeat sibi? non vacat ullos
 Pro se ferre metus: Urbis Magnoque timetur.
¹⁰ Nec gladiis habuere fidem, nisi cotibus asper
¹¹ Exarsit mucro. tunc omnis ¹² lancea saxo
 Erigitur: tendunt nervis melioribus arcus:
 Cura fuit lectis pharetras implere sagittis.
 Auget eques ¹³ stimulos, frangorumque aptat habenas.
¹⁴ Si liceat Superis hominum conferre labores,
¹⁵ Non aliter, Phlegra rabidos tollente Gigantes,
¹⁶ Martius incaluit Siculis incudibus ensis:
 Et rubris flammis iterum Neptunia cuspis,
 Spiculaque extenso Paan Pythone recoxit,
 Pallas Gorgoneos diffudit in agids crines,
 Pallenea Iovi mutavit fulmina ¹⁷ Cyclops.

¹ Sed audi
 Plutarchum.
 Illi, loquit,
 Domitius, sci-
 licet Favo-
 nius, Afrani-
 us & alii
 hæc dicitan-
 tes, Pompe-
 jum existima-
 tionis retinen-
 da cupidum,
 amicorumque
 verecundia
 victum com-
 pulserunt, uti
 optulis consi-
 liis omittis,
 voluntates
 ipsorum &
 spes sequere-
 tur. Quod sa-
 ne vel navis
 gubernato-
 rem haud
 æquum erat
 facere, multo
 minus tot
 gentium atque
 exercituum
 Imperatorem,
 qui tanquam
 malus medici-
 cus cupidita-
 tibus male
 sanorum du-
 cum indul-
 sit, metuens
 scilicet ne sa-
 lutem affe-

rendo molestus esset. in vita Pompeji. ² Lib. 1. vers. 406. ³ Permittit.
⁴ Vario affectuum & consiliorum impulsu. ⁵ Ex mortis metu. ⁶ Mortis
⁷ Vident adesse diem & proelium quo dimicabitur de rerum summa, Reip.
 libertate, aut perpetua monarchia, in commune itaque timet quisque de se
 securus. ⁸ Civitas libera mansura, an sub cuius imperium redigenda.
⁹ Cui enim vacet sibi soli timere, cum videat universi machinam labescere.
 tuereque, terris maria miseris, & terras celo? ¹⁰ Quin & tela, inquam
 parum acuta in civium cædem, subiguot cotibus. ¹¹ Splenduit. ¹² Cu-
 spis lanceæ terusa acuminatur cote subacta. ¹³ Calcaria. ¹⁴ Si parva lit-
 tera componere magnis. ¹⁵ Ita, ubi Gigantes diis bellum indicebant in Phleg-
 reæis campis, quos alii in Italia fuisse voluit, inter Cumas & Neapolim, alii
 in Macedonia, quod iompti posita in sollemæ, h. e. montibus congestis, Pelio
 superimposita Ossa, &c. erigente. ¹⁶ Scula fornace recoxit Cyclops Mar-
 tis framæam, Neptuni tridentem, Apollinis sagittas in Pythone conficiendo
 hebetatas, anguineos crines in capite Meduse, quod Pallas gestabat in ægide,
 scuto seu lorica sua; Fulmina quibus mox Jupiter usus erat contra Gigantes
 apud Pallentem opp. Macedoniæ, quam & Phlegram olim dictam, Stephanus
 ex Eudoxio tradit, & Eustathius in catalogo. ¹⁷ Quispiam è ministris Vul-
 cani, Bronzes aut Sieropes, aut nudus nescim a Pyracmon.

1 De prodigiis quæ Pompejo cladem portende-
bant, vide quæ fufius referunt Plut. in Pompeji & Cæf. vitis. Appian. lib. 2 de bello civili. Dio lib. 31. Cæf. Comm. 3. Val. Maxim. lib. 1. cap. 6. 2. Cn. inquit Valer. Maxim. Pompejum Iupiter omnipotens abuodē monuerat, ne cum C. Cæfare ultimam belli fortunam experiri contenderet: Egreflo à Dyrhachio adverfa agmini ejus fulmi-

na jaclens, examinibus apum figna obfcurando, fubita triftitia Implicatis militum animis, uofurois totius exercitus terroribus, ab ipfis altaribus hoftiarum fuga, &c. die autem proelii conftat in delubris deum fua fponie figna converfa, &c. 3 Territ, ne procederent. 4 Nubes refrigebant fulmibus in faciem & oculos adverfos. 5 Æther detulit ex adverfo Meteora ignita, λὺχμὸς ioflar facis in fuperiore parte accenfos. 6 - Ignis perpendicularis, exhalationes formam columnæ pyramidalis referentes. 7 - δίκους, exhalationibus formam trabis repræfentantibus in longum porrectis. 8 - Ventos vorticofos qui fine fulmine effringunt oves; fulmiga non ignita, Plin. lib. 2. cap. 48. 9 De effectibus iftiusmodi fulminis tabellis, difcutientis, & urænis, vide Philofophos meteorolog. 10 Fulmine, quod fulmireæ eft naturæ, 11 Vide quæ ad v. 132. fupra. 12 Signa vix è folo emovit fignifer multa vi nixus & inclinans, quod mali erat ominis. 13 Maduere quali fletu aut fudore fimulachra deorum, quæ fecum ferebant Romani, adhuc publica, donec ea privati juris feciffet pugna Pharfalica. 14 Supra ad verf. 152. & lib. 1. verf. 613. Nunquam imminenti ruinæ mauffeftiora prodigia, fuga viduarum, examina, infignes interdiu tenebræ. Florus lib. 4. cap. 2. 15 Quæ linaret, aut victoriam fignificaret. 16 Infeftus ubique Cæfari poeta Styglos illum deos nefarii fcelestis autores & Furias follicitaffe innumulat, quem tamen Appianus refert nocte media perfectis facris invocaffe Martem, parentemque fuam Venetem, templum Victoris faventi voviffe. &c. 17 Dubium eft, appartineritne illa prodigia, an Panico timore perterriti, Pompeiani fibi vifi fuit audire noctu clannorem ftrepitumque bellicum, videre concurfus montium, lacus quere fanguinæ, per tenebras aperte videri facies fuorum, pallere diem, tenebras circumfundi galearum nitoti, parentum & conſanguineorum umbras fibi ob oculos verſari.

1 Non tamen abſtinuit venturos prodere caſus
2 Per varias fortuna notas. nam Theſſala rura
Cum peterent, totus venientibus 3 obſtitit æther:
4 Inque ocula hominum fregerunt fulmina nubes:
5 Adverſasque faces, 6 immenſoque igne columnas.
Et 7 trabibus miſtu avidos 8 typhonas aquarum
Detulit, atque oculos ingeſto fulgure clauſit.
9 Excuffit criſtas galeis, capuloſque ſolutis
Perfudit gladiis, ereptaque pila liquavit:
10 Æthereoque nocens ſumavit 10 ſulfure ferrum.
11 Nec non innumero cooperta examine ſigna,
12 Vixque revulſa ſolo, majori pondere preſſum
Signiferi mersere caput; 13 rorantia fletu,
Viſque ad Theſſaliam Romana, & publica ſigna.
14 Admotus Superis diſcuſſa fugit ab ara
Taurus, & Emathios præceps ſe jecit in agros;
15 Nullaque funeſtus inventa eſt 15 viſtīma ſacris.
16 At tu, quos ſcelerum Superos? quas rite vocaſti
Eumenidæ Caſar? Stygii qua numina regni?
Infernumque nefus? & mersos nocte ſurores?
Impia tam ſave geſturus bella liſtaſti?
17 Iam dubium monſtrisne deum, nimonē pavori

Crediderint : multis concurrere visus Olympo
 Pindus, & abruptis mergi convallibus Æmus,
 Edere nocturnas belli Pharsalia voces,
 Ire per ¹ Ossaam rapidus ² Bæbeida sanguis :
 Inque vicem vultus tenebris mirantur ³ apertos,
 Et pallere diem, galeisque incumbere noctem,
 Defunctosque patres, & cunctas sanguinis umbras
 Ante oculos volitare suos. ³ sed mentibus unum
 Hoc solamen erat, quod voti turba nefandi
 Conscia, qua patrum jugulos, qua pectora fratrum
 Sperabat, gaudet monstris, mentisque tumultu,
 Atque omen scelerum subitos putat esse furores.

⁴ Quid mirum, populos, quos lux extrema manebat
 Lymphato trepidasse metu? prasaga malorum
 Si data mens homini est, ⁶ Tyriis qui ⁶ Gadibus hospes
 Adjacet, Armeniumque bibit Romanus ⁷ Araxem :
⁸ Sub quocunque die, quocunque est sidere mundi,
 Mæret. & ignorat causas, animumque dolentem
 Corripit : Emathiis, ⁹ quid perdat, nescit, in arvis.
¹⁰ Euganeo, si vera fides memorantibus, Augur
 Colle sedens, ¹¹ Aponus terris ubi fumifer exit,
 Atque ¹² Antenorei : ¹³ dispergitur unda ¹² Timavi,
 Venit summa dies, geritur res maxima, dixit :
 Impia concurrunt Pompeji & Casaris arma.
¹⁴ Seu tonitrus, ac tela Iovis prasaga notavit :
 Aëra seu totum discordi obfistere cælo,
 Prospexitque polos : seu lumen in aethere mæstum,
 Solis in obscuro pugnam pallore notavit,
 Dissimilem certe cunctis, quos explicat, egit

1 Lacum
 Theſſaliæ ad
 radicem Oſſæ.
 2 Alii operos,
 inſignes erant
 interdiu te-
 nebræ, in-
 quir Florus.
 3 Quod qui
 utrinque ſce-
 leſto & impio
 fur-bant vo-
 to Interficien-
 di patres fra-
 tresque, non
 potuerunt
 terreri his
 monſtris,
 quinimo frue-
 bantur, &
 omnia hinc
 capiebant
 perpetrandi
 ſceleris quod
 conceperant.
 4 Quid vero
 mirum, ſi hi
 cum loci tum
 mortis vicinia
 (in qua multa
 præſcire ſæpe
 datur) mente
 correpti futu-
 ram cladem
 præſagierint :
 cum & Ro-
 mani paſſim

in extremis orbis partibus degentes eo die mœsti fuissent, neque tamen minoris
 causam scirent? § Lib. 1. v. 496. 6 Inf. extremæ Hispaniæ in qua
 civitas colonia Tyriorum. 7 Armeniæ fl. 8 Sub quocunque coeli plaga.
 9 Libertatem suam, pugna hac in Pharsalicis campis oppressam. 10 Pata-
 vii, C. Cornelius, divitiandi scientia nobilis, cum eo die quo depugnatum
 est, auguria observaret, primo tempus ipsam pugnae notavit, idque iis qui ade-
 rant significavit : deinde ad observanda signa iterum conversus, divino quodam
 furore afflatus exiit, vociferatus, *Vincis & Casar*, &c. Plut. in Cas. Pata-
 vium autem dicti sunt Euganei, Henetis & Trojanis orinndi. 11 Alia, urbs
 in agro Patavino ; Alia, fluvius. Mihi fons videtur esse ex Suet. in Tib. c. 14.
 12 Fl. in regione Venetorum, ad cujus fontem Antenor Troja profugus Pata-
 vium condidisse fertur. Virg. 1 Æn. 13 Septem, alia novem ostia in mare
 exire creditur, qui tamen ipse hodie vix extat. 14 Sive illud è tonitru &
 fulminibus advenit, sive è siderum dispositione, sive è triliti coeli, Solis, aeth-
 erisque facie. Fuit enim ille dies omnibus aliis dissimilis, quem si observassent
 periti ubique augures, non fuerat difficile cladem Pharsalicam in omni mundi
 parte sensisse.

Sit Ducis? aut entum minimo vult sanguine quisquam

Barbarus Hesperis Magnum proponere rebus?

1 Romanos odere omnes, dominosque gravantur,

Quos novore, magis. 2 sed me Fortuna meorum

Commisit manibus, quorum me Gallia testem

Tot fecit bellis. 3 cuius non milisti ensem

Agnoscam? calumque tremens cum lancea transit,

Dicere non fallat, quo sit vibrata lacerto.

Quod si signa 4 ducem nunquam fallentia vestrum

Conspicio, faciesque truces, oculosque minaces:

5 Vicistis. videor fluvios spectare cruoris,

Calcatosque simul Reges, sparsumque Senatus

Corpus, & immensa populos in cade natantes.

Sed 6 mea fata moror, qui vos in tela ruentes

Vocibus hinc teneo. veniam date bella trahenti;

Spe 7 trepido: haud unquam vidi tam magna duros,

8 Tam prope me Superos: camporum limite parvo

Absumus à 9 votis. 10 ego sum, cui Marte peracto,

Qua populi, Regesque tenent, donare licebit.

11 Quone poli motu, quo cæli sidere verso,

Thessalica tantum, Superi, permittitis ora?

Aut merces hodie bellorum, aut 12 pœna paratur.

13 Casareas spectate cruces, spectate catenas,

Et 13 caput hoc positum rostris, effusaque membra,

14 Septorumque nefas, & clausi prælia campi,

Cum 15 duce Syllano gerimus civilia bella,

Vestri cura movet. 16 nam me secuta manebit

Sors quasita manu: fodientem viscera cernet

Me mea, qui nondum victo respexeris hoste.

17 Diis, quorum curas abduxit ab athere tellus,

Romanusque labor, vincat, 18 quicumque necesse

Non putat in victos saxum distringere ferrum,

18 Quisque suos cives, quod signa adversa tulerunt,

minis area? infra y. 147. Quo ne, id est, quoniam. ut l. 10. y. 99.

12 A meis panarum, quæ me & vos pœne & cruciatus manent, si victi fuerimus.

13 Caput hoc meum affixum rostris, qualia Syllanis temporibus facta vidimus.

14 Vide quæ ad y. 196, lib. 2.

15 Pompejo crudelitatem Syllæ, cuius magister equitum fuerat, referenti. lib. 1. y. 326.

16 De vobis sollicitus sum. quid de me faciam, certum est. namque hæc dextra, si non victoriam mihi, necem certe dabit.

17 O dii, Romano huic discrimini intenti, illi è vobis concedite victoriam qui majorem clementiam in victos exerciturus sit.

18 Qui non trevit in eos cives qui contra se arma induerint. qui victis & in suam potestatem redactis parcat. Quod ego usque feci.

1. Imo odere Romanos, quibus gravate serviunt; & eos quam nos impenitus; quos meminerunt sibi servitium hoc imposuisse.

2 Pompejus se hostibus victis, at ego me amicis victoribus, quorum virtus, fides, probitas toties mihi spectata est in Gallicis bellis, credidi.

3 Tela prope singulorum meorum novi.

4 Me.

5 Tam dudum certa vobis in manu est victoria.

6 Victoriam meam.

7 Gestio, exulto.

8 Tam quasi in procieta præfentes & propitios.

9 Victoria expectata.

10 A spe amplissimorum præmiorum eos accendit.

11 Quæ cæli a facie & influxu permittum est Thessaliæ ut sit tanti certa.

1 Pompejus vero, cum ad Dyrrhachium vos gemui valli angustis clausos, & fortitudinem vestram exercere loco iniquo impeditos, oppressisset, ad succurren civis cecidit. l. 6. v. 163.
 2 Nolite hostes fugientes tam inlequi, quam oppositos & pertinaciter in acie resiletes iuvare.
 3 Fugientes civium loco habete. Cæsar quippe multo ante Romæ restatus fuerat, se inter amicos habiturum eos qui ventrem partem sequeretur. Pompejus vero dis-

Non credit fecisse nefas. 1 Pompejus in arcto Agmina vestra loco vetita virtute moveri Cum tenuit, quanto satiavit sanguine ferrum! Vos tamen hoc oro juvenes, 2 ne cadere quisquam Hostu terga velit: 3 civis, qui fugerit, esto. 4 Sed dum tela micant, non vos pietatis imago Vlla, nec adversa conspecti fronte parentes Commoveant: vultus gladio turbate verendos. Sive quis infesto cognata in pectora ferro Ibit, seu nullum violabit vulnere pignus, 5 Ignoti jugulum tanquam scelus 5 imputet hostis. 6 Sternite jam vallum fossasque implete ruina, Exeat ut plenis acies non sparsa maniplis. Parcite ne castris: 7 vallo tendetis in illo, Vnde acies peritura venit. Vix cuncta locuto Casare, quemque suum munus trahit, armaq; raptim Sumpta viris. 8 celeres capiunt presagia belli; Calcatisque ruunt castris: stant 9 ordine nullo. 9 Arte ducis nulla: permittunt omnia satis. 10 Si totidem Magni soceros, totidemque petentes Urbis regna sua funesto in Marte locasses, Non tam precipiti ruerent in prælia cursu. Vidit ut hostiles 11 in rectum exire catervas Pompejus, nullasque moras permittere bello,

cedens ab Urbe in Senatu dixerat eodem se habiturum loco, qui in castris Cæsaris fuissent.
 4 Adversis autem & repugnantibus ne parcite, etiam si fuerint cognati, fratres, verendi patres. 5 Ita legit H. Grotius ex M. S. hoc sensu: Etiam si quis propinquum nullum invenerit quem occidat, eadem ego ignoti cuiusvis tanto in beneficio accipiam, quam si mea causa parricidium fecisset. vel, pro scelere habeat externi hostis jugulum petere, cum propinqui ad manum. Cæteri legunt, impetat, hac mente: Quicumque contra stabit resistetque, ejus jugulum petite, nullo discrimine, cogentur an alienus sit, habitio. Micyl.
 6 Cæsar apud Appianum, Ad pugnam exeuntes diruit moenia, fossas opplete, ut nihil nisi victores abeamus. Videant nos hostes ipsi destitutos castris, sciantque nobis ex necessitate injunctum esse eorum castris potiri, aut in prælio cadere. 7 Tentoria figetis iura vallum Pompeji castrorum.
 8 Festini demolitorum vallum castrorum, tanquam victorie omen capientes suprema Cæsar's verba: Vallo tendetis in illo, unde, &c.
 9 Ino instructis optimo consilio ordinibus procedebant. Dextro enim cornu, ubi erat decima legio, præfuit Sylla, & ipse Cæsar contra Pompejum (supra v. 217.) restitit: Antonius sinistram coram tenebat, ubi legio Nona adjecta Octavæ: in media acie erat Co. Domitius. Ne vero à multitudine equitum circumveniretur, celeriter ex tertia acie singulas cohortes detraxit, atque ex his quartam instruit, equitumque opposuit, &c. Comment. civilis belli 3.
 10 Ex celeritate ruebant in prælium, ac si singuli fuissent Cæsares; singuli sibi hac pugna regnum appetissent.
 11 Recta ex adverso in se tendere.

*Sed Superis placuisse diem : stat corde¹ gelato ,
Attonitus : tantoque Duci sic arma timere ,
2 Omen erat. 3 premit inde metus , totumque per-*

*agmen
Sublimi proveltus equo : 4 Quem flagitat, inquit ,
Vestra diem virtus, & finis exilibus armis ,
Quem quisistis, adest. totas effundite vires ;
Extremum ferri superest opus, unaque gentes
Hora trahit. 5 quisquis patriam, carosque penates,
Qui sobolem, ac thalamos, desertaque pignora quatit,
Ense petat : medio posuit deus omnia campo.*

*7 Causa jubet melior Superos sperare secundos :
Ipsi tela regent per viscera Caesaris, ipsi
Romanas sancire volent 8 hoc sanguine 9 lezes.*

*10 Si socero dare regna meo, mundumque pararent ,
Præcipitare moam fatiis posuere senectam.*

*Non iratorum populis Urbique deorum est
Pompejum servare ducem. 11 qua 12 unscere possent
Omnia contulimus. 13 subiere pericula clavis
Sponte viri, sacraque antiquus imagine miles.*

*14 Si Curios his fata darent, reduceisque Camillos
Temporibus, Deciosque caput fatale vorventes ,
Hinc starent. 15 primo gentes oriente coacta ,
Innumeraque urbes; quantas in prælia nunquam
Excivere manus. 16 toto simul utimur orbe.*

*17 Quicquid Signiferi comprehensum limite cæli
Sub Noton, & Boream hominum sumus, arma mo-*

*18 Nonne superfluis collectum cornibus hostem
In medium dabimus? paucas victoria dextras
Exigit : at plures tantum clamore caterva
Bella gerent. Caesar nostris non sufficit armis,*

luerunt. 11 Tanta præterea potentia, tam ingentes apparatus, &c. Pompejus apud App. 12 Victoriam conferre. 13 Totque præcellentibus stipati viris, quorum pars Senatorii ordinis est, pars Equestris, &c. Pomp. apud App. Reges item, tetrarchæ, dyastæ, multique alii nobilitate & gravitate venerandi. 14 Si jam Curios, Camillus, Decii (de quibus dictum. l. 2. v. 544. l. 6. v. 787. & l. 2. v. 308.) in vivis essent, continentissimi illi viri & constantissimi patriæ assertores, à nostra parte starent. 15 Ultima ex Asia adsunt auxillares. 16 Totius orbis viribus. 17 Ex omni pop. subiecto Zodiaco, ab extremo Noton ad ultimum Boream degentes habemus auxilia. 18 Annon facile erit expansa acie & equitaru circumvenite hostes vobis numero longe cedentes ? Cæsar habuit cohortes 80, quæ summa erat 22000, quem numerum Pompejus duplo superabat, præter externos, Cæsari erant 1900 equites, Pompejo 7000.

1 Formidine.
lic supra de
Cæsare, v. 242.

2 Inauspicium.

3 Supprimat, dissimulat. premit altum corde timorem.

4 In discrimen rerum.

5 Ultimus belli labor.

6 Sibi quisque reditum ad suos esse in hoc proelio struat.

7 Scientia (inquit Pompejus apud Appianum) causæ vobis optima, præliberata enim & paria pugnamus. iure legum trecti, opimone recta, totque præcellentibus stipati viris, &c.

8 Cæsaris.

9 Libertatem.

10 Si orbis imperium in Cæsarem conferre statuisset dii, me certe patriæ libertatis defensores, è vita sustulissent : Me vero propitii in vivis retinere vo-

1 Credite matronas Romæ & Senatores per ætatem ardua sequi impotentés, ipsam urbem timentem ne libertatem amittat, cives jam viuentes & postmodo nascituros, ne denique cum conjugè & liberis supplicem, si fas est, implorare operam vestram hodie strenuè navatam.

2 Futurâ, posterâ.

3 Præfens.

4 Res, quæ vobis debent esse charissimæ, uxores, Senatû, Romam, libertatem vestram & posteritatis.

5 Exilio, imo ipsa morte foediorém graviorémque servitutem deprecor, in senectute multo magis gravem & sub ipsa vitæ meæ clausula.

6 Si quidem

vere Pompejus timeret, ne interiret Rom. libertas, vel si Rom. virtus vere tim. Metus tyrannidis Pompejanor: spes summi in perit Cæsarianos. 8 Hoc procijsium eam hominum cædem dabit, cni restituendæ non sufficient omnes anni insequentes, etiam in pace perpetua acti. 9 Quatuorvis. 10 Et auferet venturæ ætatis prolem, sublatis iis, qui sobolem propagassent. 11 Vix fidem inveniet apud posteros nomen & gloriam Italiæ tantam fuisse. 12 Italiæ urbem in via Prænestina, à Româ xx M. pass. 13 Etruriæ oppid. xvij M. pass. ab Vrbe. 14 Latil populi inter Velitram & Senam. 15 Longam Albam à Tullio Hostilio everfam dirutamque. 16 Laurentum, oppid. Latil maritimum, regiam Latui. 17 Omnes has urbes desolatas & vastas tantam fuisse. 18 Ipsi Senator coactus, vel nocte, qua coactæ urbes Latior 47 ejus sacri participes conveniant. 19 Neque has urbes edax venturæ abstulit; sed civ. bel. in culpa. l. 1. v. 24.

1 Credite pendentes è summis mœnibus urbis Crinibus effusis hortari in praelia matres. Credite grandævum, vetitumque atate Senatû Arnas sequi, sacros pedibus prosternere canos: Atque ipsam domini metuentem occurrere Romam. Credite qui nunc est, populû, populûque futurû Permissas afferre preces. 2 hac libera nasci, 3 Hac vult turba mori. si quis post 4 pignora tanta Pompejo locus est, cum prole, & conjugè supplex, Imperii salva si majestâte liceret, Volveret ante pedes. Magnus, nisi vincitû, exul, Ludibrium soceri, vester pudor, 5 ultima fata Deprecor, ac turpes extremi cardinu annos, Ne discam servire senex. Tam moesta locuti Voce duci flagrant animi, 6 Romanaque virtus Erigitur, placuitque mori, si vera timeret.

Ergo utrimque pari concurrunt agmina metu Irarum: 7 metus hos, regni spes excitat illos.

8 Ha facient dextra, quicquid non expleat atas Vlli, nec humanum reparet genus omnibus annis;

9 Ut vacet à ferro, gentes Mars iste futuras Obruet, 10 & populos avi venientis in orbem Erepto natale feret. 11 tunc omne Latinum

Fabula nomen erit: 12 Gabios, 13 Vejoseq, 14 Coramque Pulvere vix tecta poterunt monstrare ruina,

15 Albanosque lares, 16 Laurentinosque penates

17 Rus vacuum, quod non habitet nisi 18 nocte coacta Invitus, questusque Numam jussisse, Senator.

19 Non alius hac carpsit edax, monumentaque rerum Putria destituit: crimen civile videmus,

Tot vacuas urbes. Generis quo turba redacta est

Humani? toto populi qui nascimur orbe,
 Nec muros implere virū, nec possumus agros.
 Vrbs nos una capit: 1 vincito foffore coluntur
 Hesperia segetes: stat tellis putris avitis
 2 In nullos ruitura domus: nulloque frequentem
 Cive suo Romam, sed 3 mundi face repletam,
 Cladis eo dedimus, ne tanto in tempore bellum
 Iam posset civile geri: 4 Pharsalia tanti
 Causa mali. 5 cedant feralia nomina Cannæ,
 Et 6 damnata diu Romanis Alia fastis.
 7 Tempora signavit leviorum Roma malorum:
 Hunc voluit nescire diem. prô tristia fata!
 8 Aëra pestiferum tractu, morbosque fluentes,
 Insanamque famem, permissasque ignibus urbes,
 Mœniæque in præceptis laturos plena tremores
 Hi possent explere viri: 9 quos undique traxit
 In miseram Fortuna necem. 10 dum munera longi
 Explicat eripiens ævi, populosque, ducesque,
 Constituit campis: per quos tibi Roma ruenti
 Ostendat quam magna cadas. 11 quo latius orbem
 Possedit, citius per prospera fata cucurrit.
 12 Omne tibi bellum gentes dedit omnibus annis:
 Te 13 geminum Titan procedere vidit 13 in axem.
 14 Haud multum terra spatium restabat Eoa,
 Ut tibi nox, tibi tota dies, tibi curreret ather.
 Omniaque errantes stella 15 Romana viderent.
 16 Sed retro tua fata tulit par omnibus annis
 Emathia funesta dies. 17 hac luce cruenta
 Effectum ut Latios non horreat India 18 fasces,

1 Agros servilia compedibus
 vincita colunt,
 dominis civili
 bel. extinctis.
 2 Ut quæ in-
 colis destituta
 sit.

3 Colluvie
 omnium geo-
 tium. Iuven.
 Sat. 3. v. 61.
 quota portio facit
 Achææ, &c.

4 Ea in Phar-
 salicis campis
 clades sustulit
 omnem exinde
 civis belli se-
 getem, tam
 parvo civium
 numero super-
 stite.

5 Cladi huic
 Pharsalicæ ce-
 dant Cannæ.

(l. 2. v. 46.)

6 XVII Kal.
 Sextiles, Al-
 liensis in fastos
 (de quibus l. 7.
 v. 5.) relatus
 inter atros
 dies, quod eo
 die Trib. mil-
 legiones ad Al-
 liam fl. edu-
 ceutes, à Gallis

vidi sunt & Urbem amiserint.

7 Fasti loquuntur leviores illas clades Alliensis & Caneusem, tacent hanc Pharsalicam gravem & tristem memoratu.

8 Sufficissent hi qui in prælio Pharsalico ceciderunt reparandis damnis humani generis è peste & morbis contagiosis, è fame, incendiis, terræ motibus.

9 Quos ab omni orbis terrarum parte in unam hanc cladem contractas protrivit fortuna.

10 Dum una quasi syopis explicitas fortuna rursus eripuit tot maltorum annorum victorias & triumphos.

11 Breviori gyro Roma è summa rerum cecidit, quam quo tam amplum nata fuerat Imperium.

12 Singulis annis singula bella tibi adjecerunt alias post alias gentes.

13 Ad Septentrionem, & meridiem.

14 Restabant Parthi tantum & Indi armis subigendi, ut ab Oriente ad Occidentem univesus terrarum orbis Rom. imperio subiceretur.

15 Romanis subdita.

16 Sed nunc hic Thesalici prælii dies tot retro annorum foelicia fata subvertit.

17 Hoc prælio factum est, ut Romani Imperii majestas & gloria fieret contemptior apud exterarum gentes, Indos, Daas, Sarmatas, Parthos.

18 Coll. summum Imperium.

- 1 Neque Scythiæ pop. ἀμαξ. ζοφορται; vagis urbes constituitur Consul.
- 2 Neque Sarmatis urbis loca designet Consul succinctus, quod fiebat aratro, subjunctis vacca & tauro, fuleum ducente ubi mœcia ponerentur.
- 3 Quod Romani non ultimi sunt Crassos caesos, legiones victas & signa ablata. lib. 1. v. 10.
- 4 Quod periit nobis libertas, fuga extra Romam, Imperii terminos avesta, fugiens civile nefas, nunquam reditura.
- 5 *Tanaim* legi oportere videtur, propter *Scythicum* quod sequitur, & cui convenit, ut *Rhenus Germanum*. Parthi ultra Tigrin agnovissent regem: ut innox v. 445. Scythæ ultra Tanaim liberi erant.
- 6 Mortis discrimine, dum tyrannus e medio tollere aggredimur.
- 7 Libertas; bonum quo fruuntur Germani & Scythæ.
- 8 Quam libertatem utinam Romani non novissent unquam; sed ab Urbe condita ad hæc usque Thessalicæ cladis tempora sub regibus servissent.
- 9 Vbi augurio captato de nomine novæ urbi imponendo, Reino sex vultures apparuerunt, Romulo 12, atque illius tempus hujus speraret numerus.
- 10 Ad quod asylum in luco, à Romulo ad augendum imperium; apertum confugere servi, iudicis obnoxii, scelerati. *Aut pastor fuis, aut illud quod dicere volo.* Iuv. Sat. 8. v. ult.
- 11 De Junio Bruto, qui ejecto Tarquinio ult. regum libertatem inulit, quam diu retentam amittere jam grave est, libet queri.
- 12 Quid prodest summa æquitate sub legibus vixisse, & col. quorum nominibus numerantur signanturque anni? l. 5. v. 5.
- 13 Qui semper regibus paruerunt.
- 14 Nos omnium postremi in id jugum ex libertate incidimus, quod non nisi gravate & cum pudore perpetimur.
- 15 Frustra, ut video, deos esse credimus, frustra timemus lovem, si quidem hæc scelera non curet vindicare, si quidem hæc tam lenus videat, tam lenus puniat. *Vitam regit fortuna, non providentia.*
- 16 *Ferunt summos fulmina montes.* Sed quid montes merere patii? quia Cæsar potius fulmiatur?
- 17 Et cur Cæsar caput reservatur potius Cassii (unius & percussoribus Cæs.) ferro, quam tuo fulmine jam feritur?
- 18 Iupiter repulit Solem in ortu, execratus scelus Atræi in fratrem; (vide Senecam Thyestem & quæ nos ad ult. chorum) cur non idem hic facis, detestatus præsentia hinc inde tot parricidia?
- 1 Nec vetitos errare Das in mænia ducat:
- 2 Sarmaticumque premat succinctus Consul aratrum:
- 3 Quod semper savas debet tibi Parthia pœnas,
- 4 Quod fugiens civile nefas, redituraque nunquam Libertas, ultra s Tigrin. Rhenumque recessit, Ac, tortes nobis⁶ jugulo quaesita, negatur,
- 7 Germanum, Scythicumq; bonum: nec respicit ultra Ausoniam: ⁸ vellem, populi incognita nostris:
- 9 Vulturis ut primum laevo fundata volatu Romulus ¹⁰ infanti complevit mænia luco, Usque ad Thessalicas servisses Roma ruinis.
- 11 De Brutis, fortuna, queror. 12 quid tempora legum Egimus, aut annos à Consule nomen habentes?
- 13 Arabes, Medique, Eoque tellus, Quam sub perpetuis tenuerunt fata Tyrannis.
- 14 Ex populis, qui regna ferunt, fors ultima nostra est, Quos servire pudet. Sunt nobis nulla profecto Numina: ¹⁵ cum cæco rapiantur secula casu, Mentimur regnare lovem, spectabit ab alto Æthere Thessalicæ, teneat cum fulmina, cades?
- 16 Scilicet ipse petet Pholoen? petet ignibus Oeten, Inmeritaque nemus Rhodopes; pinusque minanteis?
- 17 Cassius hoc potius fertet caput? ¹⁸ astra Thyestæ

Abstulit, & subito damnavit noctibus ¹ *Argos:*
Tos similes fratrum gladios, patrumque gerenti
Thessalia dabit ille diem? mortalia nulli
Sunt curata deo. ² *cladis tamen huius habemus*
Vindictam, quantam terris dare numina fas est.
³ *Bella pares. Superis facient civilia divos:*
⁴ *Fulminibus* ⁵ *manes, radiisque ornabit, & astris,*
⁶ *Inque deum templu* ⁷ *jurabit Roma per umbras.*
Vi rapido cursu fati suprema morantem
Consumsere locum: ⁸ *parva tellure diremti,*
⁹ *Inde manum spectant, vultusque agnoscere quarunt.*
Quo sua pila cadant, aut qua sibi fata minentur,
Facturi qua monstra forent. videre parentes
Frontibus adversis, fraternaque cominus arma,
Nec libuit ¹⁰ *mutare locum: tamen omnia torpor*
Pectora constrinxit: gelidusque in viscera sanguis
Perculsa pietate coit: totaque cohortes
Pila parata diu tensis tenuere lacertis.
¹¹ *Dii tibi non mortem, qua cunctis pœna paratur,*
Sed sensum post fata tua dent, ¹² *Craſtine, morti.*
Cujus torta manu commisit lancea bellum,
Primaque Thessaliana Romano sanguine tinxit.
O praeceps rabies, cum Caesar tela teneret,
¹³ *Inventa est prior ulla manus!* ¹⁴ *tunc stridulus aë*
Elisus lituis, conceptaque classica cornu:
Tunc ausa dare signa tuba: tunc athera ¹⁵ *tendit,*

¹ Mycenae Argis vicinas, Pelopidarum sedem.

² Ironice.

³ Bellum hoc rerum summam deferret Imperatoribus, qui in deorum numerum referentur.

⁴ Haec propter fulmina. ² ode Horat. & Stellam cristallam, quae per septem dies continuo fulsit, credita Caesaris in caelum recepti animam. Suet. Caes. cap. 88. Virgil. 9 Eclo. quia & simulachro Caesaris stellam in vertice addiderunt.

⁵ Animam Caesar.

⁶ Emphatica Ironia: quasi praefentiora sint numina umbrae Imperatorum quam

ipsi dii. ⁷ *Iurandaque sumis per nomen populum avas.* Hor. 1 epist. lib. 2.
⁸ Vbi jam loyer duas acies tantum erat relictum spacia, quantum satis esset ad concursum utriusque exercitus: subit recordatio affinitatis, & poenitentiae iudicia manarunt lacrynae. ⁹ Multitudinem exposuit Micillus. Supra Y. 320. dixerat Caesar se agnoscere suos ex ensibus & lanceis singulos, iusseratque non parcere suis. Quid igitur si ita intelligamus? circumspiciunt utriusque in quem in adversa acie agnoscant ex armis telisque aut vultu, ut habeant in quem pila mittant, amicorum, hospitem, cognatorum caedes, imo monstrosa parricidia perpetraturi. ¹⁰ Recedere aut progredi. *Itala natio*, inquit Appianus, *magno silentio immota restitit.* ¹¹ Imprecatur poeta aeternas poenas sensumque mortis Craſtino, qui commisit acies. ¹² Erat hic Craſtino in exercitu Caesaris evocatus, h. e. emeritus miles, qui in gratiam Imperatoris iterum sponte militabat. Is signo dato, *Sequitur me*, inquit, *manipulares mei qui fuistis.* & *vestro Imperatori quam constituistis operam date*, &c. simul respiciens Caesarem; *Faciatis*, inquit, *hodie, Imperator, ut aut vobis mihi aut mortuo gratias agas*, &c. Com. 3 Caes. qui nox adacto in os gladio, sic inter cadavera reperitus, libidinem ac rabiem qua pugnauerat, ipsa novitate vulneris praeferebat. Florus lib. 4. cap. 2. ¹³ Promptiorum in pugnā quam ipsius Caesaris? ¹⁴ Staium, inquit Appianus, lituorum sono & tubarum clangore acuntur in praelium. nec non praefecti hinc inde discurrentes, exercitum per partes hortabatur. ¹⁵ Implent,

1 Concurrē-
tium clamor
peruenit ad
convexa coeli;
vel (ut constet
poëtae nume-
rus montium)
Olympi mon-
tis Theſſaliæ,
qui secundam
aëris regionem,
in qua nubes
& tonitrua,
cacuminae su-
perat.
2 Mons Thra-
ciæ. L. 6. v. 576.
3 Resonum
clamorem &
Echo reddide-
runt cavernæ
Pelii montis
Theſſaliæ.
4 Mons Theſ-
ſaliæ.
5 Mons Thra-
ciæ libro 1.
v. 679.
6 Milites pu-
gantes expa-
vere resonos
repercussoſque
à montibus
ſuos clamores.
7 Alii certa
ferite, alii irri-
ta errare ſua
tela voluit.
8 Minimum

1 Extremique fragor convexa irrupit Olympi:
Vnde procul nubes, quo nullâ tonitrua durant.

Exceptit resonû clamorem vallibus 2 Amus.

3 Peliaciſque dedit rursus geminare cavernis:

4 Pindus agit gemitus, 5 Pangaaque saxa resultant,

4 Oetaaque gemunt rupes, 6 vocesque furoris

Expavere ſui tota tekure relatas.

7 Spargitur innumerum diverſis miſſile votû.

7 Vulnere pars optat, pars terra figere tela,

Ac puras ſervare manus. rapit omnia caſus;

Atque incerta facit, quos vult. Fortuna nocentes.

8 Sed quota pars cladi jaculi, ferroque volanti

Exacta eſt? odiis ſolus civilibus enſis

Sufficit, & dextras Romana in viſcera ducit.

9 Pompeji denſis acies ſtipatâ catervis,

lunxerat in ſeriem nexû umbonibus arma.

Vixque habitura locum dextras, ac tela movendi

Conſtiterat, gladiosque ſuos compreſſa tenebat.

Præcipiti curſu veſanum Caſarû agmen

In denſos agitûr 10 cuneos: perque arma, per hoſtens

Quarit iter, qua torta graves lorica 11 catenas

Opponit, tutoque latet ſub tegmine peſtus.

Hac quoque perventum eſt ad viſcera: totq; per arma

12 Extremum eſt quod quiſque ferit. civilia bella

13 Vna acies patitur, gerit 14 altera: frigidus inde

15 Srat gladius; calet omno nocens à Caſare ferrum.

16 Nec fortuna diu rerum tot pondera vergens,

Abſtulit ingentem fato 17 torrente ruinas.

18 Vt primum toto diduxit cornua campo

tamen cædis à ſagittis & jaculis, multo maximum à gladiis.

9 Clypeis junctis teſtudine facta, ad excipienda tela & primum excuſum inſtrigendum, conſtitit acies

Pompejana ex præcepto ipſius. Caſaris itaque milites, cum à Pompejanis non

concurrî viderent, uſu periti, ſua ſponte curſum repreſſerunt, & ad medium

fere ſpatium conſtiterunt; ubi parvo intermiſſo temporis ſpatio, reſpiratione

facta, reſumptis viribus renovatoque curſu, pila miſerunt, celeriterque gladios

ſtrinxerunt. Neque vero Pompejanû hinc rei deſerunt. nam & tela excepe-
runt, & impetum legionum tulerunt, & ordines conſervarunt, pilisque miſſis

ad gladios redierunt. Com. 3 de civili bello. 10 Vide lib. 6. v. 184.

11 Hamos & licia lorice, que conſerta eſt ex annulis ſeu carenullis.

12 Iuſſima pars. 13 Pompejana. 14 Caſariana. 15 A Pompejana

parte. 16 Nec fortuna belli erat diu anceps: ſtatim ad Caſarem inclinavit.

17 Præcipit & declivi inſtar torrentis. 18 Equites à ſiniſtro Pompeji cor-
nu, univerſi procurſerunt; omniſque multitudo ſagittariorum ſe profudit.

quozam impetum noſter equitatus non tulit, verum paulum loco motus ceſſit.

equites Pompejanû hoc actius inſtare & ſe turmatim explicare, aciemque no-
ſtram à latere aperto circuite cœperunt, &c. mox ad v. 521.

Pompejanus eques, bellique per ultima fudit :
 Sparsa per extremos¹ levis armatura² maniplos
 Insequitur, savasque manus immitit in hostem.
 Illic quaque suo miscet gens prælia telo :
 Romanus cunctis petitur cruor : 3 inde sagitta,
 Inde faces, & saxa volant, 4 spatioque soluta
 Aëris, & calido liquefacta pondere glandes.
 Tunc & 5 Ituræ, Medique, Arabesque, soluto
 Arcuturba minax, 6 nusquam rexere sagittas,
 Sed petitur solus, qui campis imminet ær :
 Inde cadunt mortes : 7 sceleris sed crimine nullo
 Extremum maculant thalybem, stetit omne coactum
 Circa pila nefas : ferro subtexitur 8 ather,
 Noxque super campos telis conferta pependit.
 9 Tum Cæsar metuens, ne frons sibi prima labaret
 Incurso, tenet obliquas post signa cohortes :
 Inque latus belli qua se vagus hostis agebat,
 Immittit 10 subitum non motis cornibus 10 agmen.
 11 Immemores pugna, nulloque pudore timendi
 Præcipientes fecere palam, civilia bella
 Non bene barbaricis unquam commissa catervis.
 12 Vt primum sonipes transfixus pectora ferro,
 In caput effusi calcavit membra regentis :
 Omnis eques cessit campis, glomerataque pubes
 In sua conversis præceps ruit agmina frenis.
 13 Perdidit inde modum cades, ac nulla secuta est
 Pugna : 14 sed hinc jugulis, hinc ferro bella geruntur.

exarsit quam cum Balearica plumbum Funda jacit, volat illud, & incandescente
 cendo : Es, quos non habuit, sub nubibus invenit ignes. Ovid. Metam. 2.

5 Supra Y. 230. 6 In nullum direxere adversas : sed in ærem misere,
 unde cadereat letiferæ. 7 Sed scelere vacabant hæ sagittæ ab externis
 gentibus in Romanos missæ : nefas cumularum admiserunt civium utrinque
 pila. 8 Telorum inde obductus. In umbra itaque (inquit Lacon) pu-
 gnabitur. 9 Vbi Cæsar advertit equitarum suum impetum Pompejano-
 rum equitum & sagittariorum non ferre, quartæ aciei, quam ex cohortium
 numero instituerat, ut subsidio esset equitarii & dextro cornui, signum dedit.

illi celeriter procurrentes tanta vi in Pompeji equites, fecerunt, ut eorum
 nemo consisteret, omnesque conversi incitata fuga montes peterent. quibus
 summotis omnes sagittarii & funditores destituti inermes sine præsidio inter-
 fekti sunt. 10 Cohortes illas subsidiarias quartæ aciei, è 3000 pedi-
 tibus. 11 Pompejani equites auxiliares terga vertentes, ostenderunt ci-
 villis belli momentum non bene creditum fuisse his externis & barbaris.

12 Vbi equi Pompejanorum, quartæ illius aciei telis faucii, excusserunt
 probos sessores ; fugam capessunt equites. 13 Non temperatum est
 cædibus. 14 Iugulatur Pompejani, cadunt Cæsariani, vide quæ ad
 Y. 617, infra.

1 Levis arma-
 turæ milites,
 Ferentarii, Sa-
 gittarii, Fun-
 ditores, Bali-
 starii. Veget.
 lib. 2.

2 Manipulus
 prope est con-
 tubernium mi-
 litum, qui con-
 junctis quasi
 manibus dimi-
 cabant : tripe-
 sima pars le-
 gionis.

3 A militibus
 levis armatu-
 ræ.

4 Per attritio-
 nem aëris in-
 termedii ex-
 veloci motu li-
 quefactæ sunt
 pilæ plumbeæ
 in figuram glâ-
 dium fornax
 tæ, & fundis
 emisæ. Motu
 autem accensos
 colliquefcere
 plumbeos sa-
 gittarum mu-
 cronos, fatetur
 Aristot. lib. de
 coelo & Me-
 teor. Non secus

1 Nec suffi-
ciunt Cæsariani
consciendis
Pompejanis,
utpote quorum
multo maior
numerus.

2 Nec Roma-
no sanguine
ruberent fluvii.
3 Barbarorum,
externorum.

4 Tegat, spar-
gat.

5 Istis exter-
nis gentibus
parce, ut fiat,
qui bello fini-
to, civitate do-
nati Romam
teneantur.

6 Populi Afre
juxta Paphla-
goniam, Gal-
logreci.

7 Occidui or-
bis incolæ Hi-
spani.

8 Vbi à pau-
cis trepidari
cepit, omnes
in fugam
ruunt. quod
Cæsari victorię
momentum de-
dit. Tunc, in-
quit Florus,
terrore lacus da-
to, turbantibus

1 Nec valet hac acies tantum prosternere, quantum
Inde perire potest. Vtinam, Pharsalia, campis

2 Sufficiat cruor iste tuus, quem barbara fundunt
Pectora, 2 non alio mutantur sanguine fontes.

3 Hic numerus totos tibi 4 vestiat ossibus agros :

Aut si Romano compleri sanguine mavis,
5 Istis parce precor : vivant 6 Galatæque, Syrique,
Cappadoces, Gallique. 7 extremique orbis Iberi,
Armenii, Cilices : nam post civitibus bella

Hic populus Romanus erit. 8 Semel ortus in omnibus
It timor, & fatis datus est pro Cæsare cursus.

Ventum erat ad 9 robur Magni ; mediasque ca-
tervas.

Quod totos 10 errore vago perfuderat agros :

* Constitit hic bellum, fortunaque Cæsaris 11 hesit.

12 Non illic Regum auxiliis collecta juvenus

Belli gerit, ferrumque manus movere 13 rogata :
Ille locus fratres habuit, locus ille parentes.

14 Hic furor, hic rabies ; hic sunt tua crimina, Cæsar.

15 Hanc fuge mens partem belli, tenebrisque re-
linque,

Nullaque tantorum discat, me vato, malorum,

Quam multum bellis liceat civilibus, atas.

Ah potius pereant lacryma, pereantque querela.

Quicquid in hac acie gessisti, Roma, 16 tacebo.

Hic Cæsar, 17 rabies populi, stimulusque furoris,

Ne qua parte sui pereat scelus, agmina circum

It vagus, atque 18 ignes animis flagrantibus addit.

in vicem copis, reliqua strages quasi una manu facta est. Nec ulla res magis exi-
tio fuit, quam ipsa exercitus magnitudo. 9 Firmissimas copias que erant

circa Pompejum. Cohortes illæ quartæ aciei eodem quo fuderant equitatum
imperu, sinistrum coram. * Pugnansibus etiam tum ac resistensibus in acie

Pompejanis, circumierunt, eosque à tergo sunt adorti. Et tertiam aciem, quæ
quieta hucusque fuerat, Cæsar procurrare iussit, quos recentes cum Pompejani
sustinere non possent, univèrni terga verterunt. Comment. 3 civilis belli.

10 Certamine multipli. 11 Retardata est. 12 Non hic steterunt
reges focii, auxiliares copis & Senatus ; sed Romani utrinque milites iidemque
cognati, fratres, patres, filii. 13 Præfert hanc lect. è manu scripto H. Gro-
tius. videtur tamen loqui de copiis sociorum. feratur, itaque & altera lectio

rogata, id est, exorata & accitæ ad supplicia ferendas. 14 Inter cives,
cognatos, &c. 15 Per Apostrophien ad se ipsum, fingit se prætermis-
sum horrendam civilis hoc in loco pugne faciem, quam tamen maxime &
vimum exaggerat. 16 Ne questu recrudescat dolor. 17 Oestrum

Bellonæ, incitator suorum circumquaque percurrit. 18 Incitamenta
crudelitatis.

¹ *Inspicit & gladios, qui toti sanguine manent,
 Qui niteant primo tantum mucrone cruenti,
² Qua presso tremat ense manus, quis languida tela,
 Quis contenta ferat, ³ quis præstet bella jubenti,
 Quem pugnare juvet, quis vultum cive perempto
 Mutet: obit latis projecta cadavera campi.
⁴ Vulnere multorum totum fusura cruorem
 Opposita premit ipse manu. quacunq; vagatur
 Sanguineum veluti quatiens ⁵ Bellona ⁶ flagellum,
⁷ Bistonas aut Mavors agitans, si verberare savo
 Palladia stimulet turbatos ⁸ agide currus,
⁹ Nox ingens scelerum, & cades oriuntur, &
 instar*

*Immensa vocis gemitus, & pondere lapsi
 Pectoris arma sonant, confractique ensibus enses.
 Ipse manu ¹⁰ subicit gladios, ac tela ministrat,
¹¹ Adversosque jubet ferro confundere vultus.
 Promovet ipse acies: impellit terga suorum:
 Verbere conversa cessantes excitat hasta.
 Ita plebem vetat ire manus, monstratque Senatum.
 Scit cruor ¹² Imperii qui sit, qua viscera ¹³ legum:
 Vnde petat Romam, ¹⁴ libertas ultima mundi
 Quo steterit ferienda loco. ¹⁵ permista secundo
 Ordine Nobilitas, ¹⁶ venerandaque corpora ferro
 Vrgentur: cadunt Lepidos, caduntque Metellos,*

¹ Advertit quo animo, quibus viribus, quo vultu quisque pugnet.
² Quis timide & quasi invitus feriat, quis alacriter.
³ Quis iussa potius quam voluntate pugnet.
⁴ Suorum bene, an adversariorum crudeliter?
⁵ Belli dea, Martis sotor, furialis Euyō.
⁶ Quo bellantes instigare fingitur.
⁷ Thracas, à Bistone urbe & stagno, cui bellicosæ genti Mars præsidere creditur. Grævumque patrem Gericis qui præsidet agnis. Virgil. 3 Æneid.

⁸ Scutum seu lorica Palladis, in quo caput Medusæ homines in lapides convertens. & respicere videtur ad Palladis apparatus & suppetias contra Martem, Venerem & Troas. Hom. Iliad. 6. ⁹ Confusio cæca, nullo habito discrimine. ¹⁰ Subjicit, subministrat. ¹¹ Multus in eo proelio Cæsar fuit, mediusque inter imperatorem & militem. Voces quoque obequitantis exceptæ; altera cruenta sed docta & ad victoriam efficax; *Niles facies feri*: altera ad iactationem composita; *Parce civibus*. Florus, præceperat Cæsar suis, ut tela in ora & facies adversariorum intentarent, fore enim ut juvenes formosæ faciei suæ timentes, vultus tegetent vel averterent. Sed stratagemata hoc, consilio tam levi, vix tanto Imperatore dignum videntur Iano Rurgerio lib. 1. Var. lect. cap. 4. longe itaque aliud fuisse consilium putat. Cæsarem scilicet veritum ne suorum militum ardor, conspectis popularibus & propinquis deservesceret: imperasse ut vultus eorum ferro turbarentur; ne agnoscerentur, & hinc faciunt quæ supra p. 326, & 467, & infra p. 627. ¹² Senatus scilicet quo fuso expeditior sibi ad summum imperium sternatur iter. ¹³ Alii *regum* habent, qui seorsim apud sua quisque auxilia. H. Grotius emendare autus est *viscera legum*, Metaphorice de Senatu. Alii legunt *verum*. ¹⁴ Libertatis propugnatores summi & ultimi. ¹⁵ Equitibus permistus Senatus, tres enim Rom. ordines, Patritius, Equester, Plebejus. ¹⁶ Nobiles illustrium familiarum viri, eujusmodi paucos enumerat, Lepidos, Metellos, Valer, Corvinos, Manlios Torquatos.

1 Qui legum regum, multum torquentur ut Torquata nomina concilient regibus. Alii intelligunt reges torquatos **Τορκατα** duces torquibus ornatos. Alii familiam Manliorum cui cognomen Torquati à torque detracta Gallo cæso, qui eum in singulare certamen provocaverat. Liv. lib. 7. A. Gell. lib. 9. cap. 13. & regium illud infigens Torquatis convenire voluit. Grotius emendat legum, ut modo v. 579, legum nomina,

Corvinosque simul, 1 Torquataque nomina legum,
 2 Sape duces, summosque hominum. te Magne, remoto.
 3 Illic plebeja contectus casside vultus,
 Ignotusque hosti, 4 quod ferrum Brute tenebas?
 O decus imperii. spes ô supremâ Senatus,
 5 Extremum tanti generis per secula nomen,
 6 Ne rue per medios nimium temerarius hostes,
 7 Nec tibi fatales admoveris ante Philippos,
 Thessalia periture tua. nil proficis istic
 Casaris intentus jugulo: 8 nondum attigit arcem
 Iuris, & 9 humanum culmen, quo cuncta reguntur,
 Egressus, meruit satis tam nobile letum:
 Vivat, & ut Bruti procumbat victima, regnet.

Hic patria perit omne 10 decus: jacet aggere magna
 Patritium campis commissa plebe cadaver.
 Mors tamen eminuit clarorum in strage virorum
 11 Pugnacis Domiti, 12 quem clades fata per omnis
 Ducebant. 13 nusquam Magni fortuna sine illo
 Succubuit: victus toties a Casare, 13 salva
 Libertate peris: tunc 14 mille in vulnera latus
 Labitur, ac 15 venia gaudet caruisse 15 secunda.
 Viderat in crasso versantem sanguine membra

hoc est, liberæ respubllicæ. Hanc si admittamus correctionem; concipio, Torquatos severissimos assertores legum dicit, sicut Manliana imperia, severa illa & rigida, propter filium securi ferri jussu, &c. Liv. lib. 8. vel respici ad libertatem & Consulare imperium, quod noster legum nomine sæpe exprimit. supra v. 440. & lib. 9. v. 267, 385, 560. Nomina autem Torquata, id est, ipsos Torquatos, ut mox v. 589. Nodum vero solvisse litemque sustulisse videtur, qui legit, Torquataque nomina regum Sape duces, Lepidos scilicet Metellos, Corvinos, Torquatos, illustres viros, quorum auspiciis, Reges ipsi sæpe militaverint. Sic l. 8. v. 207. & l. 10. v. 136. & l. 9. v. 188. 2 Cædunt tribunos, consulares, seuatores, summos omnes, excepto Pompejo. 3 Illic Marcus Brutus plebejis armis reclusus laruit Cæsarianos, jussus petere viros principes, modo v. 578. 4 Quo postmodo Cæsarem eras occisurus, ut libertatem restitueres. 5 Ultime gentis Brutorum à Iunio Bruto, qui reges exegit, ortorum, quem tamen absque virili stirpe periisse, refert Dion. Halicarn. 6 Parce tibi, neque per temeritatem accerse tibi mortem præmaturam. reserva te ad facinus oportuniore tempore perpetrandum. 7 Non in hoc civili bello in Pharsalia, sed altero & 2uo, in Philippis ab Antonio & Octavio victus. vide quæ ad v. 680. lib. 1. 8 Nondum est assecutus **ἀσπύ** & summam Imperii, ut mereatur cadere manu Bruti, cujus familie opus est reges tollere. vivat regnetque prius, ut, &c. 9 Nondum superavit summum honorem Rom. quo cuncta reguntur. 10 Nobilia patricii, ut sequæ. 11 Lib. 2. v. 479. 12 Supra v. 220. 13 Patria nodum in servitutem redacta. 14 Ipsene multis vulneribus confossus? an inter saucios omni ex parte, & cadentes? L. vero Domitius ex castris in montem refugiens, cum vires eum lassitudine defecissent, ab equitibus est interfectus. Cæs. com. 3. 15 Primam enim consecutus fuerat ad Corfinium, ut lib. 2. v. 512, & quæ ad v. 522.

Casar, & increpitans; Iam Magni deseris arma,
¹ Successor Domiti: sine te jam bella geruntur.
 Dixerat: at illi suffecit pectora pulsans
 Spiritus in vocem, morientiaque ora resoluit:
 Non te funesta scelerum mercede potitum,
 Sed dubium fati Casar, genetoque minorem
 Aspiciens, ² Stygias Magno duce liber ad umbras
 Et securus eo; te sevo Marte subactum,
 Pompejoque graveis pœnas, nobisque daturum,
 Cum moriar, sperare licet. non plura locutum
 Vita fugit, ³ densaque oculos pressere tenebra.
⁴ Impendisse pudet lacrymas in funere mundi
 Mortibus innumeris, ac singula fata sequentem
 Quarere, lethiferum per cuius viscera vulnus
 Exierit, quis fusa solo vitalia calcet;
⁵ Ore quis adverso, demisso faucibus ense,
 Expulerit moriens animam; quis corrumpat ictu,
 Quis steterit, ⁶ dum membra cadunt: qui pectora telis
 Transmittant, aut quos campis affixerit hasta:
 Quis cruor emissus ⁷ perruperit aera venis,
 Inque hostis cadat arma sui: quis pectora fratris
 Cadat, & ut notum possit spoliare cadaver,
⁸ Abscissum longe mittat caput: ora parentis
 Quis laceret, nimiaque probet spectantibus ira
 Quem jugulat, non esse patrem. mors nulla querela
 Digna ¹⁰ sua est, nullosque hominum lugere vacamus.
¹¹ Non istas habuit pugna Pharsalia parteis,
 Quas ¹² alia clades: ¹³ illic per fata virorum,
 Per populos hic Roma perit: quod militis illic,
 Mors hic gentis erat: ¹⁴ sanguis ibi fluxit Achaus,
 Ponticus, Assyrius: cunctos harere cruores
 Romanus, campisque vetat consistere torrens.
 Majus ab hac acie, quam quod sua secula ferrent,
 Vulnus habent populi: ¹⁵ plus est quam vita, salusque

1 Libro 2.

y. 478.

2 Morior tamen liber, te nondum victoriam plebe consecuto, nondum summum Imperium, nec dum patriam à te oppressam conspicuus.

3 σκῆπτρον δὲ τοῦ βασιλέως ἐκάλυψεν.

4 In tanta clade, quanta mundi summo Imperio grave infixit vulnus, non libet, non vacat singulas mortes & vulnera lacrymis luctaque prosequi. Ex Pompejano exercitu circiter milia XV ceciderunt: in deditionem venerunt amplius Milia XXI V. Casar non amplius CC delectavit. Sed in his centuriones XXX. Com. 3.

5 Ita intercedit Crastinus. sup. ad y. 471.

6 Truncatus membra.

7 Profilierit, & autoris arma consperferit.

8 Ut possit eum, tanquam ignotum, spoliare, neque agnoscat esse fratrem.

9 Et jam lacernum, apud eos, qui cum indignatione spectaret, patrem esse diceret. 10 Singulari & propria, ut modo y. 617. 11 Dilatat amplificationem hujus cladis cum aliis comparatæ, modo, & eventu, mox y. 631.

12 Ad Trasimenum, Trebiam, Ticinum, Alliam, Cannas, &c. 13 Ibi numerabantur milites caesi: hic gentes & populi. 14 Ibi nationis alicujus unius sanguis fusus est, hic multarum promiscue: Romani autem permisti copia fecit ut instar torrentis flueret.

15 Perit scilicet libertas populi Romani, &que posteris in perpetuum interitura,

1 In servitute sub Imp.

2 Nunquid nos timide libertatem propagavimus? Annon jugulum nostrum & cervicem gladiis opposuimus, quo posteros servitute eximeremus?

3 Si vellet Fortuna posteris libertatem adinere, par erat ut & bellum iis daret, quo ipsi pro se decerent.

4 A se ad Cæsarem. *Ferus omnia Iupiter Argos Transulsi.* Vtrg. 2 *Eneid.*

5 Nondum coactus tota clade accepta incensare suam fortunam.

6 Quas per tumultum & concursum pugnantium prius cernere non

licuit. 7 Neque tamen voluit, quod in rebus deploratis & desperatis solent miseri, omnia secum obruere. 8 Neque tanta accepta clade indignabatur deos supplicibus votis precari, ut sibi reliquum exercitum præstarent incolamem.

9 Sufficiat iræ vestræ hæc mea calamitas; vel si ulterius in me inadvertere visum sit, uxorem liberosque meos devoevo pro salute gentium & Rom. Imperil. 10 Ac non satis est clades nostra, nisi & totus orbis nobiscum ruat?

11 Receptum cauit. Sed audi Cæsarem 3 Com. Pompejus, ut equitatum suum pulsus vidit, atque eam partem, cui maxime confidebat, perterritam animadvertit; aliis dimissis, acie excessit, protinusque se in castra equo contulit, & iis centurionibus quos in statione ad prætoriam portam posuerat, clare, ut milites exaudirent, Tueamini, inquit, castra, & defendite diligenter, si quid durius acciderit, ego reliquas portas circumeo, & castrorum præsidia confirmo. hæc cum dixisset, se in prætorium contulit, summæ rei diffidens, & tamen eventum expectans. 12 Audacia eundi in proelia non deerat Pompejo, neque vitæ contemptus, sed noluit suos in ruinam & necem secum trahere.

Quod perit: in totum mundi prosterminur avum. Vincitur his gladiis omnis, quæ serviet, atas.

Proxima quid soboles, aut quid meruere nepotes

1 In regnum nasci? 2 pavide num gessimus arma?

Teximus aut jugulos? alieni pœna timoris

In nostra cervice sedet. 3 post prælia natis

Si dominum, Fortuna dabas, & bella dedisses.

Iam Magnus 4 transisse deos, Romanaque fata

Senferat infelix: 5 tota vix clade coactus

Fortunam damnare suam, stetit aggere campi

Eminus, unde omnes sparsas per Thessala rura

Aspiceret clades, 6 qua bello obstante latebant.

Tot telis sua fata peti, tot corpora fusa.

A se tam multo pereuntem sanguine vidit.

7 Nec, sicut mos est miseris, trahere omnia secum

Mersa juvat, gentesque sua miscere ruina:

8 Ut Latia post se vivat pars maxima turba,

Sustinuit dignos etiam nunc credere votis

Calicolas, voluitque sui solatia casus:

9 Parcite, ait, Superi, cunctas prostertere gentes:

Stante potest mundo, Romaque superstite, Magnus

Esse miser, si plura juvant mea vulnera, conjux

Est mihi, sunt nati; dedimus tot pignora fati.

Civiline parum est bello, si meque, meosque

Obruat? 10 exigua clades sumus, orbe remoto?

Omnia quid laceras? quid perdere cuncta laboras?

Iam nihil est, Fortuna meum, sic satur: & arma,

Signaque, & afflictas omni jam parte catervas

Circuit, & 11 revocat matura in fata ruentes,

Seque negat tanti. 12 nec deorat robur in enses

Ire duci, juguloque pari, vel pectore letum :
Sed timuit strato miles ne corpore Magni
Non fugeret, supraque ducem procumberet orbis :
¹ *Cæsari aut oculo voluit subducere mortem.*
Nequicquam. infelix, socero spectare volenti
Præstandum est ubicunque caput, sed tu quoque conjux
Causa fuga, vultusque tui : fatisque probatum
Te presente mori. Tunc Magnum concitus aufert
Abello sonipes, non tergo tela paventem,
Ingenteisque animos extrema in fata ferentem.
Non gemitus, non fletus erat, salvaque verendus
Majestate dolor, qualem te. Magne, decebat
Romanis præstare malis. ² non impare vultu
Aspici Emathiam : ³ nec, te videre superbum
Prospera bellorum, nec fractum adversa videbunt.
Quamque fuit lato per ⁴ treis infida triumphos,
Tam misero Fortuna minor. jam ⁵ pondere sati
Deposito securus abis : ⁶ nunc tempora lata
Respexisse vacat : spes nunquam implenda recessit :
⁷ *Quid fuerit nunc scire licet. fuge prælia dira,*
⁸ *Ac testare deos, nullum qui perstet in armis,*
Iam tibi Magne mori : ceu stibilibi Africa damnis,
Et ceu Munda nocens, Pharioque à gurgite clades,
Sic & Thessalica post te pars maxima pugna,
Non jam Pompeji nomen populare per orbem,
Nec studium belli : sed ⁹ par, quod semper habemus,
¹⁰ *Libertas, & Cæsar erunt : teque inde fugato*
Ostendet moriens, ¹¹ sibi se pugnasse, Senatus.
Nonne juvat pulsum belis cessisse, nec istud
Prospectare nefas, spumanteis cade catervas ?
¹² *Respice turbatos incursum sanguinis amnes,*

Mithridate, Tigraue, &c. ⁵ Levatus onere Imperii, quod tibi fatum commiserat. ⁶ Nunc tibi ocium est frui memoria asteactæ felicitatis : postquam insatiata spes plura acquirendi interierit. ⁷ E collatione præseantium adversarum intelliges quantæ fuerint res tuæ prosperæ. Tum denique, inquit ille apud Comicum, omnes nostra intelligimus bona, quæ in potestate habuimus, amissimus. ⁸ Et quum post discessum tuum e prælio Pharsalico major pars cladis contigerit, deos testes citare licet, eos non tua gratia, sed publicæ libertatis causa in armis perstitisse & cecidisse, qui interierint, ut & eos, qui post mortem tuam in Africa, in Hispania & Ægypto ceciderunt. ⁹ Lib. 6. v. 9. ¹⁰ Commissi pugnabunt Libertas & Cæsar, illa ut se tueatur, Cæsar ut excutiat libertatem & Monarchiam iuducat. ¹¹ Sive libertatis tuendæ gratia. ¹² Imo fruiere optimo solatio fugæ tuæ, quod non vides tantam civium stragem.

¹ Voluit præterea occum suam subtrahere Cæsaris oculis ; simul se vivum reddere uxori. sed frustra. in satis namque erant præsentem conjugem obtruncaretur, caputque ejus Cæsari offerretur, lib. 8. v. 618. & l. 9. v. 1035.
² Non immutato propter adversa : eodem, quo prius tulisset prospera.

³ Atque uti fortuna infida fuit Pompejo in rebus secundis, ita in adversis minor.

⁴ Africa, devictis Carbone, Domitio, & Hiarta rege qui Domitio auxiliium tulit.

² Hispanicum, de Sertorio & Perpeona. l. 2. v. 549. &

³ Ponticum de

1 Cæsaris, qui
parta per tot
civium cædem
victoria, mul-
to miserior
futurus est
quam tu vi-
ctus.

2 Quo animo,
qua conscien-
tia?

3 Ptolomæo.
lib. 8. §. 618.

4 Iudicium
deorum & lon-
ga faventium
fatorum series
tibi fidem fa-
ciant id quod
melius est tibi
evenisse, & di-
κρόται ἢ ἀδι-
κῶν, vinci quam
vincere in bel-
lo civili.

* Pompejo-
polim. lib. 2.
§. 578.

5 Ægyptum
Ptolomæo, cui
ipse tutor, à
Seuatu datus
fuerat: Libyam
Iubæ, Tigrani
Armeniam,
Pharnaci Pon-
tum, Ariobar-
zani Cappado-
ciam.

6 Pompejus,

nbi jam castra oppugnari & hostem intra vallum versari vidit, equum nactus, detractis insignibus Imperatoris, decumana porta se è castris eiecit; protinus-
que equo citato Larissam contendit, neque ibi constitit, &c. Coin. 3 Cæs.

7 Constantiam atque animi magnitudinem retineus in rebus utcumque ad-
versis. 8 Larissæ humaniter & honorifice excepto opem offerunt.

9 Tanquam victori procedens obviam. 10 Aliorum opinione æque
venerandus ac prius: sua non ita, rejicit itaque rationes & spem omnem com-
parandi copias & renovandi belli. 11 Iterum fortunam tentare.

12 Mihi, Pompejo. 13 Cæsari. 14 Apollonie pœtæ ad
Cæsarem. 15 Fuga te victorem testatus Pompejus permittit tibi popu-
los.

16 Neque Larissæ confluit; sed paucos suorum ex fuga nactus
nocturno itinere non intermisso, comitatu equitum XXX ad mare pervenit,
navemque frumentariam conscendit. 17 Iguls hic periculi & adversi-
tatis probavit tibi veram amorem eorum quorum fidem in prosperis explo-
ratam habere non datur, cum plures fortunam quam amicitiam colant.

18 Italoram.

Et ¹ soceri miserere tui. ² quo pectore Romam
Intrabit factus campis felicior istis?

Quicquid in ignotis solus regionibus exul,

Quicquid sub ³ Phario positus patiere tyranno;

⁴ Crede deus, longo fatorum crede favori.

Vincere pejus erat. prohibe lamenta sonare,

Flere veta populos: lacrymas, luctusque remitte.

Tam mala Pompeji, quam prospera mundus adoret.

Aspice securus vultu non supplice reges:

Aspice * possessas urbes, & donataque regna,

Ægyptum, Libyamque, & terras elige morti.

⁶ Vidit prima tue testis Larissa ruina

⁷ Nobile, nec victum satum caput: omnibus illa

⁸ Civibus effudit totas per mania vires,

⁹ Obvia cœu lato: pramittunt munera flentes:

Pandunt templa, domos: socios se cladibus optant.

Scilicet immenso superest ex nomine multum;

¹⁰ Teque minor solo, cunctas impellere gentes

Rursus in arma potes, ¹¹ rursusque in fata redire.

Sed quid opus ¹² victo populis, aut urbibus, inquit?

¹³ Victori prastate fidem. ¹⁴ Tu Casar in alto

Cadis adhuc cumulo patria per viscera vadis:

¹⁵ At tibi jam populos donat gener. ¹⁶ avehit inde

Pompejum sonipes: gemitus, lacrymaque sequuntur:

Plurimaque in saxo populi convicia dives.

¹⁷ Nunc tibi vera fides quasiti Magno favoris

Contigit, ac fructus, felix se nescit amari.

Casar ut ¹⁸ Hesperio vidit satum arva natam

Sanguine, parcendum ferro, manibusque suorum

Iam ratus, ut ¹ viles animas, ² perituraque frustra
 Agmina permisit vita. ³ sed castra fugatos
 Ne revocent, pellatque quies nocturna pavorem;
 Protinus hostili statuit succedere vallo,
 Dum fortuna calet, dum conficit omnia terror,
 Non veritus grave ne fessis, ac ³ Marte subactis
 Hoc foret imperium, non magno hortamine miles
 In pradam ducendus erat: Victoria nobis
 Plena viri, dixit, superest pro sanguine merces,
 Quam monstrare meum est: ⁴ nec enim donare vocabo
 Quod sibi quisque dabit. cunctis eni ⁵ plena metallis
 Castra pateat: raptum ⁶ Hesperis è gentibus aurum
 Hic jacet: ⁷ Eoasque premunt tentoria gazas.
 Tot regum fortuna simul, Magnique ⁸ coacta
 Expectat ⁹ dominos: prospera ¹⁰ procedere miles
 Quos sequeris: quascunque ¹¹ suas Pharsalia fecit,
 A victis rapiantur opes. Nec plura locutus
 Impulit amentes, aurique cupidine cæcos
 Ire super gladios, supraque cadavera patrum,
 Et casos calcare duces, qua fossa, quis agger
 Sustineat pretium belli, scelerumque petentes?
 Scire valent, quanta fuerint mercede nocentes.
¹² Invenere quidem spoliato plurima mundo,
 Bellorum in sumtus congesta pondera ¹³ massa:
¹⁴ Sed non implerunt cupientes omnia mentes.
 Quicquid fodit ¹⁵ Iber, quicquid ¹⁶ Tagus expulit auri,
 Quodque legit dives summis ¹⁷ Arimaspus arenis,
¹⁸ Ut rapiant, parvo scelus hoc venisse putabunt,
 Cum sibi ¹⁹ Tarpejas victor Æsponderit ²⁰ arces:

¹ Plebejos & gregarios milites, nec sibi summum Imperium captant futuros impedimento.

² Cæsar, Pompejanis ex fuga intra vallum compulsis, nullum spatium perterritis dari oportere existimans, milites cohortatus est, ut beneficio fortunæ uterentur, castraque oppugnarent. qui etiam magno æstu fatigati, (nam ad meridiem res erat producta) tamen ad omnem laborem animo parati imperio parauerunt.

³ Defatigatis pugna.

⁴ Quod sibi dare possit, cuique vestrum in manu est, neque enim pro donis ea imputabo.

⁵ Mox §. 752.

⁶ Hispaniis, quæ cum Italia in divisione Pompejo obtigerant, lib. 1. §. 4.

⁷ Orientales, Asiaticas divitias. ⁸ Congesta. ⁹ Vos. ¹⁰ Præoccupare castra & arrevertere hostes fugientes in castra.

¹¹ Tul juris.

¹² Captis castris, luxuriam, victoriæ fiduciam, & vanitatem Pompejanorum videre licuit; offenderunt enim triclinia strata, magnum argenti pondus expositum, tabernacula myrto & hederâ coronata, &c. Plut. Pomp. & Cæs. com. 3. ¹³ Auri & argenti. ¹⁴ Hanc lectionem probat H. Grotius, cujus exemplar secutus sum. Mihi vero perplacet quam habent lib. vulgati. Sed non implevit cupientes omnia mentes. Quicquid fodit Iber, &c. hac mente, Invenere quidem in castris Pompeji aurum Hispanum & Orientis gazas, uti Cæsar proposuerat supra §. 740. Sed aurum hoc Hispanum in castris raptum non sufficit millibus Cæsarianis omnia cupientibus, & ipsam Romam sibi diripiendam ex ducis promisso sperantibus. ¹⁵ Hispanus. Hispania olim celebris erat fodinis auri, argenti, ferri. ¹⁶ Lusitanæ fl. auriferi ripa beata Tagi. Ovid. 15. e. l. 1. Amor.

¹⁷ Lib. 3. §. 231. ¹⁸ Quamvis hæc omnia rapiant, putabant tamen hæc non respondere meritis belli civilis à se gesti. ¹⁹ Roman. lib. 1. §. 196.

1 *Me is bid-
losse. ut qui
sibi Romæ di-
reptionem pro-
miserit.*

2 *Tabernacu-
lis Patriciorum
è recentil ce-
spite coustra-
tis.*

3 *Cæsonum
aut fugato-
rum.*

4 *Scelerati,
parricidæ.*

5 *Dormienti-
bus horrenda
per quietem
obijciuntur
somnia. animis
obversantur
scelerata pu-
gnae Thesalli-
cæ arma.*

6 *Quasi vi-
brantes gla-
dium, quem
tamen uou te-
neat.*

7 *Terram ge-
mitu animas
emississe crede-
res, atque um-
bras & manes
per aërem su-
perioris he-
mispæræ in-
fernali terro-
re tenebrosam
volitasse.*

8 *Et per somnum representantur iis Furæ intentatores vipe-
reos sibilantesque criues & faces.*

9 *Hujus menti obversatur umbra
patris cæsi.*

10 *Omnes omnium manes territant Cæsarem.*

11 *Qualiter Agamemnonius scenis agitur Orestes Armatam facibus matrem & serpen-
tibus atra cum fugit, priusquam oraculo monitus Tauricam Dianam in Scythia
peteret, ubi à sorore Iphigenia deæ sacerdote agnitus expiansque est: placatæ
que furæ Eumenides appellatæ.*

12 *Pelopis nepos.*

13 *Eum-
nidum veluti demens videt agmina Pentheus, &c. Æn. 4 Virg.*

14 *Ita legit Hugo Grotius, hoc fecit: Non magis externati erant, aut
Pentheus cum Agane fureret, aut ipsa Agæe cum fure defisset & scelus
suum agnosceret. Sic Pers. Satyr. 5. Postquam desertuit esse Maonides. Alii
legunt, defisset, id est, à mente discessisset. I. a. Rutgersius putat leg. aut
deserisset Agæe, cum M. S. habeant, aut de, trauisset Agæe, eadem mente
quia Grotius defisset legit, sic lib. 5. V. 303.*

15 *Qua in Senatu à con-
juratis confossus 23 vulneribus casurus erat.*

16 *Vltrices furæ & carnifex
conscientia.*

Cum spe Romana promiserit omnia prada:

1 *Decipitur, quod castra rapit. •Capit impia plebes*

2 *Cespite patricio somnos: vacuumque cubile*

Regibus infandus miles premit: inque 3 parentum,

Inque toris 3 fratrum posuerunt membra 4 nocentes:

5 *Quos agitat vesana quies, somnique furentes:*

Thesalicam miseri versant in pectore pugnam.

Invigilat cunctis sævum scelus, armaque tota

*Mente agitant, capuloque manus absente 6 mouen-
tur.*

7 *Ingemuisse putes campos, terramque nocentem*

Inspirasse animas, insectumque aëra totum

Manibus, & superam Stygia formidine noctem.

Exigit à meritis tristeis victoria pœna,

8 *Sibilaque & flammæ infert sopor: umbra perempti*

Civis adest: sua quemque premit terroris imago.

Ille senum vultus, juvenum videt ille figuras:

Hunc agitant totis fraterna cadavera somnis:

9 *Pectore in hoc pater est; 10 omnes in Casare manes.*

11 *Haud alios nondum Scythica purgatus in ara*

Eumenidum vidit vultus 12 Pelopeus Orestes:

13 *Nec magis attonitos animi sensere tumultus,*

Cum fureret, Pentheus, 14 aut cum desisset, Agæe.

Hunc omnes gladii, quos aut Pharsalia vidit,

Aut 15 ultrix visura, 15 dies, stringente Senatu,

*Ille nocte premunt: hunc 16 infera monstra flagel-
lant.*

Et quantum pœna misero mens conscia donat, •

Quod Stygia, quod manes, insectaque Tartara somnis

8 *Et per somnum representantur iis Furæ intentatores vipe-
reos sibilantesque criues & faces.*

9 *Hujus menti obversatur umbra
patris cæsi.*

10 *Omnes omnium manes territant Cæsarem.*

11 *Qualiter Agamemnonius scenis agitur Orestes Armatam facibus matrem & serpen-
tibus atra cum fugit, priusquam oraculo monitus Tauricam Dianam in Scythia
peteret, ubi à sorore Iphigenia deæ sacerdote agnitus expiansque est: placatæ
que furæ Eumenides appellatæ.*

12 *Pelopis nepos.*

13 *Eum-
nidum veluti demens videt agmina Pentheus, &c. Æn. 4 Virg.*

14 *Ita legit Hugo Grotius, hoc fecit: Non magis externati erant, aut
Pentheus cum Agane fureret, aut ipsa Agæe cum fure defisset & scelus
suum agnosceret. Sic Pers. Satyr. 5. Postquam desertuit esse Maonides. Alii
legunt, defisset, id est, à mente discessisset. I. a. Rutgersius putat leg. aut
deserisset Agæe, cum M. S. habeant, aut de, trauisset Agæe, eadem mente
quia Grotius defisset legit, sic lib. 5. V. 303.*

15 *Qua in Senatu à con-
juratis confossus 23 vulneribus casurus erat.*

16 *Vltrices furæ & carnifex
conscientia.*

1 Pompejo vivente videt! 2 Tamen omnia passo,
 Postquam clara dies Pharsilica damna retextit,
 3 Nulla loci facies revocat feralibus arvis
 Hærentes oculos. cernit propulsa cruore
 Flumina, 4 & excelsos cumulis æquantia colles
 Corpora, 5 sidentes in tabem spectant acervos,
 Et Magni numerat populos: epulisque paratur
 Ille locus, vultus ex quo, faciesque jacentum
 Agnoscat. juvat Emathiam 6 non cernere terram,
 Et lustrare oculis campos sub clade latenteis.
 Fortunam, 7 Superosque suos in sanguine cernit.
 Ac ne lata furens scelerum spectacula perdat,
 8 Invidet igne rogi miseris, 9 cæloque nocenti
 Ingerit Emathiam. 10 non illum Pænus humator
 Consulis, & Libyca 11 succensa lampade Cannæ
 Compellunt, hominum ritus ut servet in hostes:
 12 Sed meminit pondum satiata cadibus ira,
 Cives esse suos. 13 Petimus non singula busta,
 Discretosque rogos, unum da gentibus ignem:
 Non interpositis urantur corpora flammis.
 14 Aut generi si pæna juvat, nemus extruere Pindi:
 Erige congestæ Oetæo robore sylvas.
 Thessalicam videat Pompejus ab aquore flammam,
 Nil agis hac ira: tabesne cadavera solvat,
 An rogos, haud refert: 15 Placido Natura receptat
 Cuncta sinu, sinemque sui sibi corpora debent.
 Hos, Cæsar, populos, si nunc non ufferit ignis,
 Vret cum terris, uret cum gurgite panti.

1 Quo mor-
 tuo, majori-
 bus furis ex-
 gitabitur.

2. Quin ani-
 mum ab odio ad
 veritatem hi-
 storiam averte,
 lector. Cæsar
 prima luce
 omnes eos qui
 in morte con-
 federant, ex
 superioribus
 locis in plau-
 ticam descen-
 dere, atque ar-
 ma projicere
 iussit. quod
 ubi sine recu-
 satione fece-
 runt, passimque
 palmis, proje-
 cti ad terram,
 sentes ab eo
 petierunt fa-
 lutem; confo-
 latus confur-
 gere iussit, &
 pauca apud
 eos de lenitate
 sua locutus,
 omnes conser-
 vavit; militi-
 busque suis ius-
 sit, ne qui eo-
 rum violaren-
 tur, ne quid
 desiderarent.

Multo certe minus in umbras servitum crediderim, aut pavisse oculos caesorum spe-
 ctaculo, aut sepulchra & rogos negavisse. 3 Tristis & horrendus stragis
 aspectus non rev. 4 Et strues congestorum cadaverum æquas collibus.
 5 Depressos & manantes sanie. 6 Quin lectum constratumque cadaveribus
 solum spectare juvat. 7 Martem & Venerem, quos ante proclivum invoca-
 verat. supra ad p. 163. 8 Invidet cadaveribus rogam. *νεχθιστομυδς*. Nam
 cum genuit, dicit; *Invidet tibi gloria*: & cum Abl. *Invidet tibi gloria*, testatur
 Dionedes lib. 1. 9 Hypallage. Ingerit Emathiam exhalantem tetros cada-
 verum odores, qui corrumpant aërem. 10 Neque illum movet exemplum
 etiam crudelissimi hostis Rom. Annibalis, qui P. Amylii ad Cannas interfecit
 cadaver conquisitum honorifice sepelivit; ut clives dignetur iure hurrane sepul-
 turæ. Eundem honorem præstiterat Marcello infidiis intercepto, verum id in
 Apulia. Liv. lib. 23. & lib. 37. 11 Rogus ad Cannas ab Annibale Poeno
 accensus. 12 *Invidiose*, quasi dicat, quod majori odio cives prosequitur
 Cæsar, quam hostes Annibal. 13 Poëta, ex persona caesorum. 14 Aut
 si velis Pompejum male urere, unam omnibus extruere pyram è sylvis Pindi
 montis & Oetæ, quam ex æquore prospiciat ille, 15 Natura omnia quæ
 composuit in sua elementa rursus dissolvit.

1 Ex opinione Platonis in Timæo, & Cic. qui l. de Nat. deorum ait, Certa temporum revolutione ex incremento contrariorum incendia & diluvia fieri. Et Phœbus Ovidianus: *Esse quoque in fati remissio tempore*, Quo mare, quo tellus, correpta, que regia cœli Ardeat, & mundi moles operosa labores. Metam. 1.

2 Nulla certior tamen Rapacis Ovis sine destinata Aula Caesaris manet Umbra, quid ultra tendis? *Æqua tellus Casari recluditur, Plebisque faci.*

3 Alii Fortuna. h. e. Mortui ab injuria fortunæ liberi sunt.

4 Nec summi curro, sepelitis Nasura relicta. Mæcenatis citat Sen. ep. 93.

5 Et quid tandem non capis diuturniorem hujus spectaculi fructum? quia bibis aquas sanguine corruptas, quid uteris aère hoc infesto? *Ironice.*

6 Neque solum ad dilanianda devorandaque cadavera in Thesalis campis venere lupi Threicii, supra y. 559. sed & ursi, canes, grues, vultures, &c.

7 Montem Arcadiæ. l. 3. y. 198.

8 Cadaveris odore mutatum & corruptum.

9 Vultures & volucres aliæ. τῆσφι ἰμψυχοῖς, quæ & triduo præfagire, & è longinquo odorari cadavera creduntur. Plin. lib. 10. c. 6. 10 Lib. 5. y. 711. & Sen. Oedip. y. 604.

11 Hic quippe moratæ. * Plenus fuit vulturibus aër.

12 Volucres. 13 Sanguis stillabat ab arboribus, quo alites partem prædæ congefserant.

14 Neque feræ discerpunt cadavera, aut nudant ossa, non rimantur viscera; in tanta abundantia sufficit degustasse prærago fastidiose & dente superbo.

15 Ita luven. Sat. 14. tota novallia Jævas in ventres abeant. & Ovid. 8. Met. demisso in viscera censu.

1 Communis mundo superest rogos, ossibus astra Misturus. 2 quocumque tuam Fortuna vocabit, Ha quoque eunt anima. non altius ibis in auras, Non meliore loco Stygia sub nocte jacebis. Libera 3 Fortuna mors est: capit omnia fellus Qua genuit: 4 cælo tegitur, qui non habet urnam. Tu, cui dant pœnas inhumato funere gentes, 5 Quid fugis hanc cladem? quid olentes deseris agros? Has trahe Caesar aquas: hoc, si potes, utere cælo. Sed tibi tabentes populi Pharsalica rura Eripiunt, camposque tenent victore fugato.

6 Non solum Hæmonii funesta ad pabula belli Bistonii venere lupi, tabemque cruenta Cadis odorati 7 Phœoen liquere leones.

Tunc urst latebras, obscuri tella, domosque Deseruere canes, & quicquid nare sagaci Aera 8 non sanum, motumque cadavere sentit.

Iamque diu 9 volucres civilia castra secuta Conveniunt. 10 vos, qua Nilo mutare soletis Threicias hyemes, ad mollem 11 serius Austrum Istiti aves. * nunquam se tanto vulture cælum

Induit, aut plures presserunt aera 12 penna. Omne nemus misit volucres, omnisque 13 cruenta

Alite sanguines stillavit roribus arbor. Sape super vultus victoris, & impia signa

Aut cruor, aut alto defluxit ab athere tabes, Membraque dejecit jam lassis unguibus ales.

14 Sic quoque non omnis populus pervenit ad ossa,

15 Inque feras discerptus abit: non intima curans Viscera, nec totas avide sorbere medullas: Degustant artus. Latia pars maxima turba

*Fastidita jacet; quam sol, nimbique, diesque
Longior Emathiiis resolutam miscuit arvis.*

*1 Thessalica infelix, quo tanto crimine tellus
Lafisti Superos, ut te tot mortibus unam,
Tot scelerum fati premerent? 2 quod sufficit avum,
Immemor ut donet belli tibi damna vetustas?
Qua seges infecta surget non 3 decolor herba?
Quo non Romanos violabis vomere 4 manes?
5 Ante nova venient acies, scelerique secundo
Præstabis nondum siccos hoc sanguine campos.
6 Omnia majorum vertamus busta licebit,
Et stantes tumulos, & qui 7 radice vetusta
Effudere suas, 8 vilitis compagibus, urnas:
Plus cinerum Harmonia sulcis telluris aratur,
Pluraque 9 ruricolis feruntur 9 dentibus ossa.
10 Nullus ab Emathio religasset litore funem
Navita, nec terram quisquam movisset arator,
Romani bustum populi: fugerentque coloni
Umbrarum campos, gregibus dumeta carerent:
Nullusque auderet pecori permittere pastor
Vellere surgentem de nostris ossibus herbam,
Ac, velut impatiens hominum, vel 11 solis iniqui
Limite, vel glacie 12 nuda, atque ignota jaceres,
Si non prima nefas belli, sed sola tulisses.
O Superæ, liceat terras ðdisse nocentes.
13 Quid totum premitis, quid totum absolvitis orbem?
14 Hesperia clades, & flebilis unda 15 Pachyni,
Et 16 Mutina, & 17 Leucas puros fecere Philippos.*

Philippos urbem Macedoniæ commissum est, uti dictum ad *Y. 80. lib. 1.*

6 Quod si omnia Romanorum ossa & cineres velimus eruere è tumulis, tam integris quam vetustate collapsis; minora tamen erunt his quæ semisepulta erant inter arandum ab agricolis Thessalicis. *7* Imo sepulchri fundo, nisi respiciat potius caprificum, quæ de epate enata disjicit monumenta. *Plin. lib. 16. c. 19. Juv. Satyr. 10. Y. 145. Martial. lib. 10. ep. 2.* *8* Solutia vetustate commissuris. *9* Aratorum. *Hoc delectus tenuas terram tenduntis curvi. Ovid.* *10* Te à Thessalia nemo frequentaret nauta, arator, pastor, neimo habitaret, fugerent omnes tanquam execrandum locum, gentium & populi Rom. bustum, umbris frequentatum, imo tanquam desolatam terram & inhabitabilem sub torrida zona seu frigida; si modo tu ut prima, ita sola fuisses nefarii belli area: Sed alia jam loca pari clade damnata te excusant & scelere hoc absolutam præstant.

11 Inter utramque Tropicum, zonata *12* frigida. *13* Cui damnatis, & mox in participationem sceleris admissas absolvitis crimine toto orbis partes? *14* Bellum civile in Hispania ad Mutinam maxime, ut *lib. 1. Y. 40.* *15* Promontorii Siciliæ, ubi navali proelio victus est Sext. Pompejus ab Agrippa, auspiciis Augusti. *16* *Lib. 1. Y. 41.* *17* *Lib. 1. Y. 43.*

1 Detestatur Thessaliam tam miserandæ cladi dirisque fati damnatam, ut *sup. Y. 301.* *2* Quæquam ævi diturnitas poterit eluere & abolere memoriam tanti damni? *3* A sanguine hic fuso. *4* Qui in sepulchris errant, nec nisi justis solutis Styga transvehuntur. *5* Antequam aboleantur priores hujus belli civilis vestigia, hoc eodem campo necdum à priori sanguine exsiccato, confligent hinc Antonius & Octavius, inde Brutus & Cassius secundo Bello nefario. Quod tamen prope

L I B E R . V I I I .

1 Felicem ut-
cunque in ira-
lis Pompejum ,
inquit Florus ,
si eadem ipsam ,
qua exercitum
ejus , fortuna
traxisset . Su-
perstes digni-
tati suæ vixit ,
ut cum majore
dedecore per
Thessaliam
Tempe equo
fugeret , pulsus
Larissa : in de-
serto Cisticæ
scopulo , fugam
in Parthos , A-
fricam vel A-
gyptum agita-
ret : ut deoi-
co litore , im-
perio vilissimi
regis , consiliis
spadonum , &
ne quid malis
desit , Septimii
desertoris sui
gladio trucidari-
is sub o-
culis uxoris suæ
liberorumque
moreretur .

1 *Am super* 2 *Herculeas fauces, nemorosaq; Tempe.*
Hæmonia deserta petens 3 *dispendia sylva.*

4 *Cornipedem exhaustum cursu, stimulisque ne-
gantem*

Magnus agens, incerta fuga vestigia turbat,
5 Implicitisque errore vias. 6 *pavet ille fragorem*
Motorum ventis nemorum, comitumque suorum.
Qui post terga venit, trepidum, laterique timentem
Exanimat. 7 *quamvis summo de culmine lapsus,*
Nondum vile sui pretium scit sanguinis esse;
Seque memor sati tanta mercedis habere
Credit adhuc jugulum, quantum pro Caesaris ipse
Avulsa cervice daret. 8 *deserta sequentem*
Non patitur tutis satum celare latebris
Clara viri facies. multi Pharsalica castra
Cum 9 *petere, nondum fama prodente ruinas,*
Occursu stupere ducis, 10 *vertigine rerum*
Attoniti: 11 *cladisque sua vix ipse fidelis*
Auctor erat. 12 *gravis est Magno, quicumq; malorum*
Testis adest. cunctis ignotus gentibus esse.
Mallet, & obscuro tutus transire per orbem
Nemine: 13 *sed longi pœnas Fortuna favoris*
Exigit a misero, qua tanto pondere fama
Res premit adversa, satisque prioribus urget.
14 *Nunc festinatos nimium sibi sentit honores,*

2 *Dissidia inter Oßam & Olympum qua per Tempe exit Peneus in sinum Ther-
maicum. lib. 6. v. 345. in consiliis Thessaliæ & Macedoniae, Thermopylas
dictas à thermis ibi Herculi sacris.* 3 *Circuitus, erroreque cum itueris
dispendio, ut mox v. 4.* 4 *Equum fessum, neque se pronovente: n. utcumque
stimulis fossam.* 5 *Quæ lateant fallantque inolequentes.* 6 *Nunc omnes
vertunt ante, sonus excitat omnis suspensus. Ad. 2. Virg. non sine vano Averarum
& sylva metu, &c. Hor. 23. ode l. 1.* 7 *Vix victus jam & neglectus, pri-
oribus tamen fortunæ & gloriæ memor, magno estimari cervicem suam credit,
eodemque precio à Cæsare expeti, quo ipse Cæsaris emeret.* 8 *Pompejus
notus non potuit celare calamitatem suam, utcumque per deserta fugeret.*
9 *Pompejo auxilium latenti.* 10 *Subita mutatae fortunæ vicissitudine.*
11 *Vix ipse Pompejus, cladis suæ nuncius fidem iis comprobavit.* 12 *Cum
dolore & rubore excipit obvius in conscientiam & testimonium suæ calamita-
tis: seque ratio.* 13 *Quo lætior fuerit, eo jam tristior est fortuna, famam
gravans, & prosperis facie contraria sua rependens.* 14 *Iam intelligit præ-
coces sibi honores habites non esse constantes, fortunam, quæ è carceribus fe-
ribanter evolarit, sub meta lassatam deficere. Martial. de Scopo. Curribus illa
suis semper prosperata, brevisque Cur fuit, & vicia tam prope mœcia sua. l. 10. ep. 50.*

- 1 *Actaque laurifera damnat Syllana juventa.*
 2 *Nunc & Coryciae classes, & Pontica fregna*
Dejectum meminisse piget, & sic longius ævum
Destruit ingenteis animos, & vita superstes
Impetio. nisi summa dies cum sine bonorum
Affuit, & celeri prævortit tristitia letho.
Dedecori est fortuna prior. quisquam ne secundis
Tradere se fatis audeat, nisi morte parata?
 3 *Litora contigerat, & per qua Peneius amnis*
Emathia jam clade rubens exibat in aquor.
Inde ratis trepidum, ventis, & fluctibus impar,
 4 *Flumineis vix tuta vadis evexit in altum:*
 5 *Cujus adhuc remis quatiitur Corcyra, sinusque*
Leucadii, Cilicum dominus, terraque Liburna,
Exiguam vector pavidus correpsit in abnum.
 6 *Conscia curarum secreta in litora Lesbii*
Flectere vela jubes, qua tum tellure latebas.
 7 *Mastior, in mediis quam si, Cornelia, campis*
Emathia stares. tristeis præsagia curas
Exagitant: 8 trepida quatitur formidine somnus:
 9 *Thessaliam nox omnis habet: 10 tenebrisque remotis*
Rupis in abrupta scopulos extremaque currentis
Litora, prospiciens fluctus, nutantia longe
Semper prima vides venientis vela carina,
 11 *Quarere nec quicquam de fato conjugis audes.*
 12 *En ratis, ad vestros qua tendit carbasa portus,*

1 Triumphum de Hiarba & gellis in Africa, quem egit 24 annos natus, Sylla gravius ferens, obstante atque negante triumphum illi decernendum: ut qui hæc gessisset sub alienis auspiciis, idque ante maturam ætatem.

2 Piget de tanto gloriæ culmine dejectum, meminisse classes à se ductas contra Cilicis piratas, lib. 2. §. 376, & triumphum de Mithridate rege Ponti.

3 *ὄλεθ' δ' ἔκ τῃ μὲν ἔδωκεν ἄρχοντος Πίνδ. in Pythiis. Felicitas, nisi adfuerit matura mors,*

Iudicio ferre homines exponit. felix exitus coronat opus: *la sera loda la dia.* vitam mors. Nemo ante obitum reliqua τῆ βίῃ ὄλεθ' εἶ. Iuv. Sat. 10, de Mario, Pompejo, &c. 4 Supra §. 1. 5 Per tempe usque ad mare iter fecit. ibi noctis reliquum in picatoria casula exegit: circa auroram in 6 Fluvium in leirbum ingressus, de comitibus ingenuos ad se recepit, &c. inde oram legens, ad justæ magnitudinis oerariam pervenit, cui præerat Peticius quidam Romanus, qui cum Pompejum de facie nosset, eum & quos is jubebat, recepit, &c. Plut. & Appian. 6 Pompejus, cujus præfecti longe lateque classibus tenebant Corcyram; summi Ambracium prope Leucadem, & oram Liburniæ in mari Adriatico, olim Cilicum piratarum domiciliorum, jam domitus. l. 3. §. 212. ipse in cymba, nox in oeraria vehitur. 7 Tu Cornelia, quam oerariæ sollicitam oculi de belli eventu pendere, mones Pompejum ut jubeat cursum dirigat ad Lesbou; ubi tu semota eras à strepitu belli. l. 5. §. 722. Alii leg. *jubet.* id est, Pompejus, & referunt *conscia ad litora.* 8 Vide ipsius Corneliæ rationes. l. 5. §. 767. 9 Interdum sollicita de belli eventu, noctu per quietem Thessalia observabat mens. 10 Oriente die. 11 Ne forte audias quod præfaga mens somniabat aut suspicabatur. 12 Hæc Plutarchus ad hunc modum: ut Mitylenen appulit, nocturno in urbem misit ad Corneliam, cui alii de Casare ad Dyrhachium profligato & bello prope confecto, intentæ cogitationibus, ille salutatione omittit, lacrymis magis quam voce mandatum referens, properare jussit, si Pompejum una & aliena advectum navi cernere vellet.

1 Non est quod ulterius his sollicita, & timori infumas tempora luctus. detine tinere, adest ecce victus conjux, suæ cladis nunciis, tibi iusti doloris causa.

2 Cornelia obvia profiluit.

3 Advertit inclementiam deorum, conjugis cladem, & fugam.

4 Calligo oculis oborta est ex animi deliquio, & præ moerore Cornelia decidit exanimis.

5 Nam frustrata mortis desiderata spe, ad se rediit.

6 Famulæ non permisere sibi incusare inclementiam factorum ultra tacitos questus, h. e. temperaverunt sibi ejulatu, & vociferationibus lamentorum, Pompejum scilicet reverte,

& ne heræ dolorem accenderent.

7 Amplexatur. 8 Ad se redire sanguine, qui in repentina conformatione ad cor refluxerat, se jam remittente atque in extremas partes effundente.

9 Aspectum; ad quem prius exanimis deciderat.

10 Cedere adversæ fortunæ.

11 Animi firmitatem.

Quid ferat ignoras: sed nunc tibi summa pavoris Nuntius armorum tristis, rumorque sinister.

1 Victus adest conjux. quid perdis tempora luctus? Cum possis jam flere, times. tunc puppe propinqua

2 Profiluit, 3 crimenque deum crudele notavit,

Deformem pallore ducem, vultusque prementem Canitie, atque atro squalentes pulvere vestes.

4 Obvia nox misera cælum, lucemque tenebris

Abstulit, atque animam clausæ dolor: omnia nervis

Membra relicta labant: riguerunt corda, diuque

5 Spe mortis decepta jacet. jam sune ligato

Litoribus, lustrat vacuas Pompejus arenas.

Quem postquam propius famula videre fideles,

6 Non ultra gemitus tacitos incessere fata

Permisere sibi, frustra que attollere terra

Semianimem conantur heram: quam 7 pectore

Magnus

Ambit, & astrictos resovet complexibus artus.

Cæperat 8 in summum revocato sanguine corpus

Pompeji sentire manus, mæstamque mariti

Posse pati 9 faciem: prohibet 10 succumbere fati

Magnus, & immodicos castigat voce dolores.

Nobile cur 11 robur Fortuna vulnere primo,

Femina, tantorum titulis insignis 12 avorum,

Francis? 13 Habes aditum mansura in secula fama.

Laudis in hoc sexu, non legum jura, nec arma.

Vnica materia est conjux miser. erige mentem,

Et tua cum fati pietas decertet, & ipsum,

Quod sum victus, ama: nunc sum tibi gloria major,

A me quod fasces, & quod pia turba Senatus,

Tantaque discebit regum manus: incipe Magnum

Sola sequi. 14 deformis, adhuc vivente marito

Summus, & augeri vetitus dolor: 15 ultima debes

16

17

18

19

20

21

22

Esse fides, lugere virum. tu nulla tulisti
 Bello damna meo. vivit post prælia Magnus,
 1 Sed fortuna perit : quod desles, illud amasti.
 Vocibus his correpta viri, vix agra levavit
 Membra solo, taleis gemitu rumpente querelas :
 2 O utinam in thalamos invisi Casaris issem
 3 Infelix conjux, & nulli lata marito !
 Bis nocui mundo : 4 me pronuba duxit Erinny's,
 5 Crassorumque umbræ, devotaque manibus illis
 6 Assyrios in castra tuli civilia casus :
 Precipitesque dedi populos, cunctosque fugavi
 A causa meliore deos. ô maxime conjux,
 O thalamis indigne meis, 7 hoc juris habebat
 In tantum Fortuna caput ! cur impia nupsi,
 Si miserum factura fui ? nunc accipe 8 pœnas,
 Sed quas sponte luam. quo sit tibi mollius aqnor,
 Certa fides regum, totusque paratior orbis,
 Spargè mari 9 comitem. mallem felicibus armis
 Dependisse caput : nunc clades denique lustra
 Magne tuas. 11 ubicunque jaces civilibus armis
 Nostros ultra toros, ades huc, atque exige pœnas,
 Iulia crudelis, placataque 12 pellice casa,
 Magno parce tuo. Sic fata, iterumque refusa
 Conjugis in gremium, cunctorum lumina solvit
 In lacrymas. duri flectuntur pectora Magni,
 13 Siccaque Thessalia confundit lumina Lesbos.
 14 Hunc Mitylenaum pleno jam littore vulgus
 Affatur Magnum : Si maxima gloria nobis
 Semper erit tanti 15 pignus servasse mariti,

1 Sed vide ne fortunam meam everfam lugendo, videaris eam quam me habuisse chariorem.

2 Quo illius fortunas gravaret connubiū meum, maritis usque fatale.

3 P. Crasso Marci F. quæ cum patre apud Parthos periit, prius nupta : nunc Pompejo. Idem quæsta inducitur à Plutarcho. Video, inquit, te marite, non tuam sed mea fortunam ad unicum navigium recidisse, qui ante Cornelie nuptias quingentis navibus per hoc æqnor vehebaris, &c. In vita Pompeji.

4 Infelicibus auspiciis nu-

ptiarum querela. sic Hypsipyle Ovidiana : Nam mihi nec Iuno, nec Hymen, sed tristis Erinny's Prætulit infaustas sanguinolenta comas. & Senecæ Medea v. 16. & Octavia v. 23. Illa, illa meis trivis Erinny's Thalamis Stygios prætulit ignes.

5 Patris & filii manes me illis infaustam execrati atque insequant, miserunt æque infelici cladis omne in civilia hæc bella.

6 Parthi- cam cladem.

7 Tantum potestatis, ut fatalem me conjungem tibi daret.

8 Mei devoventis se pro tua salute, & fortunæ mutatione in melius.

9 Me.

10 Atque utinam me prius devovissem, ante hanc cladem, pro tua victoria; id quia non contigit, nunc denique expia clades tuas mea cæde.

11 Lege quæ Iulie umbra miatur Pompejo. lib. 3. v. 21.

12 Invidiose & indignanter hoc in se, ut lib. 3. v. 23.

13 Et commiseratio uxoris hic in Lesbo expressit Pompejo lacrymas, quod non fecit clades in Thessalia accepta.

14 Mitylenæ os, ut refert Plutarchus, salutatum egressos & ut in urbem intraret orantes, hoc recusato, monuit : uti bono animo essent, & victori parenter Casari, bono & clementi viro.

15 Corneliam, uxorem Pompeji, apud nos depositam à bello.

1 Societatis & hospitii.

2 Te hospite primum è bello recepto, honoratum.

3 Nostra hæc civitas jam Cæsari damnata est officii erga te tuamque, infra V. 134.

4 Huc è bello convenient nobiles, qui sciunt te huc venisse ad conjugem.

5 Quo appulisti à bello Mithridatico, auditum artium professores.

6 Versus iste v. 50, non habetur in mscr. F. Modii novantique 95. epist.

7 Hoc opprobrium à nobis bene de te meritis averti, ne videaris fidem nostram in adversis rebus inspectam habuisse & damnasse, quam in prosperis approbasti.

8 Ut qui non penitus profugasti fidem, cuius hæc civitas edidisset specimen &

promptitudinem erga Pomp. & populum Rom. in rebus creperis, bonum augurium atque exemplum cæteris futurum, mox V. 140.

9 Cornelia vobis commissa. 10 Me vestræ fidel credere non dubitans, quem si vos preheussim Cæsari traderetis, facile enim vobis conciliaretis, impetata exceptæ hospitio Corneliæ venia. 11 Cæsaris iræ expositos. 12 Starui enim experiri, quæ georæ Senatorij & populo Romano fideles sint, quæ infidæ. 13 Et tu, si quis deorum etiam dum mihi faveas, exaudi uliginum hoc votum meum.

*Tu quoque devotos sacro tibi fædere muros,
Oramus, sociosque lares dignare vel una
Nocte tua: sic Magne locum, quem cuncta revisant
Secula; quem veniens hospes Romanus adoret.
Nulla tibi subeunda magis sunt mœnia victo.
Omnia victoris possunt sperare favorem:
3 Hac jam crimen habent. quid, quod jacet insula
ponto,*

*Cæsar eget ratibus? 4 Procerum pars magna coibit
Certa loci. 5 noto reparandum est littore fatum.*

*Accipe templorum cultus, aurumque deorum
Accipe: si terris, si puppibus ista juventus*

Aptior est, tota quantum valet, utere Lesbo,

6 Accipe: ne Cæsar rapiat, tu victus habeto.

7 Hoc solum crimen merita bene detrahe terra,

Ne nostram videre fidem felixque secutus,

Et damnasse miser. Tali pietate virorum

Latus, in adversis, & 8 m. m. di nomine gaudens

Esse fidem, Nullum toto m. m. dixit, in orbe

Gratius esse solum, 9 non parvo pignore vobis

Ostendi. tenuit nostros hac obside Lesbos

Adfectus: hic sacra domus, carique penates,

Hic mihi Roma fuit. non ulla in litora puppim

Ante dedi fugiens, sævi cum Cæsaris iram

Iam scirem meritam, servata conjuge, Lesbon,

10 Non veritus tantam venia committere vobis

Materiam, sed jam satis est fecisse 11 nocentes:

Fata mihi totum mea sunt agitando per orbem.

Hæc nimium felix aeterno nomine Lesbos,

Sive doces populos, Regesque admittere Magnum,

Seu praestus mihi sola fidem. nam 12 querere certum est

Fas quibus in terris, ubi sit scelus. 13 accipe, Numen,

Si quod adhuc mecum es, votorum extrema meorum:

Da similes Lesbo populos, qui Marte subactum

Non intrare suos infesto Cæsare portus,

Non exire vetent. Dixit, mæstamque carina

Imposuit comitem. ¹ cunctos mutare putares
 Tellurem, patriaque solum: sic litore toto
 Plangitur, ² infesta tenduntur in aethera dextra:
³ Pompejumque minus, cujus Fortuna dolorem
 Moverat; ast illam, quam toto tempore belli
 Ut civem videre suam, discedere cernens
 Ingemuit populus: quam vix si castra mariti
 Victoris peteret, siccis dimittere matres
 Iam poterant oculis: tanto devinxit amore
 Hos pudor, hos probitas, ⁴ castique modestia vultus,
 Quod submissa nimis, nulli gravis hospita turba,
⁴ Stantis adhuc sati vixit quasi conjuge victo.
 s Iam pelago medios Titan dimissus ad ignes,
 Nec quibus abscondit, nec si quibus exeret orbem,
 Torus erat: ⁶ vigiles Pompeji in pectore cura
 Nunc socias adeunt Romani fœderis urbes,
 Et varias regum mentes, nunc ⁷ invia mundi
 Arva super nimios soles, Austrumque jacentis.
⁸ Sape labor mœstus curarum, odiumque futuri
 Projectit fessos incerti pectoris astus,
 Rectoremque ratis de cunctis consulit astris;
 Vnde notes terras; qua sit mensura secandi
 Equoris in cœlo; ⁹ Syriam quo sidere servet:
 Aut ¹⁰ quotus in plautro Libyam bene dirigat ignis.
 Doctus ad hæc fatur ¹¹ taciti servator Olympi:
¹² Signifero quacunque fluunt labentia cælo,
¹³ Nunquam stante polo, miseros fallentia nautas
 Sidera non sequimur: sed qui non mergitur undis
 Axis innociduus, gemina clarissimus Arcto,

tis sphaera pars media supra horizontem, pars altera infra diem illis deferentis, si qui sunt Antipodes qui oppouunt pedibus vestigia nostris. Namque hoc plerisque veterum controversum fuit etiam contra demonstrationes Mathematicas. ⁶ Pompejum infortunem & sollicitum tenebat meditatio quos reges, quas gentes socias, quas mundi partes adiret. ⁷ Deserta Libyæ, zonam torridam & ulterius. ⁸ Interdum ut mentis sollicitudinem & rædium cogitandi de futuris levaret, convertit se ad disputationem de astris & ratione cœli viæque inquirenda à gubernatore navis. ⁹ Quam stellam observans in verulam naviget, & cum Pompejum de his regionibus adeundis varia animo versantem consilia respicere videatur Poëta, tum & illud, *Namque Helice Grajos, Tyrios Cynosura per altum Dirigit.* ¹⁰ Quora stella vrsæ majoris observatur navigantibus in Africam. ¹¹ Gubernator. Sic Pallinurus Virgil. ¹² *Æo.* Sidera cuncta notat tacito labentia cælo. ¹³ Non observamus stellas in Zodiaco & illa cœli parte quæ revoluta vobis occidit: sed sidera vicina polo Arctico, qui nobis & nuper sublimis certos signat cursus, juxta quænt maxime fulgent duo sidera Helice & Cynosura. ¹³ Vbi nulla cœli pars stabilis stellas præfert, ad quas dirigitur cursus.

1 Crederes Mitylenæos omnes in exilium pulsos e patrio solo migrasse, in discessu Pompeji & Cornelia; adeo undique plangebatur ab omnibus.
 2 Tanquam deos inclementer iuculantes.
 3 Neque tangebatur tantum discessu Pompeji, quantum Cornelia.
 4 Cornelia stantis sati. id est, cuius fortuna adhuc erat integra (ut infra v. 223. *æterni Maris Alanos.* Helioisimum alii esse voluit prostante fortuna) vixit non in honori cum modestia, quam si fracta fuisset adversa Fortuna.
 5 Erat jam Solis occiden-

1 Cornibus
antennarum, ex
κίραξ & ἄνω.

2 Hoc vult
nauta dicere,
Navigantibus
hinc in Bos-
phoron Scy-
thicum aut
Thracium, &
Pontum, ver-
sus Septentrio-
nem, stella pol-
aris ascendit
ad Zenith, seu
punctum ver-
ticale; quod,
per *ancoras*,
*summam arbo-
rem* & *malum*,
intelligit, id
est, polus Ar-
cticus eleva-
tur. Navigan-
tibus contra in
Syriam, versus
meridiem: Rel-
la polares
Bootes & Vr-
sa minor de-
scendunt à
summitate ma-
li seu puncto
verticali, Ho-
rizontem ver-
sus, hoc est,

polus deprimitur, atque elevatur Canopus, fulgida stella in gubernaculo Au-
strali navis Argus sideris Meridionalis, quæ non videtur nisi Rhodo in Austrum
pergentibus. *nusquam invenies*, inquit Manilius, *fulgere Canopum Donec Nilia-
cas per Pontum veneris oras.* 3 Quantum deprimitur poli Arctici, tantum ele-
vatur Aequatoris, & in Austrum tendimus. 4 Remota, nec ascendens Septen-
trionalibus conspicua. 5 Si in sinistram teneas à Canopo trans Pharon,
illidetur navis Syrtibus. 6 Lib. 10. v. 57, & 509. 7 Lib. 1. v. 367.
& Vtro? dextro an sinistro veli angulo; imo ἢ ποδῶν. *the tacke.* 9 Lib. 5.
v. 428. 10 Dirigi cursum. 11 Thesaliam atque Italiam relinque, ad
Orientem tendens. 12 Vxorem. 13 Ante receptam uxorem, Lesbion
volui petere. 14 In lævam flexit. 15 Fretum inter Asiæ litus & Chion
insulam à sinistra, male legitur *Asina cant.* 16 Alterum veli angulum
protendit, reducto altero. ut v. 428. lib. 5. 17 Cursu in obliquum
mutato, neque procurrente ut prius æquatis antennis navi, majori impetu &
fragore prora eruit fluctus. 18 Non secus atque auriga in curuli certamine
contendit, interiore rota quam proxime stringere matam, quo breviora gyro
circumeat. 19 Sinistra rota immobili, dum dextra vertitur. 20 Evitatæ
& Inactæ. 21 Oriens sol obscuraverat sidera.

*Ille regit puppes. hic cum mihi semper in altum
Surget, & instabit summis minor Vrsa¹ ceruchis;
2 Bosphoron. & Scythia curvantem litora pontum
Spectamus. 3 quicquid descendet ab arbore summa
Arctephylox, propiarque mari Cynosura feratur,
In Syria portus tendet ratis. inde 4 Canopus
Excipit 5 Australi cælo contenta vagari,
Stella timens Borean: 6 illa quoque perge sinistra,
Trans 7 Pharon in medio tanget ratis aquore 8 Syrtim.
Sed quo vela dari, 9 quo nunc pede carbasa 10 tendi
Nostra jubes? Dubio contra cui pectore Magnus,
Hoc solum toto, respondit, in aquore serva,
11 Ut sit ab Emathiis semper tua longius oris
Puppis, & Hesperiam 12 pelagus, cæloque relinquat:
Cetera da ventis. comitem, pignusque recepi
Depositum: tunc certus eram, qua 13 litora vellem;
Nunc portum Fortuna dabit. Sic fatur: at ille
Iusto vela modo pendentia cornibus aquis
Torsit, & 14 in lavum puppim dedit; utque secaret,
15 Quas Asia cautes, & quas Chios asperat, 15 undas,
16 Hos dedit in proram, tenet hos in puppe rudentes.
Æquora senserunt motus, aliterque secante
Iam pelagus rostro, 17 nec idem spectante carina,
Mutavere sonum 18 non sic moderator equorum,
19 Dexteriore rota lavum cum circuit orbem.
Cogit 20 inoffensa currus, accedere meta.
21 Ostendit terras Titan, & sidera textit.*

1 Sparsus ab Emathia fugit quicumque procella,
 Assequitur Magnum: primusque a litore Lesbii
 Occurrit 2 natus, 3 procerum mox turba fidelis.
 Nam neque 4 dejecto satis, acieque fugato
 Abstulerat Magno reges Fortuna ministros:
 Terrarum dominos, & 5 scepra Eoa tenentes
 Exul habet comites. 6 Iubet ire in devia mundi
 Dejotarum, 7 qui sparsa ducis vestigia legit.
 8 Quando, ait, Emathiu amissus cladibus orbis
 Qua Romanus erat, superest fidissime regum
 Eoam tentare fidem, 9 populosque bibentes
 Euphraten, & adhuc securum à Casare 10 Tigrim:
 Nec pigeat 11 Magno quarentem fata, remotas
 Medorum penetrare domos, Scythicosque recessus,
 Et 12 totum mutare diem, vocesque 13 superbo
 14 Arsacida perferre meas: Si 15 fœdera nobis
 Prisca manent, mihi, 16 per Latium jurata Tonantem,
 Per vestros astricta magos, 17 implete pharetras,
 18 Armeniosque arcus 18 Geticis intendite nervis:
 Si vos ô Parthi peterem cum 19 Caspia claustra,
 Et sequerer duros 20 aeterni Martis Alanos,
 Passus 21 Achamenis 22 latè decurrere campis,
 23 In tutam trepidos nunquam Babilona cœgi:
 24 Arva super Cyri, Chaldaique ultima regni,
 Qua rapidus 25 Ganges, & qua 25 Nysaus Hydaspes

1 Qylenaque
 è clade Phari-
 salica fugerant,
 sequuti sunt
 Pompejum.
 2 Natu in-
 nor, Sextus, ad
 lib. 9. §. 45.
 3 Senatorum,
 & dncum. Pom-
 pejus fugiens
 cum duobus
 Lentulis Sexto-
 que filio & Fa-
 vonio, &c. Vi-
 de Paterc. l. 2.
 4 Videt.
 5 Regna O-
 rientalia.
 6 Dejotarum
 regem Gallo-
 Græciæ mit-
 tit in remotis-
 simas terras
 minoris Asiæ
 ad arina soli-
 citanda.
 7 Qui fugien-
 tem Pompejum
 assecutus fue-
 rat.
 8 Pompeji ad
 Dejotarum o-
 ratio.
 9 Armeniæ &

Mesopotamiæ populi. 10 Tigris accolas. 11 Quo mihi fata
 recuperes. 12 Subire aliud cœli clima, ubi propter loci distantiam &
 mundi inclinationem variatur diei ratio. Alii legunt *motare*, id est, excitare
 totum Orientem. 13 Recenti de Crassis victoria. lib. 1. §. 10.
 14 Regi Parthorum, denominato ab Arsace auctore imperii. 15 Exce-
 ptis (inquit Florus lib. 3. cap. 5.) Parthis, qui cœdus mahuerunt: & Indis,
 qui nos adhuc non noverant, omnis Asia inter Rubrum & Caspium & Ocea-
 num Pompejanis domita vel oppressa signis tenebatur. 16 Per Iovem
 Imperii Rom. præsidem à nobis, & deos vestros à magis sapientibus, sacerdo-
 tibusque jurata. 17 Instruite & parate arma auxillaria. Parthi autem
 arcubus præliabantur, quos cum per pacem remittereat, in contrarium flecte-
 bant. 18 Parthicos. 19 Caspiæ portæ sunt fances montium Cas-
 spiorum inter Medos & Parthos. Sed de aliis forcis seu faucibus Armeniam
 versus est intelligendum: cum Pompejus huc non pervenerit. uti nec ad Ala-
 nos Scythiæ Europææ pop. sed Albanos potius, qui Caspiis claustris & Parthis
 viciniores. De his item Plut. in Pomp. & Tacit. Annal. 12. 13. 15. atque Ita
 legendum apud Suet. in Domitiano cap. 2. 20 Qui semper in armis
 sunt, qui induruerunt assueti bellis. 21 Persici, ab Achæmenide tribu,
 è qua Reges Persarum, à filio Ægei. Steph. 22 In oculo & pace.
 23 Non repressi, neque in urbem Imperii sedem fugasi. 24 Ultra
 regnum Persarum. lib. 6. §. 449. 25 Indiæ fl., 26 Nysam urbem
 Indiæ à Baccho conditam præterfluentis.

1 In mare Iudicum labuatur.

2 Propior eam orienti Soli quam ipsi Perse.

3 Par, liber, noui triumphatus.

4 Neque incolumitatem & pacem semel tantum meo debent beneficio: quin & post victos Cæsaros, dissuasi ego in Senatu, ne bellum Parthis inferretur, durante bello Gallico.

5 Terminis constitutis intra.

6 Euphratem, quem Phraates cum Tigrauem generum suum à Pompejo exposcerat, Imperii metam & terminum pactus est.

7 Syriz ad Euphratem oppid. ab Alexandro Macedone conditum,

& ubi fluvium ponte è navibus domnerat, cateas in urbe servatas esse suo tempore, refert Plin. lib. 34. cap. 15.

8 In meam gratiam & partes potius quam Cæsaris sit.

9 Dejotatum.

10 Ponto habitu regio.

11 Regi assumere habitum pauperis.

12 Exposito Dejotato cum mandatis ad Parthos, in litore Asiatico.

13 Pompejus.

14 Icariz inf. nisi ioter scopulos.

15 Ionia in Asia maritima. urbem celebrem.

16 Ionia insula.

17 Maris Carpathii inf.

18 Samo vicina est Coos insula.

19 Lib. 5. §. 51.

20 Sius, ad Telmessum oppidum Cariz.

21 Compedium magni sius facit, recta per medium pelagus navigatione.

22 Qua via longum compensa iter. Hippolyti Senec. §. 85. Legitur & Compensat: medio pelagi Pamph.

23 Alia Minoris regio Ciliciz vicina.

24 Oppido ulli. §. 136. Supra.

25 Pamphyliz oppidum Attaleam dicit Plutarchus eum primum intrasse.

26 Pauciores incolæ erant quam comites Pompeji.

27 Hinc navigans.

28 Moutem Ciliciz.

1 Accedunt pelago, 2 Phæbi surgentis ab igne lam propior, quam Persis, eram: tamen omnia vincens

Sustinui nostris vos tantum deesse triumphis, Solusque è numero regum telluris Eoa,

3 Ex aquo me Parthus adit. 4 nec munere Magni Stant semel Arsacida. quis enim post vulnere cladis Assyria, justas Latius compefecit iras?

Tot meritis obstricta meis, nunc Parthia ruptis Excedat 5 claustris vetitam per secula 6 ripam,

7 Zeugmaque Pellaum. 8 Pompejo vincite Parthi; Vinci Roma volet. 9 Regem parere iubenti

Ardua non piguis, 10 positisque insignibus aula Exeditur famuli raptos indutus amictus.

In dubiis tutum est * inopem simulare tyranno. Quanto igitur mundi dominis securius avum

Verus pauper agit! 11 Dimisso in litore rege,

12 Ipse per 13 Icaria scopulos, 14 Ephesumque relinquens, Et 15 placidi Colophona maris, 16 spumantia parva

Radit saxa 17 Sami: spirat de litore 18 Coe Aura fluens: Grison inde fugit, 19 claramque relinquit

Sole Rhodon, magnosque * sinus Telmessidos unda 20 Compensat medio pelagi. 21 Pamphylia puppi

Occurrit tellus: nec se committere 22 iuris Ausus adhuc ullus, te primum parva 23 Phaselis

Magnus adit. nam te metui vetat incolæ rurus, Exhaustaque domus populis; 24 majorque carina

Quam tua turba fuit. 25 tendens hinc carbasa rursus lam 26 Taurum, Tauroque videt 27 Dipsanta cadentem.

1 Crederet hoc Magnus, pacem cum præstitit undis
 Et sibi consultum? Cilicum per litora tutus
 Parva puppe fugit: sequitur pars magna Senatus
 Ad profugum collecta ducem: parvisque 2 Synedris,
 Quo portu mittitque rates recipitque Selinus:
 3 In Procerum casu tandem mæsta ora resolvit
 Vocibus his Magnus: Comites bellicue, fugaque,
 Atque 4 instar Patria, quamvis in litore nudo,
 In Cilicum terra, nullis circumdatus armis
 Consultem, rebusque novis exordia quaram,
 Ingentes præstate animos: non omnis in arvis
 Emathiis cecidi, nec sic mea fata premuntur,
 Ut nequeam relevare caput, cludesque receptas
 Excutere. 5 an Libyæ Marium potuere ruina
 Erigere in fasces, plenis & reddere fastis:
 Me pulsam leviore manu Fortuna tenebit?
 6 Mille mea 7 Grajo volvuntur in equore puppes,
 Mille Ducēs: sparsit potius Pharsalia nostras,
 Quam subvertit opes. sed me vel sola tueri
 Fama potest rerum, toto quas gessimus orbe,
 Et 8 nomen quod mundus amat, vos 9 pendite regna
 Viribus, atque fide, Libyen, Parthosque, Pharonque,
 Quæ nam Romanis deceat succurrere rebus.
 Ast ego curarum, Proceres, arcana mearum,
 Expromam, 10 mentisque mea quo pondera vergant.
 Etas 11 Niliaci nobis suspecta tyranni est:
 12 Ardua quippe fides robustos exigit annos.
 Hinc anceps dubii terret 13 solertia Mauri:
 14 Namque memor generis Carthaginis impia proles
 Imminet Hesperia, multusque in pectore vano est
 Annibal, 15 obliquo maculat qui sanguine regnum,

1 Credidisset hoc quondam Pompejus, cum maria hæc profligatis piratis pacasset, fore aliquando ut sibi profugo hoc tuto itinere opus esset?

2 Inf. vel potius ad ostium Selinoutis fl. Ciliciæ. Sunt qui intelligant concessum Senatorium. Συνηδρον. Alii legunt, Celendris. oppid. Ilitorale Strab. lib. 14. Plin. lib. 5. cap. 27.

3 Metuens Pompejus celeritatem hostis, ne rebus imparatis superveniret Cæsar, de loco perfugii & secessus deliberravit: ipse Parthiam prætulit; alii Africam & Iubam; Theophanes Leibijs Ægyptum suavit & persuasit. Plutarch. & Appian. Paterc.

4 Referentes patriam, vel pondus & auctoritatem patriæ habentes.
 5 Marium post carcerem Minturnensem & latebras in ruinis Carthaginis. lib. 2. §. 89. Fortuna ad septimum provexit Consulatum. Me manu mius gravi depressit: Quid obstat quo mius & restituat? 6 Synecdoche Hyperbolica. 7 Ad Corcyram enim & in Adriatico classes illi integræ erant & præfecti. 8 Quo nimium fretus erat. l. 1. §. 135. 9 Expendite, deliberare ad quem tanquam fidelem & viribus præstantem confugiemus, ad Iubanum Numidarum regem in Africa; an Phraaten Parthiæ; an ad Ptolemæum Ægypti regem. 10 Quo consilia mea inclinent. 11 Ptolemæi, qui tum puero quam juveni propior Ægypti rex erat. Paterc. 12 Eximia, certa, in rebus arduis præstita. 13 Iubæ astutia. 14 Iubani Pœnis oriandum vult poëta, ingenio vasto, perfidia & odio nominis Romani referre Annibalem. 15 Qui regni Libyæ jus ad se ex laterali descensu pertinere vult. Alii ex obliquo & macula, nothum fuisse intelligunt.

1 Insolens factus est, quod Aëtius Varus subsidium ab illo petisset, & quod Curione cum exercitu deleto res Romanas videret suis inferiores. 2 Parthiam. Locum hunc examinat redarguitque Ios. Scal. in prolegom. ad Manil. 3 Ad Y. 236. supra. 4 Ad Y. 222. supra. 5 Parthiam, atque Indiam, pro qua videtur Assyriam dixisse, cum nulla sit pars Assyriæ quæ solum Autarcticum videat. 6 Et Oceanus Indicus alius est à nostro, cuius pars Mare rubrum, diversi à nostro coloris; ut volunt, sed videtur nos ad Senec. Thyest. Y. 370.

7 Regnandi solo studio arma meditantur & capeffunt. 8 Equi illis altiores & ferociores quam nostri. 9 Ab ineunte ætate sagittis mittendis instituuntur. 10 Mox Y. 304. 11 Parthi primi & soli retulerunt impetum Alexandri. 12 Macedonicas hastas. Pella urbs Macedoniæ Alexandri patria. 13 Sibi subjecerunt Medos, quorum urbs Bactra regia Bactrianæ; & Assyrios, quorum regia Babylon. 14 Lib. 6. Y. 50. 15 Facto periculo in eo proelio, quo Crassi devicti sunt, nostra pila esse sagittis inferiora. 16 Leve utique vulnus lethale est à veneno quo tinguntur sagittæ. 17 Atque utinam mihi non iustaret necessitas opem implorandi à Parthis, gente sæva, nostri æmula, invidaque, nec habenti minus favoris divini. 18 Præter Parthos. 19 Orientis populos. 20 Cum Parthis. supra Y. 218, & 236. 21 Levius feram dignitatis meæ ruinam & fortunæ naufragium ex oculis nostrorum remota, ad extremas ignotasque gentes quibuscum nobis nullum commercium; quam si me conferrem in regna quæ à me devicta suis regibus reddidi. lib. 7. Y. 710. eritque mihi solatio ibi interire, ubi nec crudelitati Cæsaris neque officiis suo obnoxius, solati me recordatione rerum à me illic gestarum.

Et Numidas contingit avos: 1 jam supplice Varo
Intumuit, viditque loco Romana secundo.
Quare, agite; 2 Eorum comites properemus in orbem.
3 Dividit Euphrates ingenti gurgite mundum,
4 Caspiæque immensos seducunt claustra recessus,
5 Et polus Assyrias alter noctesque, diesque
Vertit, 6 & abruptum est nostro mare discolor unda,
Oceanusque suus. 7 regnandi sola voluptas.
8 Celsior in campis sonipes, & fortior arcus;
9 Nec puer, aut senior 10 letales tendere nervos
Segnis, & à nulla mors est incerta sagitta.
11 Primi 12 Pellaas arcu fregere satissas,
13 Bactraque Medorum sedem, 14 murisque superbam
Assyrias Babylona domos. nec pila timentur
Nostra nimis Parthis, audentque in bella venire,
15 Experti Scythicas, Crasso pereunte, pharetras.
Spicula nec solo spargunt fidentia ferro;
Stridula sed multo saturantur tela veneno.
16 Vulnere parva nocent, fatumque in sanguine summo est.

17 O utinam non tanta mihi fiducia savis
Effet in Arsacidis! satis nimis amula nostris
Fata movent Medos, multumque in gente deorum est.
Effundam populos 18 alia tellure revulsos,
Excitosque suos immittam sedibus 19 ortus.
Quod si nos Eoa fides, 20 & Barbara fallunt
Fœdera; vulgati supra commercia mundi
Naufragium Fortuna ferat. non regna precabor,
Quis fecit; 21 sed magna feram solatia mortis

Orbe jacens alto, nil hac in membra cruentes,
 Nil socerum fecisse pie, sed cuncta revolvens
 Vita fata mea, semper venerabilis illa
 Orbis parte fui: ¹ quantus Maotida supra!
 Quantus apud Tanaim toto conspectus in ortu!
² Quas magis in terras nostrum felicibus actis
 Nomen abit, aut unde redit majore triumpho?
 Roma fave cæptis: quid enim tibi latius unquam
 Præstiterint Superi, quam, si civilia ³ Partho
 Milite bella geras, tantam consumere gentem,
 Et nostris miscere, malis? Cum Casaris arma
 Concurrent ⁴ Medis, aut me Fortuna necesse est
 Vindicet, aut Crassum. Sic fatus, murmure sentit
⁵ Consilium damnassee viros: quos ⁶ Lentulus omneis
 Virtutis stimulis, & nobilitate dolendi
 Præcessit, dignasque tulit ⁷ modo Consule voces:
 Siccine Thessalica mentem fregere ruina?
⁸ Vna dies mundi damnavit fata? secundum
 Emathiam lis tanta datur? ⁹ jacet omne cruenti
 Vulneris auxilium? solos tibi, Magne, reliquit
¹⁰ Parthorum Fortuna pedes? quid ¹¹ transfuga mundi
 Terrarum totos tractus, calumque perosus,
 Adversosque polos, alienaque sidera quaris,
 Chaldaeos culture ¹² focos & barbara sacra
 Parthorum famulus? ¹³ quid causa obtenditur armis
 Libertatis amor? miserum quid decipis orbem,
 Si servire potes? ¹⁴ te, quem ¹⁵ Romana regentem
 Horruit auditum, quem captos ¹⁶ ducere reges
 Vidit ¹⁷ ab Hyrcanis, Indoque a litore, silvis,
 Dejectum fati, humilem fractumque videbit,
 Extolletque animos Latium vesanus in orbem;

¹ Quas victorias & triumphos retuli è Mithridate, Tigraue, &c. ultra Mæotium paludem & Tanaim?

² In nullas certe magis.

³ Qui aut victor restituet me, aut victus poenas dabit Crassorum, vacante interim à civili bello milite Rom.

⁴ Parthis.

⁵ Consilium suum de Parthis adeundis improbari à suis.

⁶ Orationem hanc Theophrasti Lesbio adscribit Plut. in Pomp.

⁷ Qui paulo ante Consulatum gesserat.

⁸ Vnae illa infeliciter in Thessalia pugnata dies dampnavit totum mundum in extremam &

æternam calamitatem? lata quasi perpetuæ felicitatis sententia pro victoribus unius diei?

⁹ Nihilne post acceptam hanc cladem superest auxilii?
¹⁰ Quorum ad pedes tu supplex accidas opem imploraturus. ¹¹ Parthos ultra Aequinoctialem statuit, ut supra Y. 291 Assyrios. ¹² Aras. Alii leg. deos, idem recidunt. Ignem scilicet deum Chaldaeorum. ¹³ Aut quid libertatis studium præteximus belli causam, si modo Parthis nos servituros projiciamus?
¹⁴ O, quanto Romani nominis dedecore, atque damno tuo, consilium hoc inilisti? cristas utique tollent Parthi, Romanoque omnes præ se contempserint: ubi viderint te Imperatorem summum & caput, Roma lawigeros ageret cum lata triumphos, animo tam abjecto ad pedes suos prostratum. ¹⁵ Res Romanas; imperium. ¹⁶ Aute triumphalem curram. ¹⁷ Ex remotis Asiæ regionibus, ad Hyrcaniam & Indiam vergentibus.

1 Et quam indignum erit animo tuo & rebus tuis gestis, supplicare Parthis? quorum lingue cum imperitus sis, lacrymis agendum est implorandumque; fletu auxilium.

2 Ut cladem Pharsalicam proelio acceptam prius Parthi vindicent, quam nos cladem ab illis acceptam ad Carras?

3 Dama bello accepta, quæ hostes celare prudentius erat, cur prodixit illis?

4 Quid occasione præbes transiendi Euphratem, imperii sui limitem?

5 Et cum Roma soletur se post bellum, quod civi potius serviat

Se simul, & Romam Pompejo supplice mensus?
 1 Nil animus, fatisque tuis effabere dignum:
Exiget ignorans Lætia commercia lingua,
Ut lacrymis se, Magne, roges. patimurne pudoris
Hoc vulnus, 2 clades ut Parthia vindicet ante
Hesperias, quam Roma suas? civilibus armis
Elegit te nempè ducem. 3 quid vùlnera nostra
In Scythicos spargis populos, cladesque latentes?
 4 Quid Parthos transire doces? 5 solatia tanti
Perdit Roma mali, nullos admittere Reges,
Sed civi servire suo. juvat ire per orbem
Ducentem savas 6 Romana in mœnia gentes,
 7 Signaque ab Euphrate cum Crassis capta sequentem?
 8 Qui solus regum, fato celante favorem,
Defuit Emathia, nunc tantas ille laceffet
Auditi victoris opes, aut jungere fata
Tecum, Magne, volet? non hac fiducia genti est.
 9 Omnis in Arctoïis populus quicumque pruinis
Nascitur, indomitus bellis, & 10 Martis amator.
Quicquid ad Eoos tractus, 11 mundique teporeni
Labitur, emollit gentes clementia cœli.
Illic & 12 laxas vestes, & 12 fluxa virorum
Velamenta vides. 13 Parthus per Medica rura,
Sarmaticos inter campos, effusaque plano
Tigridis arva solo, nulli superabilis hosti est
Libertate fuga: sed non, ubi terra timebit,
Astera conscendet montis juga; nec 14 per opacas
Bella geret tenebras incerto debilis arcu,
 15 Nec frangit nando violenti vorticis amnem,

fuo quam rebus externis: per te solatio hoc illa. frustrabitur. 6 Contra patriam.

7 Lib. 1. §. 10. 8 Quando exitus belli erat in dubio, Phraates non misit tibi auxilium: an utique credis operi illum tibi victo Jarurum contra victorem, de quo multa audiit?

9 Septentrionales populi, inquit Vegetius l. 1. cap. 2. remoti à Solis ardoribus, inconsultiores quidem, sed tamen largo sanguine redundantes, sunt ad bella promptissimi. Nationes vero Soli vicine, nimio calore siccatæ, amplius quidem sapiunt, sed minus habent sanguinis; & propterea fiduciam cominus pugnandi non habent, & metuant vulnere. Idem Aristor. Herodot. & Vitruvius lib. 5. & Rob. Valturius lib. 6 de re militari, cap. 8. Respondet autem ad illud Pompeji, supra §. 295.

10 Alii Martis. ut lib. 1. §. 461.

11 Plagam cœli tepidam. 12 Quod & molliem

arguebat apud Romanos; Malibinus tunicis demissis ambulat. Horat.

13 In camporum quidem planitie præstant plurimum Parthi, sagittis emittis

& fuga inter pugnandum freti; in montosis vero minimum valent. 14 Per

opaca vallium, inquam. Quid si, noctis? neque enim noctu fugientem infes-

qui Crassum sustinebant Parthi. Plutarchus in Crasso. 15 Non stantia,

ubi opus est, tranare didicerunt.

1 Nec tota in pugna persusus sanguine membra
 Exiget aëstivum calido sub putvere solem.
 Non 2 artes illis, non ulla est machina belli:
 Haud fossas 3 implere valent: Parthoque sequente
 4 Murus erit quodcumque potest obstare sagitta.
 5 Pugna levis, bellumque fugax, turmaque vagantes,
 6 Et melior cessisse loco, quam pellere, miles.
 Illita tela 7 dolis, nec Martem comminus unquam
 Ausa pati virtus; sed longe tendere nervos,
 8 Et, quo ferre velint, permittere vulnera ventis.
 9 Ensis habet vires, & gens quacumque virorum est,
 Bella gerit gladiis. 10 nam Medos prælia prima
 Exarmant, vacuaque jubent remeare pharetra.
 11 Nulla manus illis; fiducia tota veneni est.
 Credis, Magne, viros, quos in discrimina belli
 Cum ferro venisse 12 parum est? 13 tentare pudendum
 Auxilium tanti est, 14 toto divisus ut orbe
 15 A terra moriæ tua? tibi barbara tellus
 Incumbat? te parva tegant, ac vilia busta,
 Invidiosa tamen, Crasso 16 quærente sepulcrum.
 Sed tua sors levior, 17 quoniam mors ultima pœna est,
 Nec metuenda viris, at 18 non Cornelia tetum
 Infando sub rege timet, num barbara nobis
 Est ignota Venus, qua ritu cæca ferarum
 Polluit 19 innumeris leges, & fœdera tæda
 Conjugibus, thalamique 20 patent secreta nefandi
 Inter mille nurus? 21 epulis vesana, meroque
 Regia, non ullos exceptos legibus horret
 Concubitus: tot femineis complexibus unum
 Non lassat nox tota marem. 22 jacuere sorores
 In regum thalamis, sacratæque pignora matres.
 23 Damnat apud gentes sceleris non sponte peracti
 Oedipodionias infelix fabula Thebas:

1 Neque vul-
 neratus perseve-
 rabit, per diem
 totum æstivum
 in pugna, pul-
 veris & solis
 patiens.

2 Libro 3.

Y. 490.

3 Cratibus,
 fascibus, terra,
 trabibus ad
 oppugnanda
 castra.

4 Illæsum te
 præstabit, quic-
 quid sagittas
 arcere valet.

5 Resp. ad
 illud, Y. 295.
 supra.

6 Fugæ aptior
 quam pugæ.

7 Veneno.

8 Tela incert-
 tum ubi casu-
 ra temere e-
 mittere.

9 Siævaria
 pugæ & com-
 munitus gladiis
 præliari, viro-
 rum. h. e. forti-
 tum est.

10 Sed vide
 Plutarchum in
 Crasso, ubi Ro-
 manos hæc
 spes falsos ha-
 buit, aderant
 quippe cameli
 sagittis onu-
 sti, unde con-
 versi Parthi
 pharetras resi-

cerent, 11 Nulla vis in scilicet inferendis. 12 Nisi & venenum ad-

daat. 13 Tædine facis tam inhonestum & imbellæ auxilium, ut mor.

14 Vt supra Y. 239. 15 Resp. ad illud Pompei, Y. 311. supra.

16 Non habente sepul. feris alitibusque projecto. 17 Quoniam mors,

ærumoatum requies est & malorum olimum. 18 Sed dedecus omni leio
 gravius timet. 19 Rex quot libet, alii, quot possunt alere. 20 Iu

propatulo sunt, vel in communi inter multas. 21 Rex satur & ebrius
 nullos horret concubitus, vel legibus interdictos. Alii leg. non ullis.

22 Quin & sorores incestant, & quod nomen Ioviolum debet esse, matres.

23 Male audiunt Thebas in Bœotia; nomine Oedipodis, qui marem Iocastam

duxit. vide argumentum nostrum in Oedip. Sen. Quamvis ille hoc per ignoran-
 tiam admiserit, quod hi sceleret & sponte.

1 Et ex hu-
jusmodi ince-
stu sæpe nasci-
tur ipse rex.

2 Prægnantem
facere. sic
Ovid. 11 Met.
ingentique im-
plevit Achille.
3 Coruelia
L. Scip. Metelli
filia.

4 Multis post-
habita, quan-
quam (& hoc
corripit) ut
Crasso tibi que
insulter, cum
nulla frequen-
tius consueve-
rit.

5 Monstræ
libidinalis incita-
menta.

6 Tanquam
cæsi ibi prioris
mariti præda
illi debita.

7 Quod si gra-
ve illud, Cras-
sianæ cladis
dammum tibi
in mentem sub-
eat.

8 Quam Cras-
sum vindicasse.

9 Cæsaris.

10 Libro 1.
§. 10.

11 Parthos,
quibus subdi-
ta est Bactra.
supra §. 199.

12 Et vel bel-
lum Gallicum atque Germanicum omisisse subductis inde præfidiis copiisque
omnibus contra Parthos mittendis.

13 Verbs Mediæ, regia vetus Peisa-
rum, Jatrocinis & gentis peisidia famosa.

14 Crassorum, tanquam illis
rogi atque inferre.

15 Fœderis exitum, belli initium.

16 In Thessalia.
Legitur & Thessalie.

17 Victor Cæsar.

18 Utunque alias infestus, non
tamen Cæsari triumphum de Parthis inviderim.

19 Prosopopœia umbræ
Crassi usus, dissuadet Pompejum.

20 Insepultæ.

21 Hæc ex persona
Lentuli.

22 Ad quas urbes per ludibrii pompam missa sunt capita ducum.
fili caput hastæ præfixum Parthi adequantes ostenderunt patri: patris caput
& manum Surena in Armeniam ad Orodem præmisit Seleuciam, &c. Plutarch.
Crass.

1 Parthorum dominus quoties sic sanguine misto
Nascitur Arsacides? cui fas 2 implere parentem,
Quid rear esse nefas? 3 proles tam clara Metelli
Stabit barbarico conjux 4 millesima lecto.

Quanquam non ulli plus regia, Magne, vacabit
Savitta stimulata Venus, utiulisque virorum.

Nam quo plura juvent Parthum 5 portenta, fuisse
Hano sciet & Crassi: ceu pridem debita fatis
Assyrii, trahitur 6 cladi captiva vetusta.

7 Hæc eat Eoa vulnus miserabile sortis;

Non solum auxilium funesto a rege petisse,
Sed gessisse 8 prius bellum civile pudebit.

Nam quod apud populos crimen 9 focerique tuumque
Majus eris, quam quod vobis miscentibus arma,

10 Crassorum vindicta perit? incurrere cuncti

Debuerant in 11 Bactra duces, & ne qua vacarent
Arma, 12 vel Arctoum Dacis, Rhenique catervis

Imperii nudare latus, dum 13 perfida Susa
In tumulos prolapsa 14 ducum, Babylonque jacerent.

Assyria 15 paci finem, Fortuna, precamur:
Et, si 16 Thessalia bellum civile peractum est,

Ad Parthos, 17 qui vicit eat. 18 gens unica mundi est,
De qua Cæsaris possim gaudere triumphu.

19 Non tibi, quam primum gelidum transibis Araxem,
Umbra senis mæsti Scythicus confixa sagittis

lungeret has voces? Tu, quem post funera nostra
Uitorem cinerum 20 nuda speravimus umbra,

Ad fœdus, pacemque venis? 21 tum plurima cladi
Occurrent monumenta tibi: 22 qua mania trunci

Lustrarunt cervice duces, ubi 23 nomina tanta
Obruit Euphrates, & nostra cadavera Tigris

Detulit in terras, ac reddidit. 24 ire per ista

25

26

27

28

29

30

*Si potes, in media socerum quoque, Magne, sedentem
Thessalia placare potes. ¹ quin respicis orbem
Romanum? si regna times projecta sub Austro,
² Infidumque Iubam, ³ petimus Pharon, arvaque Lagi.
⁴ Syrtibus s hinc Libycis tuta est Aegyptus: at ⁶ inde
Gurgite septeno rapidus mare summovet amnis:
Terra suis contenta bonis, non indiga mercis,
Aut ⁷ Iovis: in solo tanta est fiducia Nilo.
⁸ Sceptra puer Ptolemaus habet tibi debita, Magne,
Tutela commissa tua. quis ⁹ nominis umbram
Horreat? innocua est atas: ¹⁰ ne jura, fidemque,
Respectumque deum veteris speraveris aule.
Nil pudet assuetos sceptris: mitissima sors est
Regnorum sub rege novo. Non plura locutus
Impulit huc animos. ¹¹ quantum spes ultima rerum
Libertatis habet! victa est sententia Magni.*

*Tunc ¹² Cilicum liquere solum, Cyproque citatas
Immiserunt rates, ¹³ nullas cui prætulit aras
¹⁴ Vnda diva memor Paphia; ¹⁵ si numina nasci
Credimus, aut quenquam fas est cæpisse deorum.
¹⁶ Hac ubi deseruit Pompejus littora, totos
Emensus Cypri scopulos, quibus exit in Austrum,
Inde maris vasti ¹⁷ transfuso vertitur aestu:
¹⁸ Nec tenuit Casium ¹⁹ nocturno lumine montem,
Infimaeque Aegypti ²⁰ pugnaci littora velo
Vix tetigit, qua dividui pars maxima Nilis
In vada decurrit Pelusia septimus amnis.*

supra §. 281. ⁹ Titulum tantum, & imaginariam regii nominis majestatem.
¹⁰ In veterum quidem regum aulis non facile inveneris jura, fidem, religio-
nem, ubi perit jam dudum pudor: à regibus novis pietatem expecta. Alii leg-
nec serev. ¹¹ Epiphonema. Quantum libertatis, παρρησίας, assumunt sibi
homines in rebus desperatis. ¹² E Cilicia solvens in Cyprum ins. trajecit
Pompejus. ¹³ Quam coluisse Venus terris magis omnibus unam Fertur, ubi
templum Diva, centumque Sabae Thure calent ara servisque, recensibus halant.
¹⁴ Memor Cyprii iraris, in quo nata Venus è spuma maris & testiculis Coeli
dicitur. vide quæ ad §. 273. Senec. Hippol. ¹⁵ Επαυθθωσις, Si modo
nascantur numina, & non sint æterna. ¹⁶ Navibus aliis, inquit Cæsar 3.
comm. additis actuariis, in Ciliciam, atque inde in Cyprum pervenit. ibi co-
gnoscit arcem ante captam sui excludendi causa, &c. Pompejo itaque pecunia
societatis sublata & æris magno pondere ad militarem usum in naves imposi-
to, & 2000 hominum armatis, Pelusium pervenit. ¹⁷ Mari Cyprum &
Egyptum interfuso. Alii leg. *transverso*, Id est cursum direxit ex transverso
maris. ¹⁸ Neque Casium promontorium, quod petebat, tenuit: sed vento
adversante & velis reluctantibus, infra Casium appulit, qua Nilus septimo
eoque ultimo & amplissimo ostio juxta Pelusiam in mare exit. ¹⁹ Noctu,
lucente Inna. vel face nocturna, velut in Pharo, viam navigantibus dirigente.
²⁰ Reluctanti adversus ventum.

¹ Quin respicis potius amicos & socios pop. Rom. & hos petimus.

² Vers. 283. supra.

³ Quin petimus Aegyptum? cujus Pharos insula, & Ptolemeus Lagi. f. rex lib. 1. §. 692.

⁴ Libro 2.

§. 367.

⁵ Ad occasum,

⁶ Ad ortum, Asiam versus; Nilus septem ostiis in mare infunditur.

⁷ Pluviae. ut quæ à Nilo innodatur. Heliodor. lib. 9. Diop. Sic. & Tibullus de Nilo; Te propter nullos sel- lus sua postulat imbres, Arida nec pluvio sup- plicat herba Iovi.

⁸ Resp. ad Il- lud Pompeji,

1 Erat jam
requisoctium
autunoale,
Sole Elbram
ingresso. *Libra*
diem somnique
pares ubi fecerit
horas. Virgil.
Georg. 1.

2 Allusum ad
examen *Libræ*.
3 Vnum tan-
tum diem æ-
quans nocti,
deinceps fir-
mavit dies, re-
penditque no-
ctibus, quan-
tum deperie-
rat iis, post æ-
quinoctium
veruum.

4 Ibi casu,
inquit *Casar*,
rex erat *Pto-*
lomeus, puer
ætate, magnis
copiis cum so-
rore *Cleopa-*
tra gerens bel-
lum, quam re-
guo expule-
rat, &c. Ad
eum *Pompejus*
misi, ut pro
hospitio, atque

amicitia pa-

tris, *Alexandria* reciperetur, atque illius opibus in calamitate tegeretur.

5 Noudum *Sol* occiderat, & venti spirabant.

6 Legatione *Pompeji* cer-

tiorum factum regem scribuit historici omnes: non speculati.

7 Sceler-

atissimi homines regi à consiliis: *Photius* eunuchus, *Theodorus* Chius rhetor

& *Achillas* Ægyptius.

8 *Lib. 5. y. 60.*

9 Fictitium nomen.

10 Patria illi erat *Memphis*, Ægypti quoddam regia, ad Nilum sita, *gran Cairo*,

ubi puteus erat, in quo octabantur incrementa Nili, Nilometrium.

11 Vanæ superstitious, vide quæ nos ad *5 Sat. Iuvenal. y. 1.*

12 Sub

quo sacerdote multi boves, quos Ægyptii pro diis colebant, fuerant caesi.

13 *Lunaria*, quæ sunt 5 mensium.

14 *Lunæ*, cujus bicornis imaginem

Apis bos dei vice cultus in dextro habebat latere, macula caudicante. *Plin. lib. 8. cap. 46. Porphy. lib. de abst. carn. & Plutar. de Iside, & infra y. 833.*

15 *Achoreus* primus dixit sententiam, commemoravitque officia *Pompeji* erga

patrem *Ptol.*

16 Qui melius sciebat mala regibus consulere, & subser-

uire tyrannorum voluntati.

17 Fove eos quibus dii & fata favent.

18 Differunt, pugnant.

19 Regna, quæ tutantur custodia & arces. *Sen. Thyest. y. 453, & 640.*

20 Scelerata manu *Sceptura* obtinentur: omnis in

ferro est salus, &c. *Lycus* apud *Senec. in Herc. Fu. y. 340.*

21 Crude-

litas, exdis modum nesciens.

22 *Tutius* seditur, si libertas audaciorum

sa vitia reprimatur. *Per scelera semper in usum sceleribus est iter. Seneca.*

1 *Tempus* erat, quo *Libra* pares 2 *examinat* horas

3 *Non uno plus* aqua die, noctique rependit

Lux minor hyberna verni solatia damns.

4 *Comperit* ut regem *Casio* se monte tenere,

Flestit iter: 5 *nec Phæbus* adhuc, nec *carbasa* languent.

Iam rapido 6 *speculator* eques per litora cursu

Hospitu adventu pavidam compleverat aulam.

Consilii vix tempus erat: tamen omnia 7 monstra

8 *Pellæa* coiere domus: quos inter 9 *Achoreus*

Iam placidus senio, fractisque modestior annis,

(10 *Hunc* genuit *custos* Nili crescenti in arva

Memphis 11 *vana* sacri; 12 *illo* cultore decorum

13 *Lustra* sua 14 *Phæbes* non unus vixerat *Api*;)

15 *Consilii* vox prima fuit, meritumque, fidemque,

Sacraque defuncti jactavit pignora patris.

Sed 16 *melior* suadere malis, & nosse tyrannos,

Ausus *Pompejum* leto damnare *Photius*:

Ius, & suis multos faciunt *Ptolemæ* nocenteis.

Dat pœna laudata fides, cum sustinet, inquit,

Quos *Fortuna* premit. 17 *fatis* accede, deisque,

Et cole felices, miseros fuge. sidera terrâ

Vt 18 *distant*, *Et* *flamma* mari, sic utile recto.

Sceptrorum vis tota perit, si pendere iusta

Incipit: evertitque 19 *arces* respectus honesti.

20 *Libertas* scelerum est, quæ regna invisa tuetur,

21 *Sublatu*sque *modus* gladii, 22 *facere* omnia sive

Non impune licet, nisi dum facis. exeat aula

Qui volet esse pius, virtus, & summa potestas
 Non cōiunt: semper metuet, quem sava pudebunt.
 1 Non impune tuos Magnus contemserit annos;
 Qui te nec victos arcere a litore nostro
 Possē putat. 2 neu te sceptris privaverit hospes,
 Pignora sunt propiora tibi: Nilonque, Pharonque,
 Si regnare piget, damnata redde sorori.
 Egyptum certe Latis tueamur ab armis.
 3 Quicquid non fuerit Magni, dum bella geruntur,
 Nec victoris erit. toto jam pulsus ab orbe,
 Postquam nulla manet rerum fiducia, quarit
 Cum qua gente cadat: 4 rapitur civilibus umbris.
 Nec soceri tantum arma fugis: fugit ora Senatus,
 Cujus Thessalicas saturat pars magna volucres.
 Et metuit gentes, quas uno in sanguine mistas
 Deseruit: regesque timet, quorum omnia mersit:
 5 Thessalique reus, nulla tellure receptus,
 Sollicitat nostrum, quem nondum perdidit, orbem.
 Iustior in Magnum nobis, Ptolemae, querela
 Causa data est. 6 quid sepositam, semperque quietam
 Crimine bellorum maculas Pharon, arvaque nostra
 Victori 7 suspecta facis? cur sola 8 cademi
 Hec placuit tellus, in quam Pharsalica fata
 Conferres, p̄nasque 9 tuas? * jam crimen habemus
 Purgandum gladio, quod nobis sieptra Senatus
 Te suadente dedit, votis tua fovimus arma.
 10 Hoc ferrum, quod fata jubent proferre, paravi
 Non tibi, sed victo, seriam tua viscera, Migne:
 11 Malueram soceri: rapimur, quo cuncta feruntur.
 12 Tene mihi dubitas an sit violare necesse,
 13 Cum liceat? qua te nostri fiducia regni

rum, qui bello civili perierunt. 5 Belli in Thessalia male gesti damnatus. Damnatu à diis clade Pharsalica, inquit H. Grotius. 6 Apostrophe ad Pompejum, quem incusat perturbandi regni pacati: amovendo à se ingratis diis crimen. 7 Atque adeo vindicanda. 8 Tibi victo, rebus pessum ruentibus. 9 Quas ab iis, qui te excipient non levius atque à te exposcet Cæsar. * Iam dudum Cæsari sumus invidi; quasi vox faventes tibi, quo suadente confirmavit nobis regnum Senatus, quod crimen bello vindicabit Cæsar, nisi nos tua cæde iram illius avertamus. 10 Invidi itaque neque ingrati, sed salutis nostræ necessitate coacti laferimus cædem tibi, non quasi optime à nobis merito, sed quia victo, quem tueri non erit nobis tutum. 11 Atque utinam victus fuisset Cæsar; tibi ò Pompei multo libentius illum interfectissemus, fortunam utique fecisti. 12 *Necessitas, magnam humanæ imbecillitatis patrocinium, omnem legem frangit.* Seneca. 13 Facta nobis à fati tui potestate.

1 Quasi contempta annorum regis adveniret Pompejus.

2 Potius quam regnum tuum invadat hospes, trade sorori Cleopatre à te ejectæ. Ita Y. 240 supra Procuratores pueri (inquit Cæsar Comitat. 3.) sive timore adducti, ne sollicitato exercitu regio Pompejus Alexandriam Egyptumque occuparet, sive despecta ejus fortuna consilium inveniunt, &c.

3 Non fecimus nos nocentes durante bello, neque accessimus partibus Pompeji: certe post bellum cavēbimus ne victorem Cæsarem irriteamus. infra Y. 531.

4 Exagiturur à manibus eo-

1 Nostrum Ægyptium, agris jam decrefcente Nilo intentum. revocatur autem Nilus in totum intra ripas Sole Libram ingreffo, supra *Y. 467.*

2 Si vires nostras recte metiamur: non sufficimus rebus Pompeji sustentandis.

3 Cladis Pharfalæ reliquias in nos convertere?

4 Neque Cæsaris, neque Pompeji.

5 Si modo prosperam illius fortunam secuti fuiffemus, non decernerat ab illo

6 Scelerato Photini consilio atque sententia.

7 Interficiendo Pompejo deligitur Achilles, prædator quondam regis, nunc præfectus exercitus.

8 Ad pedem Casii montis, quo vada & brevia referunt Syrtis vicinas, inter Leptin, scilicet & Alexandriam.

9 Achilles (inquit Plutar.) assumpto Septimio, tribuno quondam militum sub Pompejo, & Salvio centurione sub eodem, atque tribus aut quatuor famulis præterea, ad navim Pompeji advectus est.

10 Supra *Y. 477.* Parum convenit hoc epitheton. Pelusium enim est oppidum ad extremum Nilii ostium, orientem versus; Canopos vero maxime ad Occasum, urbs impurissima, & omnium libidinum domicillum.

11 Sup. *habebit.* sic Juven. Satyr. 1. *89. alea quando Hos animos?* 12 Indignatur jus esse barbaris iisque mollibus Ægyptiis in jugulum Pompeji.

13 Ut à civibus suis potius quam externis his monstris juguletur Pompejus. 14 In gratiam Cæsaris occidi. Ab ipso Cæsare, inquit H. Grotius. 15 Apostrophe ad regem, quem vel ultionis diviniæ metus, vel Pompeji gloria, vel quod erat Romanus (in quem nihil liceret regi Ægyptio) deterruisset à tanto scelere.

16 Non reveritus Iovem, quem caelo touantem credimus regnare. Horat. Ode 5. lib. 3. scelera vel regum ipsorum, in quos imperium habet, vindicaturus. 17 Manus interposuisse tuas. 18 Imbellis & mollis puer.

Huc agit infelix? 2 populum non cernis inermem, Arvaque vix refugo sodientem mollia Nilo?

3 Metri sua regna decet, viresque fateri.

Tu Ptolemæe potes Magni fulcire ruinam, Sub qua Roma jacet? 3 bustum, cineresque movere Theffalicos audes, bellumque in regna vocare?

4 Ante aciem Emathiam & nullis accessimus armis:

Pompeji nunc castra placent, qua deserit orbis?

5 Nunc victorū opes, & cogita fata laceffis?

6 Adversis non deesse decet, sed lata secutos.

7 Nulla fides unquam miseros elegit amicos.

8 Assensere omnes 6 sceleri. latatur honore

Rex puer insueto, quod jam sibi tanta jubere

Permittunt famuli. 7 sceleri delectus Achilles.

8 Perfida qua Tellus Casium excurrit arenam,

Et vada testantur junctas Ægyptia Syrtes.

9 Exiguam sociū monstrū, gladiisque carinam

Instruit. o superi, Nilusne, & barbara 10 Memphis,

Et 11 Pelusiaci tam molli turba Canopi

12 Hos animos! sic fata premunt civilia mundum!

13 Sic Romana jacent! ullusne in cladibus istis

Est locus Ægypto? Phariūque admittitur ensis?

14 tunc cernis servate fidem civilia bella:

Cognatas præstate manus, externaque monstra

Pellite, si meruit tam clarō nomine Magnus

15 Casarū esse nefas. 16 tanti Ptolemæe ruinam

Nominū haud metui? 17 caeloque tonante profanas

18 Inseruisse manus impure, ac 19 semivir audes?

20 Non domitor mundi, nec 20 ter Capitolia curru

*Inveltus, 1 regumque potens, vindexque Senatus,
Victorisque gener; Phario satum esse tyranno
Quod poterat, Romanus erat. quid viscera 2 nostra
Scrutaris gladio? nesci puer improbe, nesci
Quo tua sis fortuna loco: 3 jam jure sine ullo
Nili sceptrum tenes: cecidit civilibus armis
Qui tibi regna dedit. 4 lam vento vela negarat
Magnus, & auxilio remorum infanda petebat
Litora: 5 quem contra non longa velata biremi
Appulerat 6 scelerata manus: 7 Magnoque patere
Fingens regna Phari, celsa de puppe carina
In parvam jubet ire ratem, litusque malignum
Incusat, 8 bimaremque vadu frangentibus astum,
Qui vetet externas terras advertere classes.
9 Quod nisi fatorum leges, intentaque jussu
Ordinis aeterni misera vicinia mortis
Damnatum leto traherent ad litora Magnum;
Non ulli comitum scelerum prasagia deerant.
10 Quippe fides si pura foret, si regia Magno
11 Sceptrorum auctori vera pietate pateret;
Venturum tota Pharium cum classe tyrannum.
Sed cedit satis, classemque relinquere jussu
Obsequitur, 12 ^{languida iussit praeferre timore}
13 Ibat in hostilem praecipua Cornelia puppim,
14 Hoc magis impatiens egresso deesse marita,
Quod metuit clades. * remane temeraria conjux,
Et tu nate precor, longaeque è litore casus
Expectate meos: & in hac cervice tyranni*

1 Vindex libertatis & dux belli à Coss. & Senatu dictus, sub quo & reges militarunt.

2 Romana.

3 Omni jam impetui exponeris, destitutus autoritate tutoris, illiusque qui tibi Aegypti regnum confirmabat. lib. 9. v. 132.

4 Appropinquans littori vela demiserat.

5 Interim cymba appropinquante (ait Plutarchus) mature Septimius surrexit, Romanoque sermone Pompejum Imperatorem laudavit; & Achilles Graecis verbis eum excipiens in cymbam transire jubebat, vadum ibi caufarus, & mare ob arenae

multitudinem trèmi non esse navigabile. 6 Supra v. 541. 7 Septimius (inquit Appianus) dextram, regis nomine Pompejo obtulit, & ad amicum filium tuto monuit accedere. 8 Vadis utrinque astu allisis & fluctu vario impulsis. Hioc Libyco, inde Aegypto (inquit Sulpitius) mari inter se collidentibus, propter astum ostiorum Nili interjecti. 9 Quod nisi fatale fuisset & divinitus provisum ut hic Pompejus caderet, multa illum praesagia deterruisse poterant. 10 Qui erant cum Pompejo, ubi viderunt non regio more, non magnifice Pompejum excipi, sed ad hoc officium paucos una cymba venire, suspectam habuere eam contempnem, Pompejumque hortati sunt, uti navem in altum detruderet, dum adhuc extra jactum teli esset. Plut. Simul & naves in lit. &c. 11 Cujus suasu & beneficio regnum à Senatu Ptolomæo fuerat confirmatum. 12 Emori inavult, quam vel suspicari fidem, vel mortem formidare. ita Iuv. 8 Sat. *Summum crede nefas animam praeferre pudori.* 13 Ire parabat comes viro. Salutata (inquit Plutarchus) Cornelia, quae jam tum mariti exitum lamentabatur, &c. ad uxorem & filium conversus hos Sophoclis Iambos protulit: *ὄχι καὶ πρὸς τὸ γέννον ἰμπορεύεται.* *Κιβύς, δὲ λ. & ἄν ἰλιθάρως μὲλῃ.* Hac postrema voce suos allocutus, cymbam conscendit. 14 Hac de causa. * Inquit Pompejus.

1 Non sine cladis omine fecerimur, quod dudum summota è Pharsalia sum experta.

2 Non divertisse, sed me in Lesbo reliquisse: si me denuo eras à te semoturus, neque passurus tecum una terram tangerere.

3 Non gladios & cædem nefariam.

4 Ne se indignæ supplicem projiceret ad genua regis à se creati.

5 Ad v. 562, & 563. supra.

6 Qui olim sub Pompejo duxerat ordinem in bello prædonum, jam stipulator & famulus Ptolemæi Aegyptiaca gerit arma, postis Romanis.

7 Septimium amovendo, qui si proelio interfuisset Thessalico, ingentem editurus fuerat stragem.

8 Verum non amovisti hunc, quo parceres populis: sed ut in omni orbis parte dispositos haberes civilium facinorum ministros.

9 Non sine dæmoni inolementis nota vulgandum facinus.

10 Ensis Romanus Septimii iussu regis barbari ejusque pueri obruncavit Magnum. Iodigna omnia!

11 Quo nomine designabant hoc Septimii scelus illi, qui Brutum Cæsaris tyranni percussorem appellant *Parricidam*; factumque ipsum nefus?

12 Cum jam procul à sua triremi avectus nullam benignam mentionem ad se factam audivisset, Septimium intuitus, *Non ego te*, inquit, *conmisionem olim meum agnosco?* atque is capite tantum audivit, &c. terræ vero appropinquante cymba, multisque ad litus consuecibus ulicis, velut honoris & salutandi causa, Pompejum, ut facillius surgeret, Philippi manum apprehendentem Septimium à tergo ense trajecit. post hunc Salvius, iude Achil-

*Explorate fidem. dixit: sed surda vetanti
Tendebat geminas amens Cornelia palmas:
Quo sine me crudelis abis? iterumne relinquitur
Thessalico summotam malis? numquam omine lato
Distrahimur miseri. poteras non flectere puppim,
Cum fugeres alio, latebrisque relinquere Lesbi,
Omnibus à terris si nos arcere parabas?
An tantum in fluctus placeo comes? Hac ubi frustra
Effudit, prima pendet tamen anxia puppe:
Attonitoque metu nec quoquam avertere visus,
Nec Magnum spectare potest. stetit anxia classis
Ad ducis eventum, metuens non arma, nefasque;
Sed ne submissis precibus Pompejus adoret
Sceptra sua donata manu. transire parantem
Romanus Pharia miles de puppe salutat
Septimius: qui, pro Superum pudor, arma satelles
Regia gestabat posito deformia pilo,
Immanis, violentus, atrox, nullaque ferarum
Mittor in cades. quis non, Fortuna, putasset
Parcere te populis, quod bello hac dextra vacasset,
Thessaliaque procul tam noxia tela fugasset?
Dispons gladios, ne quo non fiat in orbe,
Hæu, facinus civile tibi. videribus ipsis
Dedecus, & nunquam Superum caritura pudore
Fabula; Romanus Regi sic paruit ensis,
Pellæusque puer gladio tibi colla recidit
Magne tuo. qua posteritas in secula mittet
Septimum fama? scelus hoc quo nomine dicent,
Qui Bruti dixere nefas? jam venerat hora
Terminus extrema, Phariamque ablatum in alnum
Perdiderat jam jura sui. tum stringere ferrum*

Regia monstra parant. ¹ ut vidit comminus enses,
 Involvit vultus: atque indignatus apertum
 Fortuna prabere caput, tunc lumina pressit,
 Continuitque animam, ne quas effundere voces
 Posses, & aeternam fletu corrumpere famam.
 At postquam mucrone latus funestus Achilles
 Perfodit, ² nullo gemitu consensit ad ictum:
 Despexitque nefas, servatque immobile corpus,
³ Seque probat moriens, ⁴ atque hac in pectore volvit:
⁵ Secula Romanos nunquam tacitura labores
 Attendunt, ævumque sequens speculatur ab omni
 Orbe ratem, Phariamque fidem. nunc consule fama.
 Fata tibi longa fluxerunt prospera vita.
 Ignorant populi, si non in morte probaris,
 An sciens adversa pati. ⁶ ne cede pudori,
 Auctoremque dole fati. quacunq; feriris,
 Crede manum sociis. spargant, lacerentque licebit,
 Sum tamen, o Superi, felix: ⁷ nullique potestas
 Hoc auferre deo. ⁸ mutantur prospera vitæ:
 Non sum morte miser. videt hanc Cornelia cadem,
 Pompejusque meus. tanto patientius oro
 Claude dolor gemitus: natus, conjuxque ⁹ peremptum
 Si mirantur, amant. ¹⁰ Talis custodia Magno
 Mentis erat: jus hoc animi morientis habebat.
¹¹ At non tam patiens Cornelia cernere saxum
 Quam perferre nefas, ¹² miserandis athena complet
 Vocibus: o Conjux, ¹³ ego te scelerata peremi:
¹⁴ Letifera tibi causa mora fuit avia Lesbos,
 Et prior in Nili pervenit litora Casar.
 Nam cui jus alii sceleris? sed ¹⁵ quisquis in istud

ris occideris: sed crede te ipsa Cæsaris manu cadere.

fortis animi felicitatem mihi auferre, in manibus deorum est. ⁸ Simul cum fortuna mea deficit & vita, neque ultra res prosperas vivo, morte miserias præveniente. infra Y. 703. & lib. 9. V. 208. Felix Priamus, Felix, quisquis bello moriens, Omnia secum consumpta videt. Seneca in Troad. V. 157.
⁹ Si animi mei in morte magnitudinem cum admiratione intueantur, amant certe. ¹⁰ Talem habuit Pompejus moderationem, imperium sui, & constantiam in morte. ¹¹ Gravius ferens conspectum trucidati mariti, quam ipsa necem latura fuisset. ¹² Vxor & amici ejus hæc intuentes ejulari, qui in terram usque exaudiri posset, edito, sublati anchoris summa celebritate fugerunt, ventusque alto incumbens eos jovit, ut ne volentibus quidem persequi Aegyptiis licuisset. Plut. & Appian. ¹³ Dum me semoram in Leibo peritum diverteres. ¹⁴ Conjicit Cæsarem vel à Cæsare missos arevenisse, qui Pompejum interficiendum curarent. ¹⁵ Quicunque permissus es à diis, vel missus à Cæsare ad interficiendum Pompejum.

1 Pompejus nihil se indignum neque agens neque locutus, utraque manu togam faciei præ-tendens, emissio tantum suspirio ictus excepit, &c. Plut. Pompejus.

2 Patienter ictum recepit.

3 Magnum morte a qua ac vita se præstat.

4 Atque hæc fecum in animo versat Pompejus moriens.

5 Puta jam præsentis possitrosque omnes observare qua mente mortem appetas, vel indigne sis Aegyptiis insidiis & perfidia exceptus. vide ut extremus hic actus antea vitæ fabulæ respondeat.

6 Ne tibi pudori aut dolori sit, quod iussu pueri & manu deserro-

7 Neque hæc

8 Simul

9 Simul

10 Simul

11 Simul

12 Simul

13 Simul

14 Simul

15 Simul

16 Simul

17 Simul

18 Simul

19 Simul

20 Simul

21 Simul

22 Simul

23 Simul

24 Simul

25 Simul

26 Simul

27 Simul

28 Simul

29 Simul

30 Simul

31 Simul

32 Simul

33 Simul

34 Simul

35 Simul

36 Simul

37 Simul

38 Simul

39 Simul

40 Simul

41 Simul

42 Simul

43 Simul

44 Simul

45 Simul

46 Simul

47 Simul

48 Simul

49 Simul

50 Simul

51 Simul

52 Simul

53 Simul

54 Simul

55 Simul

56 Simul

57 Simul

58 Simul

59 Simul

60 Simul

61 Simul

62 Simul

63 Simul

64 Simul

65 Simul

66 Simul

67 Simul

68 Simul

69 Simul

70 Simul

71 Simul

72 Simul

73 Simul

74 Simul

75 Simul

76 Simul

77 Simul

78 Simul

79 Simul

80 Simul

81 Simul

82 Simul

83 Simul

84 Simul

85 Simul

86 Simul

87 Simul

88 Simul

89 Simul

90 Simul

91 Simul

92 Simul

93 Simul

94 Simul

95 Simul

96 Simul

97 Simul

98 Simul

99 Simul

100 Simul

A Superis

1 Ego illi cor
fum & vita-
lia, quam sibi
supereffe vo-
luit: tu ingeris
Pomp. ictus,
parte ea qua
voluit mori:
quin me pete,
maiores luet
poenas si me
truncatam vi-
derit, quam
quod ipse ju-
gularur.

2 Neque enim
ego vaco cul-
pa, ut quæ so-
la è scœniis
Rom. comes
fuerim civilis
belli.

3 Pompejum
excepi, in Les-
bo.

4 Qui me de-
seruisti *comi-
sens, supremum
iter carere pa-
ratam, non ego
perfidum dixi ja-
cransentum, &c.*
Horat. lib. 2,
ode 17.

5 Mortem iu-
veniam, utut
Ptolomæi be-
neficio illam
non impetta-
rim.

6 In mare.

7 Qui Pom-
pejo benefi-
cium hoc præ-
stitit, vacabit
culpa, quæ in

Cæsaris conferretur crudelitatem.

8 Etiam te nondum mortuo, amisi liber-
tatem, negaturæ mihi jus mortis, ut in potestatem victoris redigar? 9 De-
cidit exanimata. ut l. 5. v. 799. & supra v. 58. 10 Ictibus. 11 Supra
v. 613. 12 Extremum mortis tempus. 13 Toga qua faciem involve-
rat, supra v. 613. 14 Spirantis adhuc caputprehendit & crudeliter lanians
ampuravit, nec nunc, uti jam ense rotato artis est, ictu. 15 Achilles, cui
delegatum hoc negotium, caput sibi ad regem sumit deferendum. 16 O de-
gener Septimi, tunc primas tanti sceleris suscepisti partes, ut tibi honoris, quem
hinc petebas, secundæ cederent? Primum vulnus iussit Septimius & caput
absciderat; quod non ipse jam gestat, sed Achilles.

*A superis immisse caput, vel Cæsaris ira,
Vel tibi prospiciens, 1 nescis crudelis, ubi ipsa
Viscera sint Magni: properas, atque ingeris ictus,
Qua votum est victo, pœnas non morte minores
Pendat, & ante meum videat caput. 2 haud ego culpa
Libera bellorum, qua matrum sela per undas,
Et per castra comes, nullis absterrita fatis,
3 Victum, quod reges etiam timuere, recepi.
Hoc merui conjux in tuta puppe relinqui?
4 Perfide parcebas? te fata extrema petente
Vita digna sui? 5 moriar, nec munere regis.
Aut mihi 6 precipitem nauta permittite saltum:
Aut laqueum collo tortosque aptate rudentes:
Aut aliquis Magno dignus comes exigat enses.
7 Pompejo prestare potest quod Cæsaris armis
Imputet: o savi, properantem in fata tenetis?
8 Vivis adhuc conjux, & jam Cornelia non est
Iuris, Magne, sui; prohibent accersere mortem:
Servor victori. Sic fata, interque suorum
9 Lapsa manus, rapitur, trepida fugiente carina.
At Magni cum terga 10 sonent, & pectora ferro,
11 Permansisse decus sacra venerabile forma,
Iratamque deis faciem, nihil 12 ultima mortis
Ex habitu, vultuque viri matasse, fatentur
Qui lacerum videre caput. nam savius in ipso
Septimius sceleris majus scelus invenit actu:
Ac reteggit sacros, scisso 13 velamine. 14 vultus
Semianimis Magni, spirantiaque occupat ora,
Collaque in obliquo ponit languentia transtro.
Tunc nervos, venasque secat, nodosaque frangit
Ossa diu: nondum artis erat caput ense rotare.
At postquam trunco cervix abscissa recessit,
Vendicat hoc 15 Pharius dextra gestare satelles.
16 Degener, atque opera miles Romane secunda,*

Pompeji diro sacrum caput ense recidit,
 Ut non ipse feras? o summi fata pudori!
 1 Impius ut Magnum nosset puer, illa verenda
 Regibus hirta coma, & generosa fronte decora
 Casaries compressa manu est; 2 Pharioque veruto,
 Dum vivunt vultus, atque os in murmura pulsant
 Singultus anima, dum lumina 3 nuda rigescunt,
 Suffixum caput est, 4 quo nunquam bella iubente
 Pax fuit: hoc leges, campumque, & Rostra movebat:
 Hac facie Fortuna tibi Romana placebas.
 Nec satis infando fuit hoc vidisse tyranno:
 Vult sceleri superesse 5 fidem. tunc arte nefanda
 Submota est capiti tabes, raptoque cerebro
 Adsciccata cutis, 6 putrisque effluxit ab alto
 Humor, & 7 infuso facies solidata veneno est.
 8 Ultima Lagea stirpis, 9 perituraque proles,
 De gener, 10 incesta sceptris cessure sororis;
 Cum tibi sacrate 11 Macedon servetur in antro,
 Et regum cineres extructo monte quiescant,
 12 Cum Ptolemaorum manes, seriemque 13 pudendam,
 Pyramides claudant, 14 indignaque 15 Mausolea:
 16 Litora Pompejum ferunt, truncusque vadosis
 Huc illuc jactatur aquis. adcone molesta
 17 Totum cura fuit focero servare cadaver?
 18 Hac Fortuna fide Magni tam prospera fata
 19 Pertulit: hac illum summo de culmine rerum
 Morte petit: cladesque omneis exegit 20 in uno

eductur. 7 Medicamentis & aromatibus, quibus conditur cadavera,

conservatum est Pompeji caput Casari deferendum, lib. 9. §. 1035.

8 Inveſtiva Apostrophe ad Ptolemaum, ultimum regem Aegypti. e proleſe Lagi, cujus filius Ptolemaeus Alexandro mortuo Aegyptum occupavit posterisque suis reliquit. 9 Perit brevi post haec in pugna contra Casarem,

navigio depresso a fugientibus, & ipse, ut creditur, immerſus flumine. Regis corpus, inquit Florus, obrutum limo reperitum est in angex loricæ honore. & Plutar. & Patercul.

10 Sororis Cleopatæ, cujus nuptiæ a patre consecutus fuerat, moriens ei regnum reliquit. 11 Corpus Alexandri Magi ferri. in inmani sepulchri mole.

12 Cum Ptolemaeo omnes Aegypti continua serie post Alexandrum reges conditos tegant Pyramides. De quibus vide quæ nos ad Mart. ep. 1. 13 Luxu & ignavia perditam. 14 Quibus illi erant indigni. 15 Sepulchra & monumenta illius æmula, quod Mausolo regi Carthæ ab uxore Artemisia extructum erat.

16 Post hæc, Magni jacet ingens litore truncus, neque jacet, sed aliud dicitur litori, pulsatum arenis, ludibrium pelagi. ut mox.

17 Aequè ac caput, modo §. 691. 18 Inconstanti, prout ipsa levis dea est, quæ more Scorpii canda ferit, tantum in illo viro è se discendante Fortuna, ut cui modo ad victoriam terra de venat, desſet ad sepulchram. Patercul. 19 Ad exitum. 20 Fr. Modius è l. Weidneri leg. in ins. ea mente, quæ supra §. 29. Sed placet in uno: ut opposatur dies unus infelix tot annis felicibus, & propter semel, quod sequi §. 707.

1 Ptolemaeus, ut Pompejum agnosceret, caput illius à cæde recens contemplans tractavit.

2 Et caput etiam dum spirans & palpitans Agyptio pilo suffixum est.

3 Non clausa; aperta.

4 Caput, pacis semper airans, in Senatu, comitiis, foro potens; felix & toties triumphale. laurigeros ageres cum laia triumphus, Hoc tibi Roma caput erat. Martial. epig. 70. lib. 3.

5 Monumentum, quo Pompejum à se occisum fidem faciat.

6 Ab intimo humor arte

1 Vous mortaliū fuit, qui, &c.

2 Hoc ſolum agnoſcitur, quod capite caret.

3 Ægyptias, à Pharo ſuſ.

4 Cæſar.

5 Hæc Plutarchus ad hunc modum refert: Illi capite amputato truncum nudum ex cymba projecerunt: quem Philippus libertus Pompeji, qui in cybaram non cum Pompejo ingreſſus fuerat, diſcedentibus iis qui aſpectu ſaturabantur, aqua marina abluit, ſua tunica involvit, & rogo e fragmentis naviculæ piſcatoris extructo impoſitum cremavit, à ſenè quodam Rom. adjutus.

6 Quaſtor Pompeji, ut vult Poëta.

7 Idalus, moſs Cypri, Veneri ſacer.

8 A rege Cinyra. Pindari Nem. ode 8. & Pythior. Ode 2.

9 Noctu.

10 Et Lunam in nubibus impeti tenebat.

11 Diverſi à mari coloris.

12 Reſuſ.

13 Venilianæ quæ cadaver ſublevaret.

14 Truncus Pompeji.

15 Vi modo V. 723.

16 Non poſcit nidorem thuris Eoi, Et Cilicæ mellis, volucrique exœmpta ſuperbe Cinnamæ, & Aſſyriæ manantes gramine ſuccos. qualia funeribus felicium cumulata inſiſtuntur.

17 Arabicos, Iudicos, Panchæi thuris odores.

18 Non ut tanquam pater patriæ eſeratur à nobiliſſimis civibus feretrum ſubeuntibus.

19 Non ut in funebri pompa præferantur rerum geſtarum tituli & inſignia, non triumphorum ſuorum imagines.

20 Epicedijs & uxiſſis deplorantium ad tibiam.

21 Ut militari more exercitus demiffis hæſtis ter rogam circumbeat. Ter circum accenſus cinili fulgentibus armis Decurrere rogos, ter maſſata funeris ignem luſtra: etc. in equis, ululatusque ore dedit. Virg. 11 Æn.

Seva die, quibus immunes tot præſtitit annor: Pompejusque fuit, qui nunquam miſta videret

Lata malis: felix nullo turbante deorum,

Et nullo parcente miſer. ſemel impulit illum

Dilata Fortuna manu. pulſatur arenis.

Carpitur in ſcopulis, hauſto per vulnera fluctu

Ludibrium pelagi: nullaque manente figura,

Vna nota eſt Magno capiti jactura revulſi,

Ante tamen Phariæ victor quam tangat arenas,

Pompejo raptim tumultum Fortuna paravit,

Ne jaceat nullo, vel ne meliore ſepulcro.

E latebris pavidus decurrit ad aquora Cordus.

Quaſtor ab Idalio Cinyræ litore Cypri

Inſauſtus Magni fuerat comes. ille per umbras

Auſus ferre gradum, vitium pietate timorem

Compulſit, ut mediis quaſitum corpus in undis

Duceret ad terram, traheretque ad litora Magnum.

Lucis maſta parum per denſa Cynthia nubes

Præbebat; cano ſed diſcolor aquore truncus

Conſpicitur. tenet ille ducem complexibus artibus

Eripiente mari: nunc vitæ pondere tanto

Expeſtat fluctus, pelagoque juvante cadaver

Impellit. poſtquam ſic j. m. litore ſedit,

Incubuit Magno, lacrymasque effudit in omne

Vulnus, & ad Superos, obſcureque ſidera ſatur:

Non pretioſa petit cumulato thure ſepulchra

Pompejus, Fortuna, tuus: non pinguis ad aſtra

Ve ferat e membris Eoos ſumus odores,

Ve Romæ ſuum geſtent piæ colla parentem,

Præferat ut veteres ſeralis pompa triumphos,

Vi reſonent cantu triſti ſora, totus ut ignem

Projectis marens exercitus ambiat armis.

Da vilem Magno¹ plebeji funeri arcam,
 Quae lacerum corpus² siccos effundat in ignes.
 3 Robora non desunt misero, nec⁴ sordidus ustor.
 Sit satis, ô Superi, 5 quod non Cornelia fuso
 Crine jacet, 6 subicique facem complexa maritum
 Imperat, extremo sed abest à munere busti
 Infelix conjux, nec adhuc a litore longe est.
 Sic fatus, parvos 7 juvenis procul aspicit ignes,
 Corpus⁸ vile suis, nullo custode cremantes.
 9 Inde rapit flamma, semustaque robora membris
 Subducens, Quacunque es (ait) neglecta, nec ulli
 Cara tuo, sed Pompejo¹⁰ felicitur umbra,
 11 Quod jam compositum violat manus hospita busti,
 Da veniam: si quid sensus post fata relictum est:
 12 Cedis & ipsa rogo, paterisque hac¹³ damna sepulchri,
 Teque pudet, 14 sparsis Pompeji manibus, uri.
 Sic fatur: 15 plenusque sinus ardente favilla
 Pervolat ad truncum; qui fluctu pæne relatus
 Litore pendebat. summam dimovit arenam,
 Et¹⁶ collecta procul lacera fragmenta carina
 Exigua trepidus posuit serobe. 17 nobile corpus
 Robora nulla premunt, nulla strue membra recumbunt:
 Admotus Magnum, non subditus, accipit ignis.
 Ille sedens juxta flammam, O maxime, dixit,
 Ductor, & Hesperii majestas nominis una,
 18 Si tibi jactatu pelagi, si funere nullo
 Tristior iste rogo; 19 manes, animamque potentem
 Officium averte meis: injuria fati
 Hoc fas esse jubet; ne ponti belua quicquam,
 Ne fera, ne volucres, ne savi Caesaris ira

parentum Aversi tenuere facem. Virg. 6. Æn. 7 Cordus. 8 Neglectum, non custoditum suis. 9 Ab illo rogo. 10 Quia rogamus uasta. 11 Ignosce mihi rogamus tuum violanti. 12 Et ipsa videris tardius uri; quo Pompejo cedas pyræ tuæ partem. 13 Faces rogo substractas, pyræ reliquias. 14 Inhumatis, adeoque ex Platoniorum opinione, extranibus per ripas Stygis centum annos. Centum errans annos, quolit. atque hac litora circum. Virg. 6. Æn. vel fluctu jactatis. 15 Ipse sinu vestis, areæ, ut verisimile est, strato, prunas ferens. 16 Supra ad v. 715. 17 Hypallage. Nobile corpus non premit robora, ut versa sequi. extrui enim pyræ e roboreis fissilibus solebat, atque illi medio imponi cadaver. 18 Nisi forte fluctibus jactari aut funere carere mallet, quam habere in vile. 19 Ignosce reunitati hujus officii mei, noli advertere funeris exilitatem, quam excuset prementis fati injuria.

1 Orcibiauahi spondam, popularem sandapilam, qua plebei vilelque efferebantur, angustis ejecta cadavera cellis Conseruus vili portanda locabat in arca. Horat. Sat. 8. l. 1. 2 In quos nulla conjiciuntur aromata, Thurea dona, dapes, fuso crateres olivo. Æn. 5. 3 Ligna quibus uratur. 4 Vespillo saltem. 5 Quod non adelt mariti funeri Cornelia, quæ vicum desinat fuso crine humum verrens, solo pectus affligens, &c. vide quæ Seneca Troad. v. 83. & nostrum, l. 2. v. 28. 6 Subjici facem funebrem, quod officium defuncto præstabatur necessitudine devincti, sed a versa facie,

subjectam more

1 Reditum mihi felicem in Italian.

2 Quod denotat busti locum.

3 Iusta & inferas rite solve-re.

4 Quod his cineribus deest.

5 Collapsus in cineres.

6 Adipe.

7 Alii legunt *præmissa*, per hypallagen, Aurora præmissa diei. Sed hanc lectionem præfert Sabellicus, exponitque: ut ab Aurora intelligatur dies promitti illius splendore.

8 Interrupto, non continuo consummatoque funeris officio.

9 Quo fame immortalitatem consecutus es.

10 Ipse Cæsar.

11 Metum tandem Cordo excussit pietas, prorepitque ad absolvendum funeris officium.

12 Non absumptis, perfundique oportuit, de more colligendi ac componendi ossa, vide quæ nos ad *Sea. Troad.* v. 797.

13 Quæ lacte & vino extingui solent, cui totus à se triumphatus orbis est tumulus. Sic Germanicus in Themistoclem. *Antholog.* lib. 3. *epist.* 5. *Ἀντί τὰς αὐτοῦ λιτοῖα-
Σίε Ἐλλάδα, &c. Ἐτάλαδ' ἃ Σαλαμῖς ἐπιπίσιται, ἕρπον λίγυσα Τυμῶν, τὶ με
σ. κ. κ. εἰς τὴν μίγαν ἰντίθιτι.*

Audeat: exiguam, quantum potes, accipe flammam

Romana succense manu. Fortuna¹ recursus

Si det in Hesperiam, non hac in sede quiescent

Tam sacri cineres: sed te Cornelia, Magne,

Accipiet, nostraque manu transfundet in urnam.

Interea parvo signemus litora² saxo,

Vt nota sit busti; si quis³ placare peremptum

Forte volet, plenos & reddere mortui honores;

Inveniat trunci cineres, & norit arenas,

Ad quæ, Magne, tuum referat⁴ caput. Hac ubi satis,

Excitat invalidas admoso fomite flammæ.

Carpitur, & lentum Magnus⁵ distillat in ignem,

Tabæ fovens bustum. Sed jam percasserat astra

Aurora⁷ promissa dies: ille, ordine⁸ rupto

Funeris, attonitus latebras in litore quarit.

Quam metuis demens isto pro crimine pœnam,

Quo te fama loquax omneis accepit in annos?

Condita laudabit Magni¹⁰ socer impius ossa.

I modo securus venia, falsusque sepulcrum

Posce caput. Cogit pietas¹¹ imponere finem

Officio. semusta rapit, resolutaque nondum

Ossa satis, nervis, &¹² iniustus plena medullis

Aquorea restinguit aqua, congestaque in¹⁴ unum

Parva clausit humo. tum ne levius aura relectos

Auferret cineres, saxo compressit arenam:

Nautaque ne¹⁵ bustum religato fune moveret,

Inscripsit sacrum semusto stipite nomen:

Hic situs est Magnus. placet hoc, Fortuna, sepulcrum

Diære Pompeji: quo condi maluit illum,

Quam terra caruisse socer?¹⁶ temeraria dextra

Cur obicis Magno tumulum, manesque vagantes

Includis? situs est, qua terra extrema refuso

Pendet in Oceano. Romanum nomen, & omne

11 Non absumptis.

13 Quæ lacte & vino extingui

perfundique oportuit, de more colligendi ac componendi ossa, vide quæ nos

ad *Sea. Troad.* v. 797.

14 Vide quæ ad v. 34. infra.

15 Saxum

quo figebatur busti locus, sacrum cautumque ne violaretur.

16 Appia-

nus refert aliud inscriptum carmen. τῷ νεκρῷ βριθόντι πίσση σπᾶνις ἔλατο-
τῆμῃς.

17 Quam insepultum abjicio.

18 Verba poetæ incre-

paortis Cordum de sepulchro & inscriptione sollicitum: quasi Pompejo an-
gustum sit monumentum, cui totus à se triumphatus orbis est tumulus. Sic
Germanicus in Themistoclem. *Antholog.* lib. 3. *epist.* 5. *Ἀντί τὰς αὐτοῦ λιτοῖα-
Σίε Ἐλλάδα, &c. Ἐτάλαδ' ἃ Σαλαμῖς ἐπιπίσιται, ἕρπον λίγυσα Τυμῶν, τὶ με
σ. κ. κ. εἰς τὴν μίγαν ἰντίθιτι.*

Imperium Magno est tumuli modus. ¹ obrue saxa
 Crimine plena deum. * si tota est Hercules Oete,
 Et juga tota vacant Bromio Nyseia; quare
 Vnus in Aegypto Magno lapis? omnia Lagi
 Rura tenere potest, si nullo cessante nomen
 Haerit. ² erremus populi, cinerumque tuorum,
 Magne, metu nullas Nili calcemus arenas.
 Quod si tam sacro dignari nomine solum;
 Adde actus tantos, monumentaque maxima rerum:
³ Adde truces ⁴ Lepidi motus, ⁵ Alpinaque bella,
⁶ Armaque ⁷ Sertori revocato ⁸ Consule victa,
 Et ⁹ currus, quos egit eques: commercia tuta
 Gentibus, & ¹⁰ pavidos Cilicas maris. adde subactam
¹¹ Barbariem, ¹² gentesque vagas, & ¹³ quicquid in
 Euro
 Regnorum, Boreaue jacet. ¹⁴ dic semper ab armis
 Civilem repetisse togam: ¹⁵ ter curribus actis
 Contentum patria multos donasse triumphos.
 Quis capit hac tumulus? ¹⁶ surgit miserabile bustum
 Non nulli plenum tituli, non ordine tanto
¹⁷ Fastorum: ¹⁸ solitumque legi super alta deorum
 Culmina, & extructos spoliis hostilibus arcus,
 Haud procul est ima Pompeji nomen arena,
 Depressum tumulo, quod non legat advena ¹⁹ relictus,
 Quod nisi monstratum Romanus transeat hospes.
²⁰ Noxia civili telus Aegyptia fato,
²¹ Haud equidem immerito Cumana carmine Vatis
 Cautum, ne Nili Pelusia tangeret ora

1 Terra obrue
 & Corde saxum
 hoc tumum,
 diis potius iu-
 clementiae,
 quam Pompejo
 sepulchri no-
 tam futurum;
 cui si signum hoc
 amoveas -

* - Totam Aegypto loco
 tumuli erit,
 perinde ac
 mons Oeta
 Herculi, aut
 Nysa Baccho.
 2 Quis migre-
 mus omnes ex
 Aegypto, eam-
 que univer-
 sam tanquam
 religione &
 veneratione
 diis Manibus
 Pompeji con-
 secratam ce-
 damus.

3 Inscribe res
 illius gestas.

4 Libro 2.
 §. 547.

5 Lepidus
 provinciam
 Galliam supra
 Alpes fortitus,
 inde movit
 bellum.

6 Lib. 2 ad

§. 549. 7 Sertorii. ἀποκοπή.

8 Metello qui impar adversus Sertori-
 um videbatur.

9 Triumphales, quos egit annis 24, immaturus
 honoribus, & adhuc eques. lib. 7. §. 14. & hoc lib. §. 25.

10 Piratas
 Cilicas coercitos. lib. 2. §. 576.

11 Barbaras nationes, devicto Mithri-
 date, Ponticos, Armenios, Paphlagonas, Cappadocas, -

12 - Scythas,
 Vagos ἀμαξοβίους, Nomads, -

13 - Albanos, Iberos, Basternas, Syros,
 Iudaeos, omnesque gentes Orientales à Mæotide palude ad Rubrum usque mare.

14 Adde etiam rediisse semper in ordinem, reddidisse se civilibus officiis, ne-
 que affectasse tyrannidem.

15 Ter triumphasse. lib. 7. §. 685.

16 Atque illi interea, cui nullus erat satis amplius, erigitur tumulus titulis
 nudus.

17 Rerum gestarum Fastis inscribi dignarum, lib. 5. §. 5.

18 Nomenque illius quod inscribi solebat summis deorum culminibus, arcibus
 triumphalibus, jam depressum est.

19 Nisi inclinet se ad legendum.

20 Apo-
 strophe ad Aegyptum, adjecta imprecatione: ut divertatur Nilus, sterilisque
 fiat Aegyptus.

21 Exitium illud, Romanis impendere è carmine Sibyllino in-
 terpretati sunt XV viri, si Ptolomæus Auletos à Gabinio, qui tum Syria præ-
 fuit, ex auctoritate Pompeji & S. C. reduceretur; de qua re Cic. multa in l. 1. Epist.
 fam. Poëta refert ad rem Pompeji præsentem.

1 Nili, qui So-
le in Cancro,
Leone, Virgi-
ne, innodat.
lib. 10. v. 210.
& deinceps.

2 Lib. 1.

v. 20.

3 Tempestuo-
sis inundatio-
nibus; rarissime
enim pluit in
Ægypto.

4 Deserta fias,
arenosa, qualia
habolunt Æthi-
opes supra
Ægyptum.

5 Expulsa-
tio indigna-
bunda. Nos re-
cepimus sacra
vestræ Iſidis
Romam trans-
lata, cui in

Hesperius miles, 1 ripasque astate tumentes.

Quid tibi sava precer pro tanto crimine tellus?

Vertat aquas Nilus, 2 quo nascitur orbe, retentus.

*Es steriles egeant * hybernis imbribus agri,*

3 Totaque in Æthiopum putres solvaris arenas.

4 Nos in templa tuam Romana accepimus 5 Isin,

6 Semideosque canes, & 7 sinistra jubentia luctus,

Es 8 quem tu plangens hominem testari Osirim:

Tu nostras Ægypte tenes in pulvere 9 Manes.

** Tu quoque cum sava dederis jam templa 10 tyranno;*

Nondum Pompeji cineres o Roma petisti:

Exul adhuc jacet umbra duci. 11 si secula prima

Victoris timuere minas; nunc excipe saltem

Ossa tui Magni, si nondum subruta fluctu

12 Invisa tellure sedent. qui busta timebit?

Quis sacris dignam movisse verebitur 13 urnam?

Imperet hoc 14 nobis utinam scelus, & velit uti

Noſtro Roma 15 sinu: satis o nimiumque beatus,

campo Martio templum constitutum cum novem dierum sacrorum ceremoniis. Erant & plures Iſidis ædes. 5 Eandem cum Io, quam Ægyptii colebant sub specie vacæ, ut & Osirim sub imagine bovils maris. Herod. 3. illam denotantes terram seu retum naturam Osiri, id est, Soli suppositam, è qua conjunctione nascuntur omnia; Lunam alii esse autimant. vide Diod. Sic. l. 1. & Plut. lib. de Iſide. Lucian. *επι τῶν Συριων*. Coel. Rhod. l. 5. c. 12. 6 Anubis deum canino capite pictum, sive quod tempus significet; ut Macrobius Saturn. c. 20. vel Horizouta; ut Coel. Rhod. l. 5. c. 12. vel Nilum producentem Cynocephalos, serpentes, crocodilos, &c. ut Diod. Sic. l. 1. sive Mercurium; ut Strabo l. 17. sive Canem stellam referat, qui Solis recessus seu Nilii inundationis tempus denotat. 7 Crepitacula ex ære aut argento adhibita in sacris Iſidis, modum luctus indicentia. 8 Cujus obitum plangendo, hominem, non deum, testaris fuisse Osirim, regem Ægypti à Typhone fratre caesum, ab Iſide uxore diu questum. Diod. Sic. l. 1. de cuius cultu apud Ægyptios ratione CL. V. atque extra omnem ingenii, curæ, judicii aleam positus Ioan. Seldenus eruditissime differit in Syntagm. 1. de D I S Syris, cap. 4. & 2 Syntagm. c. 10. ubi exactissima mensuram computatione Osiridis ἀφαισιμύδῳ, Ἰχθυοῖν, Ἰψοῖν ad Solis accessum & recessum redigit. Neque fortassis absurdum fuerit, & cultum hunc ad Nilum referte, qui iisdem mensibus inundans, Iſidi, id est, terræ conjungitur, & in Typhona, id est, mare lapsus deperit. cum, ut ipse ibidem docet, Osiris à Siri, h. e. Nilo denominetur. 9 Pompeji, qui vobis nunquam instar. * Apostrophe ad Romanos, in memoriam Pompeji & ingraram. 10 Cæsari, cui in numerum deorum relato Augustus templum consecravit & divinos honores instituit. Sueton. 11 Quod si metu Cæsaris, quoad vixit hoc officio superfederim; quin nunc tandem peti aliquid? 12 Ægypto, terra iuxta & meritum fuisse honorem negante. 13 Ossa seminata, & cineres, quæ uras condi solita, quod si timido huic vespilloni ad manum fuisse urnam crederem, ut supra v. 758, legisset, congestaque in urnam Parva clausis humo. Sed & alii nuntiam hic legunt. 14 Mihi honori & pio officio futuro quod illi pro scelere habeat, inquit Poëta. 15 Ossa suorum peregre defunctorum amici solebat in sinu referre. *Res ultis ossa sinu cori Nigina nunti.* Martial. epig. 31, lib. 9. Seneca conf. ad Albican. cap. 2.

Si mihi contingat ¹ manes transferre revulso
 Ausoniam, si tale ducis violare sepulcrum.
² Forsitan aut ³ sulco sterili cum pascere finem
 A Superis, aut Roma volet ⁴ ferilibus Austris,
⁵ Ignibus aut nimis, aut ⁶ terra tecta moventi:
 Consilio jussuque deum transibis in urbem,
 Magne, tuam; ⁷ summusque feret tua busta sacerdos.
⁸ Nam quis ad ⁹ exustam Cancro torrente Syenen
 Ibit, & ¹⁰ imbrifera siccas sub Pleiade Thebas
 Spectator Nili: qui ¹¹ rubri stagna profundi,
 Aut Arabum portus ¹² mercis mutator Eox,
 Magne, petet, quem non tumuli venerabile saxum,
 Et cinis in summis forsitan turbatus arenis
 Advertat ¹³ manesque tuos placare jubebit,
 Et ¹⁴ Casio ¹⁵ praeferre Iovi? nil ¹⁶ ista nocebunt
 Fama busta tua, templis, auroque sepultus
 Vilior umbra fores: ¹⁷ nunc est pro numine summo,
 Hoc tumulo Fortuna jacens. ¹⁸ augustius aris
 Victoris Libyco pulsatur ab aquore saxum.
¹⁹ Tarpeji qui saepe deum sua tura negarunt,
 Inclusum fusco venerantur cespite fulmen.
²⁰ Proderit hoc olim, quod non mansura sepulcri

1 Cineres il-
 lius transferre
 in Italian.
 2 Erit credo
 tempus, ubi ad
 averteudam ste-
 rilitatem, pe-
 stem, incendia
 aut terrae mo-
 tum, consulta
 oracula doce-
 bunt Pompeji
 ossa & cineres
 ex Aegyptio
 transferenda
 in Urbem: ita
 demum cessu-
 ram iram deo-
 rum. vide quae
 ad V. 109. L. 5.
 3 Sterilitati.
 4 Pestiferis.
 5 Incendiis.
 6 Terrae mo-
 tul.
 7 Cineres fe-
 ret Pontifex
 max. Tumulus
 obtutus &
 statur exesae,
 etate mea (in-

quit Appianus) ab Hadriano Imp. summa diligentia perquisita & inventa eri-
 gebatur, ut ab omnibus dignoscere possent. ⁸ Idque commodius nostris
 futurum, quos in Aegyptum navigantes invitatit veteranda Pompeji memo-
 ria, ad visendum, placandum, adorandum, ipsius tumulum. ⁹ Lib. 2.
 V. 587. ¹⁰ Thebas Aegyptiacas, in exusta regione siccas, quamvis sub-
 jectae sint Tauro, signo Zodiaci: in cuius humero septem stellae dicuntur Pleiades,
 seu Virgiliae: *Navita eas Hyadas Grajus ab imbre vocat.* Ovid. 5. Fast. ab
 U: pluviam enim ortae inducunt. ¹¹ Maris Erythraei, de quo vide quae
 ad Seneca Thyest. V. 370. ¹² Qui mercem mutat sub sole recenti.
¹³ Qui in monte Casio colitur. ¹⁴ Potius visere. ¹⁵ Vicin-
 que humilia & vilia. ¹⁶ Fortuna quodammodo ipsa hic cum Pompejo,
 cui semper faverat, sepulta, inquit Grotius. Alii exponunt, ut Fortuna sit
 Vocandi casus. ¹⁷ Saxum hoc Pompeji in litore undis allisum, augu-
 stius est quam templum Caesari dicatum. ¹⁸ Qui diis Capitolinis,
 Iovi, Iunoni, Apollini, Minervae, Marti negarunt sacrificia, venerantur ossa
 ustulara Pompeji, signata saxo hoc, cui Cordus *Inscriptis sacrum senatus stipite
 saxum.* ut supra V. 752. Alii fuscum exponunt cespitem, terram Aegypti,
 cui pomen à nigredine, uti probat C. L. V. Ioan. Seldenus, Syn. de D I S
 Syris, 1, cap. 4. ¹⁹ Bene tibi cedet quod tam vile & cito luteriturum
 natus es sepulchrum, sternereturque tibi ad immortalitatem gradus, ita ut
 Aegyptiis de sepulchro tuo, nusquam tamen comparente, gloriantibus, non
 majorem fidem posteris sint habituri; quam Cretensis habita est de Iove
 apud eos sepulchro. unde vana & mendax dicitur Creta, quasi vero dii sint mor-
 tales. vide Io. Seldenum in Titulis honorum, lib. 1. cap. 7. Callimach.
 hym. 1. *Κρήτης ἀπὸ ψιύδα, καὶ τὸ τάφον ἢ ἡνὰ σάο Κρήτης ἑτακτὴν αὐτὸ
 σὺ δ' ἄθανες ἰαρι τῷ ἄνθ.*

*Ardua marmoreo surrexit pondere moles.
Pulveris exigui sparget non longa vetustas
Congeriem, bustumque cadet, mortisque peribunt
Argumenta tua. veniet felicior atque,
Qua sit nulla fides saxum monstrantibus istud:
Atque erit Egyptus populis fortasse nepotum
Tam mendax Magni tumulo, quam Creta Tonantis.*

L I B E R I X.

1 Pompeij anima. absolvit autem Poeta ἀποθνήσκω Pompeji.
2 Beatarum animarum sedem reperit, campos Elytios, de quibus vide quæ nos ad Sen. Troad. Y. 942. Hos alii in Hispania, alii in insulis Fortunatis locant. Platoniorum alii in summo loco tertii ordinis ex ter quaterna elementorum divisione, in coelo scilicet, quod terra ἀπλανής dicitur, alii

AT non in Pharia¹ manes jacuere favilla,
Nec cinis exiguus tantam compefcuit umbram:

*Profuit busto, semustaque membra relinquens,
Degeneremque rogam, sequitur convexa Tonantis.
Qua niger astriferis connectitur axibus aër:
Quodque patet terras inter, lunaque meatus
3 Semides manes habitant, 4 quos ignea virtus
5 Innocuos vita patientes atheris imi
Fecit. 6 aternam animam collegit in 6 orbes.
7 Non illuc auro positi, nec thure sepulti
Perveniunt. 8 illic postquam se lumine vero
Implevit, stellasque vagas miratur, & astra
Fixa polis. 9 vidit quanta sub nocte jaceret
Nostra dies, risitque sui ludibria trunci.
Hinc super Emathia campos, & signa cruenti
Casaris, ac sparsas volitavit in aequore 10 classes;
11 Et scelèrum vindex in sancto pectore Bruti
Sedit, & invicti posuit se mente Catonis.*

vero in regione proxime Lunam, quam vitæ mortisque confinium esse volunt, &c. Macr. in Som. Scip. l. b. 1. cap. 11.

3 ἀνδρῶν ἠρώων θῆσων γίνεσθαι, quos ἠἠως, id est, aëris filios corpore solutos emicare, & cum dæmonibus habitare volunt aëris in campis.

4 Quos ardens exexis ad aethera virtus. Virgil. 6. Aë. Ignem quippe est illis vigor & caelestis origo.

5 Non gravatos, non corruptos inferiorum contagio, verum sedem suam appetentes.

6 Sphaeras. 7 Non illuc semper ascendunt Cæsares aureis conditi oculis, eburneis auratisque elati lectis, argo, thure cremati, &c.

8 qui mos est referendi Imperatores in numerum deorum. Herod. lib. 4.

9 Insuetum postquam miratur lumen Olympi Sub pedibus vidit nubes, & sidera. Virg. ecl. 5.

10 Vide Platonis Gorgiam, & de Repub. atque Cic. de Somnio Scip.

11 Quæ integræ adhuc erant circa Corcyram.

12 Et vindicaturus scelestum bellum à Cæsare summæ dominationis studio susceptum, transfudit se quasi per μετεμψύχωσιν in pectus Bruti, qui eum interfecturus erat, & Catonis.

1 Ille ubi pendebant casus, dubiumque manebat,
 Quem mundi dominum facerent civilia bella;
 Oderat & Magnum, quamvis comes isset in arma
 Auspiciis raptus patria, ductuque Senatus.
 At post Thessalicas clades jam pectore toto
 Pompejanus erat, patriam tutore carentem
 Excepit, populi trepidantia membra refovit,
 Ignavis manibus projectos reddidit enses:
 Nec regnum cupiens gessit civilia bella,
 2 Nec servire timens, nil causa fecit in armis
 Ipse sua: tota post Magni funera 3 partes
 Libertatis erant: 4 quas ne per litora fusas
 Colligeret rapido victoria Caesaris actu,
 6 Corcyra secreta petit, ac 7 mille carinis
 Abstulit 8 Emathia secum fragmenta ruina.
 9 Quis ratibus tantis fugientia crederet ire
 Agmina? quis pelagus victas 9 arctasse carinas?
 Dorida tunc 10 Malean, & 11 apertam Tanaron umbris,
 Inde 12 Cythera petit: Boreaque urgente carinas
 Creta 13 fugit: 14 Dictaa legit, cedentibus undis,
 Litora. tunc 15 ausum classi praecludere portus
 16 Impulit, ac savas meritum Phycunta rapinas
 Sparsit: & hinc placidis alto delabitur auris
 In litus 17 Palinure tuum: (neque enim aequore tantum
 Ausonio monumenta tenes: portusque quietos
 Testatur 18 Libye Phrigio placuisse magistro.)
 19 Cum procul ex alto tendentes vela carina
 Ancipites tenere animos, sociosne malorum,
 An veherent hostes: praeceps facit omne timendum
 Victor, & in nulla non creditur esse carina.

1 Cato, dum incertus esset belli exitus, patriæ & civium à se mutuo caesorum misertus, Pompejum & Caesarem ex æquo oderat, veritus ne victor imperium invaderet.

2 Vt, cui perfecto Stoico semper ad manum libertatis portus, mori parato. τῆς ἐξ ὀδῆς τῆς θανάτου ἀφροσύνης ὄν;

3 Copiæ Pompeji.

4 Pompejus Caesarem in Thessaliam persecuturus, multis inorum Dyrhachii reliquiis præfecit Catoem, quem usque verba-tur ne sibi obstaret quo iniuria victoria liceret ex suo animo uti. Is itaque accepta apud Pharsalum clade, statuit suos in Italiam

trajicere, si modo Pompejus periisset; sin superesset, copias quas habebat illi servare, atque hoc animo Corcyram ad classem trajecit. Plut. sed aliter hæc App. 5 Caesar victor, pro expeditione & celeritate solita. 6 Infr. sub Epiro, ubi erat Pompeji classis. 7 Synecdoche Hyperbolica. 8 Cladis Pharsalicæ reliquias. 9 Contraxisse, angustum reddidisse, texisse. 10 Malea promontorium est Laconiae, quam incolere Dorea. 11 Lib. 6. p. 648. 12 Insulam Peloponnesi, hodie Cerigo. 13 Præternavigantibus & provectis recedere videtur. causam vide ad Sen. Troad. p. 1044. 14 Cretentia Dike urbs & motus Crete. 15 Phycunta opp. cum promontorio Cyrenaicæ regionis, quia portum Catoni præcluit, expugnavit & militibus suis diripiendum concessit. 16 Foxced. 17 Promontorium Cyrenaicæ regionis in Africa, à Palinuro Æoæ navis magistro denominatum, ut & illud Pæstanti sinus in Italia. 18 Neque Africa minus quam Italia restatus tutos portus placuisse Palinuro atque ab eo nomen accepit. 19 Vbi, conspectis navibus in quibus erant Cornelia & Sex. Pomp. cum suis, Cato dubitare coepit utrum Cæs. essent an Pompeji.

1 Stoici æz.

Sæ.

2 Frustra laborabat retinere Sextum Pompei natum ex Æmylia, & ceteros in litore Ægyptio, desiderio atque expectatione trunci conjugis, si forte illum fluctu relabente delapsium posse excipere.

3 Indigni Pompejo.

4 De more luctus vide l. 2. v. 21. & ad Senec. Troada, v. 83.

5 Mulieres autem ossa sibi legebant.

Modo in eundem sepum, ex quo tres nepotes miseræ, ossa vivum neporum receperunt. Seneca ad Albinam cap. 2.

6 Cineres & ossa.

7 Idem questus erat Cordus l. 8. v. 729. & deinceps.

8 Ita & Cordus libro 8. v. 762.

9 Feliciores illi qui inhumati abjecti, quam Pompejus, cui tam despiciatus & vilis contigit ignis quasi deorum odio.

10 P. Crasso prius, nunc Pompejo negata. 11 Respicit ad cenographia, quæ in acie desideratis vel naufragio amissis accumulata sunt ab amicis, representantia omnes ceremonias & officia vere sepultis debita.

12 οὐδὲ δὴ μὴ θύεσθαι, κινωτάφιον ἑαυτοῖς ἔσθαι μέγα. Xenophon. sexta ἡμερῶν. Sed quid, &c. ἐπὶ τῷ θύεσθαι. cum pectus meum sit tumulus illius & mouerentium vivum?

13 Quæ diu conjugi superesse cupit; quod ad me, vitæ tædet.

14 Non clara, sed tenui & paupertate, vel ingrata, ut modo v. 64. 15 Oriente die. 16 Non ulla tellus Pompejo triumphata, gratior jam mihi est quam hæc quæ utique nocens illius ossa habet.

At illa puppes luctus, planctusque ferebant,
Et mala vel¹ duris lacrymas, motura Catoni.

Nam postquam² frustra precibus Cornelia nautas

Privignique fugam tenuit, ne forte repulsus

Litoribus Phariis remearet in aquora truncus,

Ostendit quo rogam³ non justis flamma sepulcris:

Ergo indigna fui, dixit, Fortuna, marito

⁴ Accendisse rogam, gelidos effusa per artus

Incubuisse viro, laceros exurere crines,

Membraque dispersi pelago componere Magni?

Vulneribus cunctis largos infundere fletum?

⁵ Ossibus, & repida vestes implere favilla?

⁶ Quicquid ab extincto licuisset tollere busto,

In templis sparsura deum, ⁷ sine funeri ullo

Ardet honore rogam: ⁸ manus hoc Ægyptia forsan

Obtulit officium gravè manibus. ⁹ o bene nudi

Crassorum cineres! Pompejo contigit ignis

Invidia majore deum, similis ne malorum

Sors mihi semper erit? nunquam dare busta licebit

¹⁰ Conjugibus: nunquam ¹¹ plenas plangemus ad

urnas?

¹² Quid porro tumulis opus est, aut ulla requiris

Instrumenta, dolor? non toto pectore portas

Impia Pompejum? non imis hæret imago

Visceribus? querat cineres ¹³ victura superstes.

Nunc tamen hic, longe qui fulget luce ¹⁴ maligna,

Ignis, adhuc aliquid, Phario de litore surgens

Ostendit mihi, Magne, tui: jam flamma resedit.

Pompejumque ferens vanescit ¹⁵ Solis ad ortus

Fumus, & invisit tendunt mihi carbasæ venti.

¹⁶ Non mihi nunc tellus Pompejo si qua triumphos

Victa dedit, non alta terens Capitolia currus

Gratior : 1 elapsus felix de pectore Magnus :
Hunc volumus, quem Nilus habet, terraque nocenti
Non harere quetor : crimen commendat arenas.
Linquere, si qua fides, Pelusia litora nolo.
Tu pete bellorum casus, & signa per orbem,
Sexte, paterna move : namque hac mandata reliquit
Pompejus vobis in nostra condita cura :
2 Me cum fatali leto damnaverit hora,
Excipite o nati bellum civile, nec unquam,
Dum terris aliquis nostra de stirpe manebit,
Cesaribus regnare 3 vacet. vel 4 sceptrum, vel urbes
Libertate sua validas impellite fama
5 Nominis : has vobis partes, hac arma relinquo.
Inveniet classes 6 quisquis Pompejus in undas
Venerit, & nosster nullis non gentibus hares
7 Bella dabit : tantum indomitos, memoresque paterni
8 Iuris habete animos. uni parere decebit,
Si faciet partes pro libertate, Catoni.
9 Exolvi tibi, Magne, fidem, mandata peregi.
10 Insidia valuerunt tuae, deceptaque vixi,
Ne mihi commissas auferrem perfida voces.
Iam nunc te per inane 11 chaos, per Tartara, conjux,
12 Si sunt ulla, sequar : 13 quam longo tradita leto
Incertum est : pœnas animæ vivacis ab ipsa
Ante feram. potuit cernens tua vulnera, Magne,
Non fugere in mortem : planctu contusa peribit :
Effluet in lacrymas : 14 nunquam veniemus ad enses,
Aut laqueos, aut precipites per inania jactus.
Turpe mori post te solo non posse dolore.
Sic ubi fata, caput ferali obducit amictu,
Decrevitque pati tenebras, puppisque cavernis
Delituit : savumque arte complexa dolorem
15 Perfruitur lacrymis, & amat pro conjuge luctum.
Illam non fluctus, stridensque rudentibus Euris
Movit, & exurgens ad summa pericula clamor :
Votaque sollicitis faciens 16 contraria nautis,
Composita in mortem jacuit, favitque procellis.

1 Felicitatem Pompeji nolo ulterius recordari ; fortuna illius latiore nolo frui, tristiore malo. infra : §. 112.

2 Repetit Cornelia Pompeji mandata ad liberos, fidei suæ & curæ commissa.

3 Immune sit, labore & periculo vacuum.

4 Regna & urbes liberas impellite.

5 Mei, quod sufficere ad partes, ad arma, ad classes & exercitus comparandos.

6 Uter est filius, five quis alius Pompeji nomine.

7 Ad arma excitabit gentes quascumque.

8 Quod mihi à Senatu datum ad gerendum hoc bellum.

9 Apostrophe ad maritum.

10 Quibus te periculis obiciens me tibi superesse voluisti, quo mandata hæc ad filios tuos perferrem.

11 Libro 1.

§. 74.

12 Nisi & fabula manes sit. 13 Vitam, quamcumque inhi fata extenderint, luctu & cruciatu reddam amaram. 14 Non erit opus vi extrinsecus : sufficere dolor internus. 15 Delectationem capit in lacrymis. 16 Moram in Ægyptio litore expetens, naufragium & mortem ; cum tantæ abutimur & salutem voverent.

1 Sibi veodicaus imperium pelagi.

2 Qui jam erat ad Palinurum, supra *ŷ. 42.*

3 *Cu.* Pompejus major natu filius Pompeii, quem e Pharsalica clade elapsum, cum Catone in Africam trajecisse refert. In Hispaniam tamen profectum sollicitasse Iberos & Celtiberos, tradit Appianus.

4 Cato oram Africæ legens (Inquit Plutarchus in Catone min.) in Sext. Pompejum incidit, Magni F. natu minorem. is ei patrem in Ægypto necatum refert.

5 Res Romanas, quæ ab illo pendebant.

6 O te felicem. O felix *una ante alios Priameia virgo.* Virg. *Æn.* 3.

7 Neque visu læstis pietatem & venerationem.

8 Iuceſto, impio, perfido Ptolomæo.

9 Fretus diis hospitii præsidibus, & beneficentia qua sibi demeruerat reges Ægyptios, Anuleten in regnum autoritate sua restitvens, jure hospitalitatis cum patre ejus Lathyro usus, & Dionysio huic, cui tutor à Senatu datus erat, confirmato regno. 10 Cæsarem, sic Cornelia lib. 8. *ŷ. 64.* 11 Lib. 8.

ŷ. 68. 12 *Lib. 8. ŷ. 68.* indicia sceleris. 13 In cineres verterit. lib. 8. *ŷ. 75.* 14 Condoneo, ignosco. 15 De capite illius in adventum Cæsaris servato.

16 Conjunctiva que pro discretiva *ŷ. lib. 1. ŷ. 252. & lib. 2. ŷ. 35.*

Prima ratem Cypros spumantibus accipit unda :

Inde ¹ tenens pelagus, sed jam moderatior, Eurus

In Libycas egit sedes, & castra ² Catonũ.

Tristu, ut in multo mens est prasaga timore,

Aspexit patrios comites a litore ³ Magnus,

4 Et fratrem : medias præcepit tunc fertur in undas.

Dic ubi sit, germane, parens : stat summa, caputque

Orbis, an occidimus? ⁵ Romanaque Magnus ad umbras

Abstulit? Hac fatur : quem contra talia frater :

6 O felix, quem fors alias dispersit in oras,

7 Quisque nefas audis : oculos, germane, nocentis

Spelctato genitore sero. non Cæsaris armis

Occubuit, dignoque perit auctore ruina.

Rege sub ⁸ impuro Nilotica rura tenente,

9 Hospitii fretus Superis, & munere tanto

In proavos, cecidit donati victima regni.

Vidi ego magnanimi lacerantes pectora patris :

Nec credens Pharium tantum potuisse tyrannum,

Litore Niliaeo ¹⁰ socerum jam stare putavi.

Sed me nec sanguis, nec tantum vulnera nostri

Affecere senis, quantum gestata per urbes

11 Ora ducis, qua transfixo sublimia pilo

Vidimus : hac, fama est, oculis victoris iniqui

Servari, ¹² scelerisque fidem quæsisse tyrannum.

Nam corpus Phariane canes, avidaque volucres

Distulerint, an furtivus, quem vidimus, ignis

13 Solverit, ignoro. quæcunque injuria fati

Abstulit hos artus, Superis hac crimina ¹⁴ dono :

15 Servata de parte queror. Cum talia Magnus

Audiſſet : non in gemitus, lacrymasque dolorem

Effudit ; ¹⁶ justaque furens pietate profatur :

Præcipitate rates è sicco litore nauta ;

Classis in adversos erumpat remige ventos :

Ite duces mecum : nunquam civilibus armis

Tanta fuit merces, inhumatos condere manes,

¹ Sanguine semiviri Magnum satiare tyranni.
 Non ego ² Pellaas arces, ³ adytisque resectum
 Corpus Alexandri pigra ⁴ Mareotide mergam?
 Non mihi ⁵ Pyramidum tumulis evulsus ⁶ Amasis,
 Atque alii reges Niso torrente natabunt?
 Omnia dent pœnas ⁷ nudo tibi, Magne, sepulcra:
 Evolvam busto jam numen gentibus ⁸ Isin,
 Et ⁹ tectum lino spargam per vulgus ¹⁰ Osirim,
¹¹ Et sacer in Magni cineres mattabitur Apis,
 Suppositisque ¹² deis uram caput. has mihi pœnas
 Terra dabit: linguam vacuos cultoribus agros;
 Nec Nilus cui crescat, erit: ¹³ solusque tenebis
 Ægyptum genitor, populis superisque fugatis.
 Dixerat, & classem savas rapiebat in undas.
 Sed Cato laudatam juvenis compescuit iram.
 Interea totis audito funere Magni
 Litoribus sonuit percussus planctibus ather:
 Exemploque carens, & nulli cognitus avo
 Luctus erat, ¹⁴ mortem populos deslere potentis.
¹⁵ Sed magis, ut visa est lacrymis exhausta, solutas
 In vultus effusa comas, Cornelia puppe
 Egrediens, rursus geminato verberere plangunt.
 Vi primum in ¹⁶ socia pervenit litora terra,
 Collegit ¹⁷ vestes, miserique insignia Magni,
 Armaque, & impressas auro, quas gesserat olim,
 Exuvias, ¹⁸ pietasque togas, velamina summo
¹⁹ Ter conspecta Iovi, funestoque intulit igni.
 Ille fuit misera Magni ²⁰ cinis. ²¹ accipit omnis
 Exemplum pietas, ²² & toto litore busta
 Surgunt Thessalicis reddentia manibus ignem.
 Sic, ubi de pastis submittere gramina campis,

vide quæ ad *ÿ*. 479, & 833. lib. 8. ¹² Deorum statuis.

ÿ. 803.

¹⁴ Vi populi deslerent mortem potentis viri, Pompeji.

¹⁵ Sed major iugeminatur planctus, ubi visa est Cornelia.

ubi Ca. Pompejus & Cato. ¹⁷ Efferebantur illustres viri apud Roman.

in pompam suæbrem, conspicui insignibus honorum quos gessissent. In ima-

ginaria hac sepultura Pompejo suo hunc honorem præstat Cornelia. Illustrium

item virorum bustis injecta atque una cremata fuisse arma, & quæ illis in vita

fuerant charissima, docet Virg. in fuere Miseni. *Æn.* 6. ¹⁸ Palmatas,

id est, palmis pictas, quas gerebant triumphantes. ¹⁹ Iovi Capitolino

conspecta, in tribus triumphis. lib. 7. *ÿ*. 685. ²⁰ Imaginarium bustum,

loco veri cineris. ²¹ Cornelie pietatem & ceteri imitari, repræsentativa

extruunt busta & cenotaphia suis quisque amicis qui in Thessalia occubuerant.

²² Totum rogis lucet litus, non secus atque ubi pastores Apuli agros & montes

igue per hyemem depascunt ad renovanda gramina eliciendaque novas herbas.

¹ Ptolomæum

cædere infes-

rias Pompejo.

² Alexandriam.

³ Sepulchro

effossum Alex-

andri corpus.

1. 8. *ÿ*. 694.

⁴ Ægypti pa-

lude.

⁵ Vide quæ

uos ad epig. 1

Martialis.

⁶ Ægypti rex

Herodot. lib. 2.

Pliu. 36. c. 12.

⁷ Insepulto.

⁸ Libro 8.

ÿ. 831.

⁹ Osirim à

fratre Typho-

ne dilaniatum

Isis uxor tela

lini recepit.

hinc statux e-

jus & sacerdo-

tibus lineæ ve-

stes. *Linigeri*

calvi, &c. Mar-

tial, epig. 29.

lib. 12. vide

lib. 10. *ÿ*. 175.

¹⁰ Libro 8.

ÿ. 835.

¹¹ Et bovem,

qui Apin deum

repræsentat, &

post certos an-

nos in puteum

demergitur,

inactabo ad

tumulum Pom-

peji. de Api,

¹³ Lib. 8.

Hellenism.

¹⁶ Africæ.

¹⁹ Palmatas,

id est, palmis

pictas, quas

gerebant trium-

phantantes.

²⁰ Imaginarium bustum,

loco veri cineris.

²¹ Cornelie pietatem & ceteri imitari,

repræsentativa

extruunt busta &

cenotaphia suis

quisque amicis

qui in Thessalia

1 Mons Apuliz.

2 Boum pacifica. Alii buxeta.

3 Inter omnia vero quæ vulgus in defuncti Pomp. laudes jactabat, indignam ejus calamitatem & eadem deorum inclementiæ obiciens; nihil pervenit ad Pompei umbram gratius, quam funebribus oratio à Catone habita.

4 Qui defecit quidem à priscorum Rom. moderatione, & iustitia; sed tamen utilis.

5 Cui, avo nostro scilicet.

6 In tantum potentie evectus, quantum civi consequi licet salva libertate; neque tamen se exulit supra civem, utinque plebs illi servire prompta fuerit. In id evectus supra

quod ascendere non potest. Vell. Paterc. 2. 7 Liberi, cuncta regentis, cui & ipse Pompejus parebat.

8 Neque enim bello tam potens in animo habuit vi Senatui cogere.

9 Quam ipse sibi retinuit. 10 In ærarium publicum.

11 Suscepit bellum, sed & pon. norat. 12 Vera libertas jamdudum temporibus Marii & Syllæ periit, cujus tamen species aliqua retenta est, Pompejo vivente; jam vero illo mortuo, & de specie illa libertatis, & in agine Imperii atque Senatus actum est.

13 In urbem vicissim reversis ad interractionem adversarum partium, lib. 2. §. 69. & deinceps. 14 Lib. 8. §. 360. 15 Vel expetendos. *Emphasis.* 16 Ægyptiorum scelus. 17 Cæsaris. 18 Invidiose.

19 Mortem, Stoicum ab omnibus miseris portum, libenter optere, sibi que confiscere. 20 Aliunde illata morte perire. 21 Qualem habuit Pompejus Ptolemæum, potius quam victori referret, me vel sic de-

truncatum servet.

Et renovare parans hybernas Appulus herbas,
Igne sovet terras, simul & ¹ Garganus, & arva
² Vulturis, & calidi lucent ³ buxeta Matini.

3 Non tamen ad Magni pervenit gratius umbram.

Omne quod in Superos audet convicia vulgus,
Pompejumque deis obicit, quam pauca Catonis
Verba, sed a pleno venientia pectore veri.

Civis obit (inquit) ⁴ multo majoribus impar
Nosse modum juris, sed in hoc tamen utilis avo,

⁵ Cui non ulla fuit justæ reverentia, ⁶ salva
Libertate potens, & solus plebe parata

Privatus servare sibi, rectorque Senatus,
Sed ⁷ regnantis, erat. ⁸ nil belli jura poposcit:

Quaque dari voluit, voluit sibi posse negari.

Immodicas possedit opes: sed plura ⁹ retentis

¹⁰ Intulit: ¹¹ invasit ferrum, sed ponere norat.

Prætulit arma toga: sed pacem armatus amavit.

Juvit sumpta ducem, juvit dimissa potestæ.

Castæ domus, luxuque carens, corruptaque nunquam

Fortuna domini. clarum, & venerabile nomen

Gentibus, & multum nostra quod proderat urbi.

¹² Olim vera fides Syllæ Marioque ¹³ receptis

Libertatis obit: Pompejo rebus adempto

Nunc & ficta perit. non jam regnare pudebit:

Nec color imperii, nec frons erit ulla Senatus.

¹⁴ O felix, cui summa dies fuit obvia victo,

Et cui ¹⁵ quarendos ¹⁶ Pharium scelus obtulit enses:

Forfitan in ¹⁷ sociari potuisses vivere ¹⁸ regno.

¹⁹ Scire mori, fors prima viri, sed proxima ²⁰ cogi.

Et mihi, si fati aliena in jura venimus,

Da ²¹ talem Fortuna iubar: non deprecor hosti

Servari, dum me servet cervice recisa.

¹ Vocibus his major, quam si Romana sonarent
² Rostra ducis laudes, generosam venit ad umbram
 Mortis honos. fremit interea discordia ³ vulgi
 Castrorum, bellique piget post funera Magni :
 Cum Tarcho ⁴ in motu linguendi signa Catonis
 Sustulit ; hunc rapta ⁵ fugientem classe secutus
 Litus in extremum, tali Cato voce notavit :
 O nunquam pacate Cilix ! iterumne rapinas
 Vadis in aquoreas ? ⁶ Magnum Fortuna removit :
 Iam pelago pirata redis. Tunc respicit omneis
 In cœtu, motuque viros : quorum unus ⁷ aperta
 Mente fuga, tali compellat voce ⁸ regentem :
 Nos Cato, da veniam, Pompeji duxit in arma,
 Non belli civilis amor, ⁹ partesque favore
 Fecimus. ille jacet, ¹⁰ quem paci pratulit orbis,
¹¹ Causaque nostra perit : patrios permitte penates,
 Desertamque domum, dulcesque revisere nates.
 Nam quis erit finis, si nec Pharsalia, pugna,
 Nec Pompejus erit ? ¹² perierunt tempora vita,
 Mors eat in tutum : ¹³ justas sibi nostra senectus
 Prospiciat ¹³ flammam, bellum civile sepulcra
 Vix ducibus prestare potest. ¹⁴ non barbara victos
 Regna manent : non Armenium mihi sava minatur,
 Aut Scythicum Fortuna jugum : sub jura togati
 Civis eo, quisquis Magno vivente secundus,
 Hic mihi primus erit : ¹⁵ sacris prestabitur umbris
 Summus honor : dominum, quem clades cogit, habebo :
 Nullum, Magne, ducem, te solum in bella secutus,
 Post te, ¹⁶ fata sequar : neque enim sperare ¹⁷ secunda
 Fas mihi, nec liceat. Fortuna cuncta tenentur
 Caesaris : ¹⁸ Emathium sparsit victoria ferrum.
¹⁹ Clausa fides miseris, et ²⁰ toto solus in orbe est,
 Qui velis ac possit victis prestare salutem.

mus in bellis, à quibus liceat discedere ut domi tuto moriamur. ¹³ Rogos.
¹⁴ Neque enim servitutum sub Parthis aut Scythiis dura mihi metuo, sed sub
 Romano levem, quam subeo libens potius quam bella ulterius sequar.
¹⁵ Summus à me honor habebitur semper umbris & memoriæ Pompeji, det
 modo veniam lasso jam militiæ, ut adversarium victorem potius induam domi-
 num, quam victarum partium sequar ullum ducem. ¹⁶ Fortunam atque
 exitum belli hujus. ¹⁷ Prospera, victoriam harum partium, vel pristinam
 libertatem excusso omnino servitio. ¹⁸ Victoria Caesaris dissipavit
 Pompejanos & reliquias cladis Pharsalicæ. ¹⁹ Bello victis negarur fides
 & victoris in supplices clementia. ²⁰ Altero è contendentibus cæso, Im-
 petii summa in potestatem superstitis cedit.

¹ Vt supra
 v. 186.
² Pro rostris
 enim in foro
 Rom. habeban-
 tur hujusmodi
 orationes fu-
 nebres.
³ Ab armis
 discedere cu-
 pientis.
⁴ In motu se-
 cessionis & re-
 linquendi Ca-
 tonein sustulit
 signa. Ita
 H. Grotius
 emendat, cum
 prius legeretur:
 Cum Tarcho
 motu linguen-
 di. Tarcho au-
 tē dux Cilicium.
⁵ Abitum &
 fugam appa-
 raentem.
⁶ Libro 2.
 v. 576.
⁷ Reddita ra-
 tione consilii
 sui & secessio-
 nis.
⁸ Catonem.
⁹ In illius gra-
 tiam partes has
 secuti sumus.
¹⁰ Cujus ar-
 ma & signa se-
 qui, paci præ-
 tulit orbis.
¹¹ Et cum il-
 lo, nostra quo-
 que, belli cau-
 sa.

¹² Consenui-
 mus in bellis, à quibus liceat discedere ut domi tuto moriamur. ¹³ Rogos.
¹⁴ Neque enim servitutum sub Parthis aut Scythiis dura mihi metuo, sed sub
 Romano levem, quam subeo libens potius quam bella ulterius sequar.
¹⁵ Summus à me honor habebitur semper umbris & memoriæ Pompeji, det
 modo veniam lasso jam militiæ, ut adversarium victorem potius induam domi-
 num, quam victarum partium sequar ullum ducem. ¹⁶ Fortunam atque
 exitum belli hujus. ¹⁷ Prospera, victoriam harum partium, vel pristinam
 libertatem excusso omnino servitio. ¹⁸ Victoria Caesaris dissipavit
 Pompejanos & reliquias cladis Pharsalicæ. ¹⁹ Bello victis negarur fides
 & victoris in supplices clementia. ²⁰ Altero è contendentibus cæso, Im-
 petii summa in potestatem superstitis cedit.

1 Cæsar.
 2 Propere conscendit navem.
 3 Turba.
 4 In servitutem prona plebs.
 5 In hunc modum locutus est Cato.
 6 Eodem voto quo Cæsariani, tu pro Pompeji dominatu, ut illi pro Cæsaris non utique pro libertate Rom.
 7 Postquam autem spei dominationis summæ filium incipsum est; postquam tuæ libertati asserendæ non ducis, qui cecidit, partibus es superstes; quia mortis tuæ discrimine neutri regum confirmasti, & quia jam minimo cum labore & periculo te in libertatem vindicare

Pompejo, scelus est bellum civile, perempto, Quo fuerat vivente, fides. si publica jura, Si semper patriam sequeris Cato. signa petamus Romanus qua¹ Consul habet. Sic ille profatus
 2 Insiluit puppi, juvenum comitante³ tumultu.
 Actum Romanis fuerat de rebus, & omnis
 4 Indiga servitii servebat litore plebes :
 5 Erupere ducis sacro de pectore voces :
 Ergo⁶ pari voto gessisti bella juventus
 Tu quoque pro dominis, & Pompejana fuisti,
 Non Romana manus ? 7 quod non in regna laboras,
 Quod tibi, non ducibus, vivis, moriensque quod orbem
 Acquiris nulli, quod jam tibi vincere tutum est.
 Bella fugis, quarisque jugum cervice vacante,
 Et nescis⁸ sine rege pati. nunc⁹ causa periculi
 Digna viris. vestro potuit Pompejus¹⁰ abuti
 Sanguine : nunc patria jugulos ensesque negatis,
 Cum prope libertas. unum Fortuna reliquit
 Iam¹¹ tribus è dominis. pudeat :¹² plus regia Nili
 Contulit in leges, & Parthi militis arcus.
 Ite ô degeneres,¹³ Ptolemai munus, & arma
 Spernite.¹⁴ quis vestras ulla putet esse nocenteis
 Cade manus ? credet facileis sibi terga dedesse,
 Credet ab Emathis primos fugisse¹⁵ Philippis.
 Vadite securi : meruistis iudice vitam
 Casare, non armis, non obsidione subacti.
 O famuli turpes, domini post fata prioris
 Itis¹⁶ ad heredem.¹⁷ cur non majora mereri,
 Quam vitam, veniamque libet[?] rapiatur in undas
 Infelix Magni conjux, prolesque Metelli :
 Ducite Pompejos : Ptolemai vincite munus.

licet, tu ab armis discedis : collo servitutis jugum ferre parato. 8 Sive rege & domino esse. l. 5. y. 314. non potes esse liber. 9 Libertatis ergo.
 10 Adempta libertate, & rego sibi constituto. 11 Pompejo, Crasso, Cæsare. lib. 1. y. 4. quorum foedera & affinitates jam olim metuens Cato exclamavit Reimp. nuptiarum leuocinio corruptam prodi. Appian. 12 Ad libertatem nostram tuendam plus profuit Ptolemæus, qui Pompejum; plus Parthi, qui Crassum sustulerunt. 13 Libertatem à Ptolemæo donatam simul cum bello deferere. 14 Quis credat vos strenue pugnando manus vestras cæde hostium cruentasse ? imo credet potius fugam à vobis in Pharsalico proelio cœptam.
 15 Ad y. 680. lib. 1. 16 Dominatus successorem. 17 Sed cur non & majora suscipitis scelera, quo ampliora à Cæsare accipiatis præmia quam veniam & vitam ? Cur non Corneliæ, juvenes Pompejos, vel me prodeutes perdentesve melius de Cæsare meremini, quam ipse Ptolemæus ?

Nostra quoque inviso quisquis feret ora tyranno,
Non parva mercede dabit. sciat ista juvenus

¹ Cervicis precio ² bene se mea signa secutam.

Quin agite, & magna meritum cum cade parate :

³ Ignavum scelus est tantum fuga. Dixit : & omnis

⁴ Haud aliter medio revocavit ab equore puppes,

Quam ⁵ simul ⁶ effetas linguunt examina ⁶ ceras,

Atque oblita favi ⁷ non miscent nexibus alas,

Sed sibi quaque volat, nec jam degustat amarum

Desidiosa thymum : ⁸ tum si sonus increpat aris,

Attonita posuere fugam, ⁹ studiumque laboris

Florigeri repetunt, & sparsi mellis amorem :

Gaudet in ¹⁰ Hyblao securus gramine pastor

¹¹ Divitias servasse casa : sic voce Catonis

Inculcata viris justi patientia Martis.

¹² Iamque actu belli non doctas ferre quietem

Constituit mentes, serieque agitare laborum.

Primum litoreis miles ¹³ lassatur arenis.

Proximus in muros, & mœnia Cyrenarum

Est labor : ¹⁴ exclusus nulla se vindicat ira :

¹⁵ Pœnaque de vicis sola est, vicisse, Catoni.

¹⁶ Inde peti placuit Libyci contermina Mauris

Regna Iuba ; sed iter mediis Natura negabat

¹⁷ Syrtibus : ¹⁸ has audax sperat sibi cedere virtus.

¹⁹ Syrtes vel primam mundo Natura figuram

Cum daret, in dubio pelagi terraque reliquit.

cymbala circum.

⁹ Ipsa Intima more suo sese in cymbala condent.

¹⁰ Hybla, Siciliæ mons floribus & mellificiis clavis.

¹² Iamque, ne per oclum ad seditiones relaberentur, militaribus operibus eos exercuit.

¹³ Exercitatione vel itinere.

¹⁴ Sed Plutarchus

in Catone Min. refert, eum profectum Cyrenen, receptum fuisse, & cum paucis

ante diebus Labienus inde eisset exclusus. ¹⁵ Non crudeliter usus est

victoria ; non aliam sumpsit de hostibus pœnam, præter ipsos vicisse. id illi

supplicii satis vltum. ¹⁶ Ibi (id est Cyrenis, inquit Plut.) cum inau-

divisset Scipionem à Iuba susceptum, & una esse Atium Varum cum copiis, quem

Pompejus Africæ præfecerat : hyeme durante ad eos linere terrestris contendit.

Eorum copias, inquit Paternus, auxerat M. Cato, ingenti cum difficultate itin-

erum, locorumque inopia, perdifficili ad eos legionibus, qui, cum summum ei à mi-

licibus deferretur imperium, honoratori parere maluit. lib. 2. ¹⁷ Lib. 1.

Y. 367. ¹⁸ Et tamen Catonis virtuti nulla via erit invia. ¹⁹ Vtrum

(inquit Poëta, in rationis Physicæ de natura Syrium inquisitionem digressus)

Natura, vel naturæ molitor Deus, cum è rudi Chao cætera omnia eximeret

loca, hæc reliquerit indigesta atque indiserera : sive ollum in totum mari con-

fecta, jam à rapido vicium Solis calore exhausta alibi emiueant vadosa, proce-

dedente vero tempore in totum exhalantur humorem, & in terram penitus solida

sint futura.

1 Mez.

2 Sibi utiliter.

3 Fuga est

simplex defe-

ctio ; nisi &

aliud adjuuga-

tis scelus.

4 Cilicas se-

cedere volen-

tes ad officium

& in castra re-

vocat : non fe-

cus atque apum

examina in al-

veos reducun-

tur tinnitu æ-

ris.

5 Vbi post-

quam.

6 Fetu desti-

tutos favos.

7 Non in for-

mam uvæ seu

racemi pendent

ab arbore βο-

τρυγδῶν, nec

conglobatim

volant.

8 Alii, at Phry-

gii sonus ut cre-

pat aris. Virg.

4 Georg. Tinnit-

usque cie &

Martis quare

condent.

11 Apes.

1 Neque litor-
re arcet maria,
sed incerto si-
nu est mare
vadofum, al-
ternis fluxus
atque refluxus
vicibus du-
binum, terræ ac
maris mira in-
æqualitate.

2 Merfa erat.
3 Sol & fide-
ra maris flucti-
bus & exhalationibus all,
opinabântur
Stoici & alii
vet. Aristot.

lib. 2 Meteor.
& hos fecit
poëtæ, convexa
pelus dum fide-
ra pascet. Au.
1 Virgil. vide
lib. 1. 415.

4 Attraxit ma-
gna ex parte.

5 Torridæ.

6 Obstat ad-
huc, quo mi-
nus in terram
solidam tutus
abeat. quod
temporis pro-
cessu fiet.

7 Pœta Ca-
tonem partim
itineris classe
emenfum us-
que ad Tritonem
paludem
fugit.

8 Milites navi
vectos.

9 In regiones Meridionales.
10 Anster impetu arcuit mare tentatum clas-
sibus, repulsiq; undas longe à Syrtibus. idem Anster objecit ponto cumulos
arenæ ingestos interruptis undis. 11 Vela tensa impellens Anster, oon passus
ea à nautis dimitti, fractis funibus rapuit. 12 Cumque rudentibus nautæ
frustra tentarent submittere vela - 13 - Sinus velorum propellebantur ultra
proram. 14 Quod si quis vela collecta antea substrixisser, vincitur
tamen vi Anstri, & avertitur à cursu quem intenderat, spoliata velo attenua-
15 Minus vexabantur illæ naves quæ altum tenuerunt mare, evitatis his incer-
tis later Syrtis undis. 16 Quæ leviores factæ succis malis ventum effudere.
17 Æstus obvius, sui juris, ut contra quem non obnitebantur vela, has eri-
puit ventis. 18 Contra quem obnitebantur. 19 Æstus potentior vento.
20 Alias, 21 Arena, 22 Arenâ-ne an aquis sit peritura.

(Nam 1 neque subsedit penitus, quo stagna profundi
Acciperet, nec se defendit ab aquore tellus :

Ambigua sed lege loci jacet invia sedes :

Æquora fracta vadis, abruptaque terra profundo,

Et post multa sonant projecti litora fluctus.

Sic malo deseruit, nullosque exegit in usus

Hanc partem natura sui.) vel plenior alto

Olim Syrtis erat pelago, penitusque 2 natabat :

Sed 3 rapidus Titan ponto sua lumina pascens,

Æquora 4 subduxit zona vicina 5 perusta :

6 Et nunc pontus adhuc Phæbo siccante 6 repugnat.

Mox ubi damnosum radios admovent avura,

Tellus Syrtis erit : nam jam brevis unda superne

Innatat, & late periturum deficit æquor.

7 Ut primum remis actum mare protulit omne

8 Classis onus, densis fremuit niger imbribus Austæ

9 In sua regna furens : 10 tentatum classibus æquor

Turbine defendit, longæque à Syrtibus undas

Egit, & illato confregit litore pontum.

11 Tum quarum recto deprendit carbasa malo

Eripuit nautis, frustra que rudentibus ausis

12 Vela negare Noto, 13 spatium vicere carina,

Atque 13 ultra proram tumuit sinus. 14 omnia si quis

Providus antenna suffixit lintea summa,

Vincitur, & nudis avertitur armamentis.

15 Sors melior classi, qua fluctibus incidit altis,

Et certo jactata mari. 16 quacunque levata

Arboribus casis flatum effudere prementem :

17 Abstulit has ventis liber contraria volvens

Æstus, & 13 obnixum 19 victor detrusit in Austrum.

20 Has vada destitunt, atque interrupta profundo

21 Terra ferit puppes : 22 dubioque obnoxia fato

1 Pars sedet una ratis, pars altera pendet in undis.
 Tunc magis impactum² brevibus mare, terraque savit
 Obvia consurgens: quamvis elisus ab Austro,
 Sape tamen cumulos fluctus non vincit arena.
 Eminent in³ tergo pelagi procul omnibus arvis,
 Inviolatus aqua, sicci jam pulveris agger.
 Stant miseri nauta, terraque harente carina
 Litora nulla vident: 4 sic partem intercipit aquor.
 Pars ratiuum major regimen, clavumque secuta est,
 Tuta fuga, nautasque loci sortita peritos,
 Torpentem Tritonas adit illaesa paludem.
 Hanc, ut fama, 5 deus, quem toto litore pontus
 Audit ventosa⁶ perflantem murmura concha,
 7 Hanc & Pallas amat: 8 patrio qua vertice nata
 9 Terrarum primam Libyen (nam proxima caelo est,
 Ut probat ipse calor) tetigit: stagnique quieta
 Vultus vidit aqua, posuitque in margine plantas,
 Et se dilecta Tritonida dixit ab unda.
 10 Quam juxta Lethes tacitus pralabitur amnis
 Infernus, ut fama, trahens obliviam venis:
 Atque 11 insopiti quondam tutela draconis,
 12 Hesperidum pauper spoliatis frondibus hortus.
 13 Invidus, amoso famam qui derogat avo,
 Qui vates ad vera vocat. Fuit aurea silva,
 14 Divitusque graves, & fulvo germine rami,
 15 Virgineusque chorus nitidi custodia luci,
 Et nunquam somno damnatus lumina serpens,

1 Prora haeret in vado, puppis fluctuat in undis.

2 The flats, the shoals. In brevibus & Syrtis urget, miserabile visus, illiditque vadis, atque aggere cingit arena.

3 Virg. Aen. 1. Dorso maris.

4 Sic navium aliae à Syrtibus retinebantur, aliae gubernatorum peritia è Syrtibus in altum provectae appellabantur, ostium fluvii Tritonis juxta Tritonida paludem in Africa Propria. Mela l. 1. cap. 7.

5 Triton, Neptunus tubiceus.

6 Carula concha exterritens freta. Aen. 10 Virgil. conchaque sonanti Insipit. &c. Ovid.

7 Metam.

7 Ut quae ibi primum apparuisse dicitur in terra proximiorae caelo. hinc Pallantias dicta Callimacho & Plin. & Solio. c. 40. palus, quam Triton amois influxit, ubi speculatum se actium deam crediderunt.

8 E cerebro Iovis nata. Ovid. Fast. 3. summa quippe aëris regio tribuitur Minervæ, ut in media Iovi & infima Iunoni.

9 Aegyptum, inquit Marcellius lib. 22. omnium antiquissimam, nisi quod super antiquitate certat cum Scythia. de quo certamine vide quae Iustinus lib. 2. & Claudian. in Eutropium. Herodorus tamen cum Phrygius Aegyptios contendisse refert l. 2.

10 Circa extimum Syrtium corum, Berenice civitatem alluit Lethon (ita appellat Solinus c. 40.) amois, inferna, ut putant, exundatione prorumpens, & apud pristinos vates latice memoratus oblivionis. Quamvis longe à Tritonide palude distant Lethon sen Lethæ fl. & Hesperidum horti.

11 Pervigilis draconis, sive ille pastor fuerit custodiens χρύσεα μῆλα, id est pecora, nativo rutila colore, ut Athenæus vult lib. 3. c. 7. seu mala citrea Medica, aurea involverit sinuosus amnis, ut Plinius lib. 5. c. 1.

12 Hesperii filiarum, Aegles, Arethuse, & Hesperethuse. quarum hortum Solin. c. 37. Virg. 3. Aen. & Plin. lib. 5. c. 5, in Mauritania Tingitana ponunt, atque idem Plin. lib. 5. c. 1. ad Syrtim Mar. Sed Claudianus 1 laud. Stilliconis, ad Tritonem fl.

13 Maligni est, antiquitati fidem derogare, & in Poëtis fidem requirere.

14 Aureis pomis.

15 Hesperides, modo ad y. 352.

1 Arbores auriferas.

2 Alcida a tortus nemoris opulenti domos, Aurifera vigili spolia serpentis sulis. Sea. Hercul. Fur. Y. 238.

3 Eurytheo Argivorum regi, qui iussu Iuonnis fuit Herculi ἰπποδίακτης.

4 Classis par Syrtibus provecta sub Pompejo non ultra litus Garamantum, appulit meliorem Africæ partem, ubi Varus. sed vide quæ ad Y. 120. supra.

5 Supra Y. 300.

6 Terrestri itinere circuire.

7 Timebat quippe tempestates hyeme jam claudente inaria, sperabatque clementius iter bruma mitigante regionis calorem. Ita, inquit Plutarch. per Africam hyberno tempore suos traduxit, haud multo pauciores decem millibus, spacio 30 dierum. Strabo ult. lib.

8 Libera.

9 Quicumque forti estis animo & patriæ amantes; sequimini me, libertatem petentes per deserta, sitim, æstum, discrimina serpentum, &c.

10 Romano, id est, forti viro dignum.

11 Qui vero adeo ignavi sunt, ut salutis suæ & vitæ plus consulant quam honesto & libertati; his patet mollior & facilior ad turpem servitutem via.

12 Crassem libertatis oppresorem.

13 Septem continentibus diebus iter factum est, cum ipse agmen pedes duceret, neque unquam equo aut iumento uteretur. Corcebat etiam sedens; nam post Pharsalicam cladem, priori id inveni addiderat, ut nunquam nisi dondendi causa accumberet. Plutarchus in Catone Min. Strabo vero in ult. lib. refert eum 30 diebus Syrtim lustrasse.

1 Robora complexus rutilo curvata metallo.

2 Abstulit arboribus pretium, nemorique laborem

Alcides: passusque inopes sine pondere ramos

Rettulit 3 Argolico fulgentia poma tyranno.

4 His igitur depulsa locis, ejectaque classis

Syrtibus, haud ultra Garamantidæ attigit undas:

Sed duce Pompejo Libyes melioris in oris

Mansit. 5 At impatiens virtus harere Catonis

Audit in ignotas agmen committere gentes,

Armorum fidens. 6 terra cingere Syrtim.

7 Hac eadem suadebat hyems, qua clauserat aquor.

Et spes imber erat, nimios metuentibus ignes:

Vt neque sole viam, nec duro frigore sevam,

Inde polo Libyes, hinc bruma temperet annus:

Atque ingressurus steriles, sic fatur, arenas:

O quibus una salus placuit mea castra secutis

8 Indomita cervice mori, componite mentes

Ad magnam virtutis opus, summosque labores.

9 Vadimus in campos steriles, exustaque mundi,

Qua nimius Titan, & rara in fontibus unda,

Siccaque letiferis squalent serpentibus arva:

Durum iter. ad leges, patriæque ruentis amorem

Per mediam Libyen veniant, atque invia tentent,

Si quibus in nullo positum est evadere voto,

Si quibus ire sat est. neque enim mihi fallere quem-

quam

Est animus, tectoquo metu perducere vulgus.

Hi mihi sint comites, quos ipsa pericula ducent,

Qui, me teste, pati, vel quæ tristissima, pulcrum,

10 Romanumque putant. 11 at qui sponsore salutis

Miles eget, capiturque anima dulcedine, vadat

Ad 12 dominum meliore via. dum 13 primus arenas

Ingrediar, primusque gradus in pulvere ponam,

Me calor athereus feriat, mihi plena veneno
 Occurrat serpens; fatoque pericula vestra
 Pratentate meo: sitiatis, quicumque¹ bibentem
 Viderit: aut umbras nemorum quicumque petentem
 Æstuet: aut equitem peditum precedere turmas,
 Deficiat; si quo fuerit discrimine notum
 Dux, an miles eam. serpens, sitis, ardor, arena,
 Dulcia Virtuti: Gaudet patientia duris.
 Latius est, quoties magno sibi constat honestum.
² Sola potest Libye turbam præstare malorum,
 Vt deceat fugisse viros. Sic ille calentes
 Incendit virtute animos, & amore laborum,
³ Irreducemque viam deserto limite carpit:
⁴ Et sacrum parvo nomen clausura sepulcro
 Invasit Libye securi fata Catonis.

⁵ Tertia pars rerum Libye, si credere fama
 Cuncta velis: ⁶ at si ventos cælumque sequaris,
 Pars erit Europa. ⁷ nec enim plus litora Nili,
 Quam Scythicus Tanais primis à Gadibus absunt:
⁸ Unde Europa fugit Libyen, & litora flexu
 Oceano fecere locum: ⁹ sed major in unam
 Orbis abit Asiam. ¹⁰ nam cum communiter ista
 Effundant Zephyrum, Borea latus illa sinistrum
 Contingens, dextrumque Noti, discedit in ortus,
 Eurum sola tenens. ¹¹ Libyca quod fertile terra est,
 Vergit in occasus: sed & hæc non fontibus ullis
 Solvitur: ¹² Arctoois raris ¹³ Aquilonibus imbres
 Accipit, & nostris reficit sua rura serenis.
¹⁴ In nullas vitatur opes; non are, nec auro

1 Me.

2 Timiditatis
 & turpis fugæ
 crimine absol-
 vet nos iter
 hoc per Libyæ
 pericula, omni
 hoste graviora
 sponte susce-
 ptum.

3 Per quam
 non erit red-
 eundum.

4 Et Cato se-
 curus fati,
 quod eum hic
 manebat, in-
 vastit Libyam
 sibi fatalem.

5 Si vulgarem
 admittas orbis
 divisionem, A-
 frica est tertia
 orbis pars: ita
 & Sallustius in
 bello Jugurta.
 In divisione,
 inquit, orbis
 terra plerique in
 parte tertia A-
 fricana posuere:
 pauci, tantum-
 modo Asiam &
 Europam esse,
 sed Africam in
 Europa, &c.

6 At si vento-
 rum cœlique

revoluti rationem sequaris; Africam complectitur Europa, quæ duæ conjun-
 ctæ, excepto quod interluit mare Mediterraneum, Occidentalem cœquunt
 orbis medietatem, uti Asiæ Orientalem. ⁷ Neque enim Nilus, qui Africam,
 in divisione tripartita, ab Asia distinguit, remotior est à Gadibus inf. extre-
 mæ Hispaniæ; quam Tanais fl. qui cum Euxino, in quem prolabitur, Euro-
 pam ab Asia dividunt. ⁸ Ad quas Gades, Europa separatur ab Asia inter-
 sectu maris Mediterranei. ⁹ Et tamen Asia est major orbis terrarum pars,
 quam Europæ conjuncta Africa. ¹⁰ Cum Africa & Europa in Orientem
 effundant Zephyrum; illa à Noto, hæc à Boreali parte: Asia sola se extendens
 utrinque ad Austrum à dextra, ad Boream à sinistra, vendicat sibi totum Eurum.
¹¹ Libyæ pars occidentæ fertilior est, sicca tamen. Plin. lib. 5. cap. 22.
¹² A Septentrione immissos. ¹³ Boreas enim, qui nobis fereons est, illis
 pluviam iuducit: ut Auster contra nobis humidus & imbrifer, illis fereons.
¹⁴ Pura enim & simplex terra, ubere tantum gleba potens, non sterilefcit ad-
 missionem venarum metallorum. sic Pers. Sat. 2. Et Calabrum coxis viliato murice
 vellus, Iuven. Sat. 3. nec ingenium violarent marmora topum, & infra §. 519.

1 Tantum Mauritaniae divitiarum sunt citri arbores, quarum tamen usum non noverunt ultra quam umbris earum gaudebant: nostris vero in summo precio & honore sunt lectuli & mensae citra. Accipe felices Asilancica munera sylvas: Aurea qui dederit dona, minor dabit. Mart. ep. 89. l. 14. vide Plin. lib. 13, & 15. c. 5.

2 E Mauritania.

3 Orientalis vero Africae pars quae in Meridiem excurrit, Syrtis complexa, zonae torridae subiecta aut vicina, Solis aestu exusta, in totum sterilis est.

4 Vires.

5 Soluta in pulverem, non habet arbores.

6 Coeli & aetheris; pluviae, ut lib. 8. Y. 447. vel simpliciter, Dei.

7 Illa orbis terrae pars. 8 Anni vices & vires. 9 Nasamones Africae populi in solo arenoso, vicini Syrtibus, quarum naufragiis viciniam, quippe obsident litora & aestu destituta navigia notis sibi vadis occupant. Curt. 4. 10 Et quamvis portus atque commercii expertes sint, fruuntur tamen mercibus & opibus ab omni orbis parte, rapientes scilicet naves Syrtibus allisas. 11 Atque hic Romani securi jam, uti credebant, ventorum; experti sunt graviores procellas in terra quam quae in aequore timeantur. 12 In plana enim & exposita regione juxta Syrtis, violentius furit Auster quam in pelago; majores hic arenae quam ibi aquarum fluctus coactans. 13 Non habet illa pars Africae montes, scopulos aut sylvas quae venti impetum frangant & aërem resolvant: sed patet, exposita rapidis ventis. 14 Ventorum, ex Aëlii aëro ruentium rabie. 15 Sed arenaferam.

Excoquitur, nullo glebarum crimine, para,
Et penitus terra est. 1 tantum Maurusia genti
Robora divisa, quarum non noverat usum:
Sed citri contenta comis vivebat, & umbra.
In nemus ignotum nostra venere secures:
2 Extremoque epulas, mensasque petivimus 3 orbe-
3 At quacunque vagam Syrtim complectitur ora
Sub nimio projecta die, vicina perustis
Aetheris, exurit messes, & pulvere 4 Bacchum
Enecat, & 5 nulla putris radice tenetur.
Temperies vitalis adest: & nulla sub illa
Cura 6 lovis terra est: Natura deside torpet
7 Orbis, & immotis 8 annum non sentit arenis.
Hoc tam segne solum raras tamen exerit herbas,
Quas 9 Nasamon gens dura legit, qui proxima ponto
Nudus rura tenet, quem mundi barbara damnis
Syrtis atit. 10 nam litoreis populator arenis
Imminet, & nulla portus tangente carina,
Novit opes. sic cum toto commercia mundo
Naufragiis Nasamones habent. Hac ire Catonem
Dura judet virtus. 11 illic secura juvenus
Ventorum, nullasque timens tellure procellas,
Aequoreos est passa metus. 12 nam litore sicco,
Quam pelago, Syrtis violentius excipit Austrum,
Et terra magis ille nocet. 13 non montibus ortum
Adversis frangit Libye, scopulisque repulsum
Dissipat, & liquidus è turbine solvit in auras:
Noc ruit in sylvas, annosaque robora torquens
Lassatur: patet omne solum, liberque meatu
14 Aëliam rabiem totis exercet arenis:
At 15 non imbriferam cum torto pulvere nubem

*In flexum violentus agit : pars plurima terra
 Tollitur, ¹ & nunquam resoluta vertice pendet. •
² Regna videt pauper Nasamon errantis vento,
 Discussasque domos : volitantque à culmine raptæ
 Detecto Garamante casa. non altius ignis
³ Raptæ vehit : quantumque licet consurgere fumo,
⁴ Et violare diem, tantum tenet aëra pulvis.
 Tum quoque Romanum solito ⁵ violentior agmen
 Aggreditur, nullusque potest consistere miles,
 Instabilis ⁶ raptis etiam, quas calcas, arenis.
⁷ Concuteret terra, ⁸ orbemque à sede moveret,
 Si solida Libye compage, & pondere duro
 Clauderet exesis Austrum scopulosa cavernis :
 Sed quia mobilibus facilis turbatur arenis,
 Nusquam ⁹ luctando stabilis manet : imaque tellus
 Stat, quia summa fugit. galeas, & scuta virorum,
 Pilaque contorsit violento ¹⁰ spiritus ætæ,
¹¹ Intentusque tulit magni ¹² per inania cæli.
¹³ Illud in externa forsitan longæque remota
 Prodigium tellure fuit : delapsæque calo
 Arma timent gentes, hominumque erepta lacertis
 A Superis demissa putant. ¹⁴ sic illa profecto
¹⁵ Sacrifico cecidere Numa, quæ ¹⁶ læta Juventus
 Patritia cervice movet : spoliaverat Auster
 Aut Boreas populos ancilia nostra ferentes.
 Sic ¹⁷ orbem torquente Noto Romana Juventus
 Procubuit, metuensque rapi. constrinxit amittus,
 Insuperque manus terra : ¹⁸ nec pondere solo,
 Sed nixu jacuit, vix sic immobilis Austro,
¹⁹ Qui super ingentes cumulos involvit arena,*

ventorum statibus.

¹⁰ Ventus.

¹¹ Continuus, non intermittens.

¹² Per aëra.

¹³ Videtur Poëta non tam ad miracula, & præmonita

deorum referre has pluvias prodigiosas, quam ad rationem Physicam; atque in illorum inclinare sententiam, qui opinantur illa, quæ ita per pluviam decidunt, vi ventorum in sublime everta è longinquis locis ferri, atque inde decidere: quanquam hæc alii à calore Solis attrahi atque ex aptitudine materiarum mutari credunt. Arist. 5 Phys. c. 2. & de gen. animal. l. 4. c. 4.

¹⁴ Ita fortasse ancille illud quod Numæ tempore è cælo decidisse creditur, aliunde huc vento delatum est. ¹⁵ Sacrorum & religionis institutori. ¹⁶ Salli, sacerdotes Martis, è Patritiis læsti. lib. 1. §. 603.

¹⁷ Arenas, terram Libycam, ut supra §. 466. ¹⁸ Vix prope in terram nixu sabnerrati tuebantur se Romani, quo minus ab Austro aberperentur.

¹⁹ Allusum videtur ad historiam Pnyllorum, qui Nasamonibus vicini, cum ab Austro valido & diutino aliquando vexarentur, contra illum tanquam hostem profecto, interierunt conspectu arenæ universi oppressi, Herod. lib. 4. A. Gel. lib. 16. c. 11.

¹ Neque unquam in aëre suspenditur, vel more nubis imbriferæ resoluta.

² Vrbes & terram quam possidet, vel casas & tuguria, ut ecloga 1 Virgil. mea regna videna.

³ Cic. 1 de Oratore, nisi in uno regno essentia.

⁴ Quæcunque rapuit, favillam, flammam, fumum.

⁵ Obscurate lucem diei.

⁶ Ventus.

⁷ A vento subtractis.

⁸ Quod si Africa durati esset soli, quod ventis resistet; aut cavernosa, quæ ventos clauderet: ventorum proculdubio rabie dinoveretur è loco.

⁹ Illam orbis partem, Libyam.

¹⁰ Resistendo

Atque operis tellure viros. vix tollere miles
 Membra valet, multo congestu pulveris harena,
 Alligat & stantes affusa magnus arena

1 Aggestis arenæ cumulis, & tenacissimo sabulo, quod præaltum & vestigio cedens ægre molitur pedes.

1 Agger, & immoti terra surgente tenentur.
 Saxa tulit penitus discussis proruta muris,
 Effuditque procul miranda sorte malorum:
 Qui nullas videre domos, videre ruinas.

2 Viarum scilicet figuris arena obrutis.

2 lamque iter omne latet: nec sunt discrimina terra
 Vlla, nisi 3 atheria medio velut aquore flamma.

3 Stellæ velut navigantibus observatæ. Inter Syrtis, quamvis terra pergentibus, iter sideribus destinatur, nec aliter cursus patefcit. Nam putris soli faciem aura mutat, &c. Soliu. cap. 40.

Sideribus novere vias: nec sidera 4 tota
 Ostendit Libyca 5 finitor circulus ora,

4 Alli nota. id est, Australia nobis. Septentrionem versus positus ignota, non visa.

Multaque 6 devexo terrarum margine celat.

5 Horizon ille ab æquinoctiali terminatur enim & dividit superius hemisphaerium ab inferiori.

7 Vique calor solvit, quem torserat aëra ventus,

6 Inclutato, sub terra demerso.

8 Incensusque dies, manant sudoribus artus:

7 Simulatque aër venti agitatione refrigeratus, incremente die lucaluit.

Arent ora siti: conspecta est parva 9 maligna
 Vnda procul vena: 10 quam vix è pulvere miles
 Corripiciens, patulum galea confudit in orbem,
 Porrexitque duci. squalabant pulvere fauces
 Cunctorum: minimumque tenens dux ipse liquoris

8 Vulgati lib. habent: Incensusque dies (jam mundi spissior ignis, iam plaga, quam nullam Superi mortalibus ultra A medio fecere die, calecat, & humor in Noson omnis abis) manant sud. &c. quam Parenthesio, inepte ex loco inferiore repetitam, omisit Grotius, quod in M S. deorat.

11 Invidiosus erat. Mene, inquit, degener unum
 Miles in hac turba vacuum virtute putasti?
 Vsq̄ adeo molli, primisque caloribus impar
 Sum visus? quanto pæna tu dignior ista,

9 Coenosa vel tenui lama. 10 Simile quiddam de Alexandro refert Q. Curtius lib. 7. & Plut. in vita Alex.

Qui populo sitiente bibas! sic concitus ira
 Excussit galeam, 12 suffecitque omnibus unda.
 Ventum erat ad templum, Libyci quod gentibus unum
 Inculti Garamantes habent: 13 stat corniger illic
 Iupiter, ut memorant, sed non aut fulmina vibrans,
 Aut similis nostro, sed tortis cornibus 14 Ammon.

11 Iovidiæ obnoxius, si solus bibisset.

Non illic Libyca posuerunt ditia gentes
 Tempa: nec Eou splendent donaria gemmæ.

12 Nemine desiderante illud cui abstinisset dux. 13 Iupiter arietina forma, vel umbilico tenuis (ut habet Q. Curtius lib. 4.) arietis similis, cultus. quod hic Libero patri exercitum ducenti, siti fatigato, & Iovis patris imploranti auxillium, statim viso ariete, fons exiit arenis. vide Dio. Sic. l. 17. & Herod. Euterp.

14 Ab ἄμμος, quod in Cyrenaica regione arenosa templum illi conditum sit. Pausan. in Messen. à pastore ejusdem nominis dici eum, autor est. quid si à ἴων solaris, simulachro Iovis in excelso loco extructo.

Quamvis *Ethiopum* populi, *Arabumque* ¹ *beatiss*
Gentibus, atque *Indu* ² *unus sit Iupiter Ammon*,
Pauper adhuc deus est, ³ *nullus violata per avum*
Divitiū delubra tenens: ⁴ *morumque priorum*
Numen ⁵ *Romano templum defendit ab auro.*

⁶ *Esse locū Superos testatur* ⁷ *silva per omnem*
Sola virens Libyen. ⁸ *nam quicquid pulvere sicco*
Separat ardentem tepida Berensida Lepti,
Ignorat frondes: ⁹ *solus nemus extulit Ammon.*

¹⁰ *Silvarum fons causa loco, qui putria terra*
Alligat, & domitas unda coniecit arenas.

¹¹ *Sic quoque nil obstat Phæbo, cum* ¹² *cardine summo*
Stat librata dies: ¹³ *truncum vix protegit arbor*:
Tam brevis in medium radiū compellitur umbra.

Depreſsum eſt hunc eſſe locum, qua ¹⁴ *circulus alti*
Solſtitii medium ſignorum percutit orbem.

¹⁵ *Non obliqua meant,* ¹⁶ *nec Tauro Scorpius exit*
Reſtor, aut Aries donat ſua tempora Libra,
Aut Aſtraa jubet lentos deſcendere Piſces.

Par Geminis Chiron, ¹⁷ *& idem quod Carcinus ardens*

ſedere. Virg. 4 Georg. de Nillo, *Uſque coloratis annis deſexus ab India.*

³ Sic Iuven. Satyra 11. *ſ. 116, Fidiſſia & nullo violatus Iupiter auro.* & ſupra *ſ. 424.*

⁴ *Præſæ ſimplicitatis, incorruptæ fidei.* ⁵ *Ne polluat*

tor auro templum, more Romano. In templis quid facit aurum? Perf. 2 Sat.

⁶ *Templo Ammonis fons proximat (inquit Solinus cap. 40.)* *Soii ſacer, qui*
humoris nexibus hominum ſtingit, ſavillam etiam in ceſpiteum ſolidat. *In qua*
gleba non ſine miraculo lucus viret, undique ſecus agris arentibus. Plin. lib. 2.

cap. 106. Curtius 4. Mela lib. 1. cap. 8.

⁷ *Fontibus & ſylvis nomina*

iuſſe credebatur antiquitas. ⁸ *Reliqua omnis regio inter Leptiū Minorem;*

quæ Libyphœnicam Africæ urbs eſt, & Pentapoliſianam regionem (quam Be-

renicida vocat, à Berenice una è quinque urbibus, nomen ſortita à Berenice

Ptolomæi uxore, cum prius Hæſperis dicta fuerit) arbores non habet. Plin. l. 5.

c. 5. Strabo ult. l. - ⁹ *Sola Ammonitis arbores producit.* ¹⁰ *Modo*

ad ſ. 522. ¹¹ *Et quamvis ſylva ſit, non tamen arcet ſolem. Alii legunt,*

Hic quoque. ¹² *Medio cœlo perpendiculariter. vide quæ ad ſ. 577. lib. 2.*

¹³ *Arboris frondes vix opacat truncum.* ¹⁴ *Tropicus æſtivalis (qui Pro-*

clo eſt vertici proximus) tangitur à Zodiaco, vel colorus ſolſtitialis. Al. Aequi-

noctialis. ¹⁵ *Lucaus (inquit Ioſ. Scal. in prælegomenis ad Maſtilium) quem*

legiſſet apud rudiores præſæ Matheſeos magiſtros ſub recta Sphæra Zodiacum

ad verticem eſſe, & omnia ſigna propterea oriri recte: (quod utique falſum eſt,

cum obliquatio quædam ſit etiam ſub Æquatore) ſciverit autem ſub Tropico

Cancerum culminare omnium ſignorum Borealiſſimum, hinc putavit totum

*quoque Zodiacum *μικρογενῶν*, & conſequenter omnia ſigna recte oriri, &c.*

Atque adeo quia medius ſignorum ordo culminat, ideo ipſa non obliqua meare,

ſed recta, &c. ¹⁶ *Recte & æqualiter aſcendunt deſcenduntque oppoſita ſibi*

in Zodiaci ſigna, Taurus & Scorpius, Aries & Libra, Virgo & Piſces, Geminis

& Sagittarius, Cancer & Capricornus, Leo & Aquarius. ¹⁷ *Quia nobis*

Septentrionem verſus ſitis Cancer æſtivi ſolſtitii ſignum eſt; ut Capricornus &

hiemalis: Neque tamen Ammonitis ſub Æquatore eſt, ſed circa Tropicum Canceri.

¹ *Divitibus, Felicis Arabie incolis. loci beatiss nunc Arabum invidis gavis. Hor. 29 ode, lib. 1.*

² *Vnum, commune, & summum numen, cujus oraculum non Pythio cedit. Æthiopes autem Africani dicti: fuit Indi. Philostratus l. 3. de vita Apollonii vocat*

γῆν @ Ἰνδικῶν. lib. 6. ἀπὸ τῶν Ἰνδῶν ἕκοντας, & ἀποικίους Ἰνδῶν. Euseb. in l. post. Æthiopes ab Indis si-

ſurgentes juxta Ægyptum con-

ſedere.

1 Iis vero, qui à nobis divi duntur torrida zona, aut quorum zeuich Sol Cancrum versus transierit; umbra projectur in Austrum, ut nobis in Arcton-

2 -lis, Versa minor, quæ, cum polo vicinior sit, tardius moveri videtur, sub Horizonte est. 3 -lis Versa major, quæ nobis maris immo is est, hoc est, non occidit, subit Horizontem mari mergi visa.

4 Polus uterque, Arcticus atque Antarticus.

5 Medius inter utrumque polum circumvolvitur Zodiacus.

6 Aderant ex Asia & Oriente populi ad limen templi Iovis Ammonis oracula consulturi: qui tamen Catoni cesserunt, si quid vellet.

7 Comitæ, & Labienus maxime Catonem orant, ut celeberrimus huius oraculi fidei expeririatur, consulatque de huius belli eventu.

8 Lib. 5. v. 346. 9 Oracula. 10 Declaraturos arcana. 11 Divinas. 12 Exquire, explora, quo in statu futura sit patria: liberatæ; an frustra à nobis ad libertatem propugnandam sumptis annis, tyrannide oppressa. 13 Ut exitus huius belli causam honestam & virtutem eorum qui pro patriæ libertate pugnaverint comprobet.

14 Erratis nisi illam vocem non dicitur Catoni, sed oraculi traditis. Quid enim est oraculum? Nempe voluntas divina hominis ore enunciata. Et quem tandem antistitem sanctiorem invenire sibi divinitus potuit, quam Catonem? Seneca controvers. lib. 1. proem. 15 An hæc, quæ iamdudum constant, neque opus habeat oraculo consulto? potiorne scilicet sit mors quam servitus? &c.

Humidus Agoceros; nec plus Leo tollitur Vrna.

1 *At tibi, quacunque es Libyco gens igne diremta, In Noton umbra cadit. qua nobis exit in Arcton.*

2 *Te segnis Cynosura subit: 3 tu sicca profundo Mergi plaustra putas, nullumque in vertice semper Sidus habes immune maris, procul 4 axis uterque est, 5 Et fuga signorum medio rapit omnia celo.*

6 *Stabant ante fores populi, quos miserat Eos.*

Cornigerique Iovis monitu nova fata petebant:

Sed Latio cessere duci: comitesque Catonem

Orant, exploret Libycum memorata per orbem

Numina, de fama tam longi iudicet avi.

7 *Maximus hortator scrutandi voce deorum*

Eventus 8 Labienus erat. Sors obtulit, inquit,

Et Fortuna via, tam magni numinis 9 ora,

Consiliumque dei: tanto duce possumus uti

Per Syrtes, bellique datos cognoscere casus.

Nam cui crediderim Superos 10 arcana daturus,

Dicturosque magis, quam sancto vera Catoni?

Certe vita tibi semper directa 11 supernas

Ad leges, sequerisque deum. datur ecce loquendis

Cum love libertas: 12 inquire in fata nefandi

Casaris, & patria venturos excute mores:

Iure suo populis uti, legumque licebit,

An bellum civile perit. tua pectora sacra

Voce reple: dura saltem virtutis amator

Quare quid est virtus, & posce 13 exemplar honesti.

Ille deo plenus, sacita quem mente gerebat,

Effudit 14 dignas adytis è pectore voces:

Quid quari Labiene jubes? 15 an liber in armis

Occubuisse velim potius, quam regna videre?

An sit vita nihil, sed longam differat aetas?
An noceat vis ulla bono? Fortunaque perdat
Opposita virtute minas? laudandaque velle
Sit satis, & nunquam successu crescat honestum?
Scimus, & hoc nobis non altius inseret Ammon.
5 Haremus cunctis Superis, temploque tacente
Nil facimus non sponte dei: nec vocibus ulis
Numen eget: dixitque semel nascentibus auctor
Quidquid scire licet: sterileis nec legit arenas,
Vt caneret paucis, meris que hoc pulvere verum.
8 Estne dei sedes nisi terra, & pontus, & aër,
Et cælum, & virtus? Superos quid quatimus ultra?
Iuppiter est quodcunque vides, quocunque moveris.
Sortilegis egeant dubii, semperque futuris
Casibus ancipites: me non oracula certum,
Sed mors certa facit: pavidò, fortique cadendum est.
Hoc satis est dixisse Iovem. Sic ille profatur:
10 Servataque fide templi discedit ab aris,
Non exploratum populis Ammonia relinquens.
Ipse manu sua pila gerens, 12 præcedit anhelis
Multis ora pedes: monstrat tolerare labores,
Non jubet, & 13 nulla vehitur cervice supinus,
Carpentove sedens, somni parcissimus ipse est,
Vltimus haustor aqua. cum tandem fonte reperto
Indiga cogatur latices potare juventus,
Stat, dum lixa bibat. Si veris magna paratur
Fama bonis, & si successu nuda remoto
Inspicitur Virtus, 14 quicquid laudamus in ullo
Majorum, fortuna fuit. 15 quis Marte secundo,
Quis tantum meruit populorum sanguine nomen?
16 Hunc ego per Syrtis, Libyæq; extrema triumphum
Ducere maluerim, quam ter Capitolia curru
Scandere Pompeii, quam frangere colla Iugurtha.
Ecce patens verus patria, dignissimus aris

1 Producat, non tamen inquit Grotius, quia ita reponit, cum alii legant, longa an differat aetas? Alii, sed longas? an differat aetas?
 2 Cum forti vocere non possit.
 3 Et honestum non recipit majus aut minus laudis, quod successu gaudeat aut careat.
 4 Neque hoc melius & plenius Iovis ipsius oraculum nobis ingeret, quam nos sciamus.
 5 Inest nobis anima divinæ particula auræ; est ænis in nobis; sibi quisque profecto est deus, & vel tacente oraculo, deum sequimur & facto paremus.
 6 Et nobis omnibus nascentibus in sevit Deus scientiam recti, atque discrimen boni ac mali.

7 Neque seclufit veritatem in oraculis solis, aut elegit sibi arenosum hunc Libyæ locum, unde fari promeret paucis. 8 Estne alia ulla Dei sedes, quam universum & Mens sapientis? 9 Nascentibus semel dictasse, v. 575. modo. 10 Salva oraculi fide: non dimiunt aut derogata Iovis ibi culti fide. 11 Orientabilis, ut supra v. 544. ipse non exploravit. 12 Supra v. 304. 13 Non leticia, non curru. 14 Majores fortuna superarunt Catonem, illos Caro vera virtute. 15 Quis victoria & hostium cæde tantam gloriam est assecutus, quantum Cato continentia & tolerantia? 16 Malim ego, inquit Poeta, hanc Catonis per Syrtis frangam, quam Pompeii tres triumphos. lib. 7. v. 685. aut Marii de Iugurtha triumphum.

1 Tanquam
numera. *Inven-*
dasque tuum
per nomen po-
nitur aras.

Horat. 1. epist.
lib. 2.

2 Et quem, si
inquam ex-
cussio domino
dabitur tibi
tui juris esse,
in deorum nu-
merum refe-
res.

3 Calor & æ-
stus volen-
tior.

4 Ultra quam,
nullam po-
suisse dii ha-
bitabilem. Ita
credendum anti-
quibus.

5 Serpentum
genus, quo
ictu torpore &
somnia exin-
guuntur.

6 Diphas, ser-
pens quem-
cumque mortu-
um læserit, sibi
enecat. *ὄφρ*
τῆ δὲ ψύχης. hinc

Situla dicta.

7 Siti, nisi ex
illo fonte bibe-
reor.

8 Cum non
sit timendum
ab aquis, quas
non inficiunt
veneno, sed à
morta solo,
quo virus

satum nostro sanguini admiscet.

9 Aquam; quam reliqui tanquam venena-
tam horruerant.

10 Cur Libya serpentibus abundet, non ita in promptu
causa est, nisi forte adhibenda sit fides fabulæ referenti, quod cum Persens
referens Medusæ caput stridentibus aliis, Ipse super Libycas victor penderet are-
nas, Gorgonei capitis gutta cecidere cruenta. Quas humus exceptas varias austræ
vitæ in angues; Unde frequens illa est, in istaque terra colubris. Ovid. Met. 4. Sed
Nicander Titanum sanguini id tribuit.

11 Diod. Sic. lib. 3.

12 Occi-
duo, pronio.

13 Filix Phorci seu Phorcynos & Cetus, Hesiod. Theogon.

14 Medusæ, quæ visa omnia vertebat in saxa.

15 In Medusa. namque Mi-
dæa crines ejus in angues convertit, quod in suo templo fuerat à Neptuno
supra.

16 Angues, colubros.

17 His anguibus, vel, colla sua ab his
flagellari gaudentis.

Roma tuis; 1 per quem nunquam jurare pudebit,

2 Et quem, si steterim unquam cervice soluta,

Tunc olim factura deum. Iam 3 spissior ignis,

Et plaga, 4 quam nullam Superi mortalibus ultra

A medio fecere die, calcatur, & unda

Rarior: inventus mediis fons unus arenis

Largus aqua: sed quem serpentum turba tenebat

Vix capiente loco stabant in margine sicca

5 Aspides, in mediis sitiebant 6 Dipsades undis.

Ductor, ut aspexit 7 perituros fonte relicto,

Alloquitur: 8 Vana specie conterritis leti

Ne dubita, miles, tuos haurire liquores:

Noxia serpentum est admixto sanguine pestis:

Morsu virus habent, & fatum dente minantur:

Pocula morte carent. Dixit, & dubiumque venenum

Hausit: & in tota Libya fons unus arena

Ille fuit, de quo primus sibi posceret undam.

10 Cur Libycus tantis exundet pestibus aer,

Fertilis in mortes, aut quid secreta nocenti

Miscuerit Natura solo, non cura, laborque

Noster scire valet: nisi quod vulgata per orbem

11 Fabula pro vera decepit secula causa.

Finihus extremis Libyes, ubi fervida tellus

Accipit Oceanum 12 demisso sole calentem,

Squalebant late 13 Phorcynidos arva Medusæ,

Non nemorum protecta coma, non mollia sulco,

Sed 14 domina vultu conspectis aspera saxis.

15 Hoc primum natura nocens in corpore savas

Eduxit 16 pestes: illi è faucibus angues

Stridula fuderunt vibratis sibila linguis,

Fæminea qui more coma per terga soluti,

Ipsa flagellabant 17 gaudentis colla Medusæ.

Surgunt adversa subrepta fronte colubra,

Viperamque fluit depexo crine venenum.

¹ Hoc habet infelix, cunctis impune, Medusa,

Quod spectare licet, nam rictus, oraque monstri

Quis timuit? quem, qui recto se lumine vidit,

Passa Medusa ² mori est? rapuit ³ dubitantia fata,

Prævenitque metus: anima perire retenta

Membra, nec emissa rigere ⁴ sub ossibus umbra.

⁵ Eumenidum crines solos movere furoribus:

⁶ Cerberus Orpheo lenivit sibila cantu:

⁷ Amphitryoniades vidit, cum vinceret, Hydram:

Hoc monstrum timuit ⁸ genitor, ⁹ numenque secundum

Phorcus aquis, Cetoque parens, ipsaque ¹⁰ sorores

Gorgones: ¹¹ hoc potuit ¹² cælo pelagoque ¹³ minari

Torporem insolitum, mirandoque obducere terram.

E cælo volucres subito eum pendere lapsa:

In scopulis ¹⁴ hæere fera: vicina colentes

Æthiopum tota ¹⁵ riguerunt marmore gentes.

Nullum animal visus patiens, ipsique retorsum

Effusi faciem vitabant Gorgonis ¹⁶ angues.

¹⁷ Illa sub Hesperiiis stantem Titana columnis

In cautes Atlanta dedit: ¹⁸ cæloque timentæ

Olim Phlegreæ stantes serpente gigantes;

Erexit montes, bellumque immane deorum

Pallados è medio confecit pectore Gorgon.

¹⁹ Quæ postquam ²⁰ partu Danaës, & divite nimbo

Ortum ²¹ Parrhasia vexerunt Persea ²² penna,

²³ Arcados auctoris cithara, liquidaque palastra.

¹ Hæc solum Medusæ partem, crines scilicet habet Medusæ, quæ impune spectatur. Nam vultum ejus nempe impune aspexerit.

² Sensu mortis affici.

³ Dubitationem & moram mortis. ut l. 3. v. 645.

⁴ Animæ retentæ & mædentes in saxis.

⁵ Collatione hujus cum aliis monstris, amplificat. Furæ angulicomæ conspectu tantum inducunt futorem, lib. 7. v. 178.

⁶ Orphei carminibus suspens Demistit atras belluæ cerniceps aures. Hor. ode 13. lib. 2.

⁸ Suis. ⁹ Deus marinus, Neptuni F. & illi proximus pater Gorgonum ex Ceto nympha, seu, ut alii volunt, monstro marino.

¹⁰ Sthenio & Euryale sorores Medusæ, quæ Gorgonum sola mortalis erat.

¹¹ Hoc monstrum. id est, Medusa.

¹² Metonymia.

¹³ In saxa vertere, petrificare, ut loquuntur Philosphorum filii.

¹⁴ Saxæ factæ.

¹⁵ Obduerunt in saxum.

¹⁶ Anguipedæ comæ.

¹⁷ Illius caput gestans Peiseus, Atlantæ regem Mauritanæ ad Occidentem prope Herculis columnas Calpen & Abylam de gente Titanum, fuit enim Iapeti filius, in saxum vertit. Ovid. Met. 4.

¹⁸ Quo tempore, in Phlegreis campis, l. 7. v. 145. Gigantum quisque parabat Injicere anguipedum caprius brachia cælo tentum, quæ turba magnum terrorem intulerat Iovi, Medusæ caput à Palladæ in pectore gestum Gigantes in saxa mutavit, atque in auxit montes, quos illi alios aliis superstruxerant.

¹⁹ Ad Gorgadas scilicet insulas maris Atlantici, Gorgonum domos.

²⁰ Perseo F. Danaës è Iove in aureum subrem converso, per impluvium decedenti in sinum virginis, atque illi sucum facienti. Ter. Eun.

²¹ Talaria Mercurii, qui Arcas perhibetur. Parrhasium autem Arcadiæ opp. est.

²² Sic Hor. l. 3, ode 10, curva cithara parentem cadit. Qui seras cultus hominum recentum Voce fortia vitæ casus, & decora More palastra. vel, ut D. Heinſius legit, humore palastra, id est, oleo, cetomate, ut noſter, liquida, id est, unctæ.

²³ Sic Hor. l. 3, ode 10, curva cithara parentem cadit. Qui seras cultus hominum recentum Voce fortia vitæ casus, & decora More palastra. vel, ut D. Heinſius legit, humore palastra, id est, oleo, cetomate, ut noſter, liquida, id est, unctæ.

²⁴ Metonymia.

²⁵ In saxa vertere, petrificare, ut loquuntur Philosphorum filii.

²⁶ Saxæ factæ.

²⁷ Obduerunt in saxum.

²⁸ Anguipedæ comæ.

²⁹ Illius caput gestans Peiseus, Atlantæ regem Mauritanæ ad Occidentem prope Herculis columnas Calpen & Abylam de gente Titanum, fuit enim Iapeti filius, in saxum vertit. Ovid. Met. 4.

³⁰ Quo tempore, in Phlegreis campis, l. 7. v. 145. Gigantum quisque parabat Injicere anguipedum caprius brachia cælo tentum, quæ turba magnum terrorem intulerat Iovi, Medusæ caput à Palladæ in pectore gestum Gigantes in saxa mutavit, atque in auxit montes, quos illi alios aliis superstruxerant.

³¹ Ad Gorgadas scilicet insulas maris Atlantici, Gorgonum domos.

³² Perseo F. Danaës è Iove in aureum subrem converso, per impluvium decedenti in sinum virginis, atque illi sucum facienti. Ter. Eun.

³³ Talaria Mercurii, qui Arcas perhibetur. Parrhasium autem Arcadiæ opp. est.

³⁴ Sic Hor. l. 3, ode 10, curva cithara parentem cadit. Qui seras cultus hominum recentum Voce fortia vitæ casus, & decora More palastra. vel, ut D. Heinſius legit, humore palastra, id est, oleo, cetomate, ut noſter, liquida, id est, unctæ.

³⁵ Metonymia.

³⁶ In saxa vertere, petrificare, ut loquuntur Philosphorum filii.

³⁷ Saxæ factæ.

³⁸ Obduerunt in saxum.

³⁹ Anguipedæ comæ.

1 Perseus subito volucer.

2 Falcatum

Mercurii

gladium.

Ovid. 5. Me-

tam. Cyllen-

idē confidit

harpe.

3 Argi can-

toculi, cui-

us custodiæ.

Iuno Io in

juventam

mutatam tra-

diderat.

Ovid. Me-

am. 1.

4 Virgo,

casta.

5 Perseo Io-

vis B.

6 Clypeum

æque in spe-

cularem con-

cessit Perseo,

& pinguæ

rationem do-

centi, ea con-

ditione ut

Medusæ caput

ad ipsam per-

ferret.

7 In ultima

Africa. supra

Y. 659.

8 Aversa fa-

cie, ne Me-

dosum con-

tereretur per-

tantem Gorga-

dæ sal.

9 Ovid. 4. Met.

Perseus refert: Si tamen horreoda, clypei, quem lava gerebat,

Ævo repercusso formam aspexisse Medusa,

Dumque gravis formæ colubus ipsam-

que teneas, Eripuisse caput collo.

10 Lethalem illi somnum illaturus.

11 Colubrorum, quos pro crinibus habuit.

12 Somno solutum ocu-

lum.

13 Harpes, falcaticus.

14 Gelu obriguissent in saxum.

15 Alia averse. Bosphatice.

16 Medusæ.

17 Perseus alatus.

18 Medusæ capite.

19 Perseus sibi videbatur magis compendiosum

incurus iter, si Europam transvolaret. l. b. 8. Y. 249. Sed vetuit Pallas.

20 Saugidneis guttis in serpentes conversis. supra Y. 619.

21 Ne Medusæ

caput à Perseo alite gestum suspicientes in saxa mutarentur.

22 Zephyri se-

condi statim avertitur in Libyæ deserta Soti Zodiacum peragranti subiectæ, atque

æstui exponitæ.

23 Vestigium, iter sub Zodiaco ab utroque Tropico obli-

quans Aequatorem.

Et 1 subitus prapes 2 Cyllenida sustulit 3 Harpen.

Harpen 3 alterius monstri jam cade rubentem.

A love dilectæ fuso custode juvenca:

Auxilium volucris Pallas tulit 4 innuba 5 fratri.

6 Palla caput monstri: 7 terraque in fine Libyssa

Persea Phæbeos converti jussit ad ortus,

Gorgonis 8 averso sulcantem regna volatu:

9 Et Clypeum lava fulvo dedit are nitentem,

In quo saxificam jussit spectare Medusam,

Quam sopor 10 æternam tracturus morte quietem

Obruit haud totam. vigilat pars magna 11. coma-

rum,

Defenduntque caput protenti crinibus hydri:

Pars jacet in medios vultus, 12 oculique tenebras.

Ipsa regit trepidum Pallu, dextraque tremente

Perseos averse Cyllenida dirigit Harpen,

Lata colubriferi rumpens consinia colli.

Quos habuit vultus 13 lunati vulnere ferri

Cæsa caput Gorgon! quanto spirasse veneno

Ora rear! quantumque oculos effundere mortis!

Nec Pallas spectare potest: vultusque 14 gelassent

Perseos 15 averse, si non Tritonia densos

Sparsisset crines, toxissetque 16 ora colubris.

17 Aliger in cælum sic rapta 18 Gorgone fugit.

19 Ille quidem pensabat iter, propiusque secabat

Æthera, si mediæ Europa scinderet urbes;

Pallas frugiferas jussit non 20. ladere terras,

Et 21 parci populis. Quis enim non prapete tanto

Æthera respiceret? 22 Zephyro convertitur ales.

Itque super Libyem, qua, nullo consita cultu,

Sideribus, Phæboque vacat: premit 23 orbita Solis,

Exuritque solum: nec terra celsior ulla
 Nox cadit in calum. lunaque mentibus obstat,
 Si flexus oblita vagi per reëta cucurrit
 Signa, nec in Boream, aut in Noton effugit umbram;
 Illa tamen sterili tellus, secundaque nullis
 Arva bono, virum stilianti tabe Medusa
 Concipiunt, dirosque sero de sanguine & rores,
 Quos calor adjuvat, putrique incoxit arena.
 Hic, quæ prima caput movit de pulvere tabes,
 Aspida & somniferam tumida cervice levavit.
 Plenior huic sanguis, & crassi gutta veneni
 Decidit: in nulla plus est serpente coactum.
 Ipsa caloris egens & gelidum non transit in orbem
 Sponte sua, Niloque tenui metitur arenas.
 Sed quis erit nobis lucri pudor? inde petuntur
 Huc Libyca mortes, & secimus aspida mercem.
 At non stare suum miseris passura cruorem,
 Squamiferos ingens Hamorrhoids explicat orbis:
 Natus & ambigua coleret qui Syrtidos arva
 Chersydros, tractique via fumante Chelydri:
 Et semper recto lapsurum limite Cenchris:
 Pluribus ille notum variatam pingitur alvum,
 Quam parvis tinctus maculis Phebanus Ophites:
 Concolor exustis, atque indiscretus arenis
 Ammodyes: spinaque vagi torquente Cerastra:

1 Atque Africa sub Aequatore alior est omni alia terra, inquit Poëta, uide umbra terræ interpositæ Soli & Lunæ altius extenditur & plenior emittit Luna Eclipsis. Pulchra ac plausibilis pleua Eclipsos phantasia: non tamen unquam vera, cum non minor orbis terrarum, qui ex omni parte æqualis est, sed tritus corpus, Solis, Terræ, Lunæ concentricitas Eclipsu reddat.
 2 Vbi Luna, quæ ad 5 gradus ab Ecliptica utriusque deflectit quandoque,

jam non ita deviat, sed intra gradum unum & quinque minuta ab Ecliptica in latitudinem ad Austrum vel Boream, sigis subjecta, & Soli, qui Eclipticam usque tenet, opposita. 3 Guttas, supra p. 419. 4 Quæ ex pulvere animato & sanguine Medusæ primum nata est. 5 Plures, inquit Solinus c. 40. diversæque sunt aspidum species, verum dispares effectus ad nocendum. Dipsas sitis interficit. Hupuale Ionno necat, teste etiam Cleopatra, emittit ad mortem. Υπνηλδὸν δ' ἐπὶ νῶκας ἄγχι βιοτοῖο τελευτῆν. Nicaud. Ther. 6 Collo aspidum iunctemere nullo iænis remedio, &c. Plin. l. 8. c. 23. 7 Veneni. 8 Non transit in gelidas orbis partes, nisi capta & asportata venalis. Emittere ad mortem aspis, inquit Sol. c. 40. 9 Hæmorrhoids morsu sanguinem elicit, &c. Sol. lib. Αἷμα δὲ ἐκ πρῶτον τικαῖ ἐκχυθῆναι ἡδὲ καὶ ἄτων, &c. Nic. Ther. 10 Terra & aqua degens. ἀμφίβιον ἑρπενίς genus. unde & uomen ex χέρσος ὕδατος, ἢ καὶ ἑρπενίς Σίριος ἀκρίησι, &c. Nic. Ther. 11 Graveolente, à tractu terreolis. 12 δροῖνας Nicaudro, cuius interpretem vide, ἔστι δὲ ὄφις, ὅς ἐν ἀσπιδὶ λίμνη διατελεῖται, &c. 13 Non in spiras liouosus. Ἰθὺσαν δ' ἄκεις ἐπιδρωμάδων σίβον ἰερῆν. Nican. 14 Serpens, nulli instar maculis distinctus, magis variegatus, inquit poëta, quam marasior in Bœotia effossum, quod Ophites dicitur, quia maculis instar serpentum distinguitur. 15 Serpentis genus, arenæ concolor, ex ἄμμος & ἄσδος vel δῦμι. 16 Flexuosa & vacillantis intellæ navicula. sic enim Nican. Αὐτὰρ ὄγος σκαίης μεσάτης ἰπαλίνδεται ὀλκῶ, &c. 17 ἐπὶ τῷ κέρσος. Cerastra enim præferunt quadrigemina conticula. (Nican. dro bina tantum) quorum ostentatione, veluti elca illic, sollicitas ad se aves perimunt. Sol. cap. 46. Plin. lib. 8. c. 23.

1 Scytale tanta præfulget tergi varietate, ut, &c. 10 hoc tamen squammarum nitore hyemales exuvias prima ponit. Solin. cap. 40. & Nicander in Theriac. 2 Aliæ enim serpentes vere tandem exuunt se.

3 Sitim morsu lודucens. supra ꝑ. 610. & mox ꝑ. 738. Luc. dialog. ἄμφι δελφίνων.

4 Amphibæna confurgit in caput geminum, quorum alterum in loco suo est, alterum in ea parte qua cauda, &c. Solin. cap. 40. Plin. l. 8. c. 23. & Nicander.

ἀμφικέφαλος.

ex ἀμφί & κεφαλή, quod utraq; ex parte ingrediar, nomen habet Amphibæna. 5 ὄφρας, serpens aquaticus. 6 Nicandro ἀκουτίου ἢ δὲ μύλωνος. Jaculi serpentes subeunt arbores, e quibus se vibrant & quasi missili evolvunt tormento. Solin. & Plin. locis citatis, & infra ꝑ. 822. 7 Pareas, serpens pedibus duobus, quos prope caudam habet, innitens. Suidas. 8 infra ꝑ. 791. 9 ἀπὸ τῆς σελήνης. 10 infra ꝑ. 776. & allusum ad etymon, πᾶσι τὰ σήπαν. 11 Sibilo omnes (inquit Plin. lib. 8. cap. 21.) fugat serpentes, &c. alios olfactu necat. Idem c. 4. lib. 29. & Solin. c. 40. & Nicander in Theriacis. Οὐκ ἔστι δὲ κίβητις ἀπὸ ἀσπίδος κνάβηλας γαίης ἰσχυρὴν μίμνησιν, &c. Sibilo, balitu, & aspicu necat. 12 ἐρηψῶν βικηλίτης. Nicander: candida in capite macula quasi quoddam diademate insignitur. Plin. lib. 8. c. 21. Solin. cap. 43. & Avicenna. 13 Serpentes alati, sacri habitus, ut quorum formam dii assumpsisse credantur, alibi iunoxii, in Africa pestiferi. Plin. cap. 4. lib. 29. 14 Volatu insequimini armenta. Suabo l. ult. Nican. Ther. 15 Spiritus & cauda. 16 Mole. 17 Elephantis quia frigidissimus inest sanguis, à draconibus expetitur, de modo insidiarum & certaminis, vide Solinum cap. 38. & 43. Plin. lib. 8. cap. 21. & 12. Philostrat. lib. 3. vita Apollonii. 18 Draco non habet venena. Plin. cap. 4. lib. 29. vim habet majorem in cauda quam in dentibus. 19 Poëta dilatat vires horum serpentum, in milicibus Caonis istis. 20 Vulneris species, vel os, & ut vocant, orificium erat pusillum & contemendum, ut modo ꝑ. 736.

Et 1 Scytale sparsis 2 etiam nunc sola pruinis
Exuvias positura suas : & 3 torrida Dipsas :
Et 4 gravis in geminum surgens caput Amphibæna :
Et 5 Natrix violator aqua, 6 jaculisque volucres,
Et 7 contentus iter cauda sulcare Pareas :
8 Oraque distendens avidus spumantia 9 Prester :
10 Ossaque dissolvens cum corpore tabificus Sepe,
11 Sibilaque effundens cunctas terrentia pestes,
Ante venena nocens, late sibi submovet omne
Vulnus, & in vacua regnat 12 Basiliscus arena.
13 Vos quoque, qui cunctis innoxia numina terris
Serpitis, aurato nitidi fulgore Dracones,
Pestiferos ardens facit Africa, ducitis altum
Aera cum pennis, 14 armentaque tota secuti
Rumpitis ingentes amplexi 15 verberare tauros.
Nec tutus 16 spatium est 17 Elephas : datis omnia leto :

18 Nec vobis opus est ad noxia fata veneno.
Has inter pestes duro Cato milite siccum
Emetitur iter : tot tristia fata suorum,
Insolitasque videns parvo cum vulnere mortes.
19 Signiferum juvenem Tyrrheni sanguinis Aulum
Torta caput retro Dipsu calcata momordit.
Vix dolor, 20 aut sensus dentis fuit : ipsaque leti
20 Frons caret invidia : nec quicquam plaga minatur.
Ecce subit virus tacitum, carpitque medullas
Ignis edax, calidaque incendit viscera tabe.

1 *Ebibit humorem circum vitalia fufum*
Peftis, & in ficco linguam tortere palato
Cæpit. defeffos iret qui fudor in artus,
 2 *Non fuit, atque oculos lacrymarum vena refugit.*
 3 *Non docus imperii, non mæfti jura Catonis*
Ardentem tenere virum, quin 4 fpargere figna
Auderet, totifque furens exquireret agris,
Quas pofcebat aquas fitient in corde venenum.
 5 *Ille vel in Tanaim miffus, Rhodanumque, Padumque*
Arderet, Nilumque bibens per rura vagantem.
 6 *Acceffit morti Libye fatigue minorem*
Famam Dipsas habet terris adjuta peruffis.
 7 *Scrutatur venum penitus fphalennis arena:*
Nunc redit ad Syrtis, & 8 fluctus accipit ore:
Equoreusque placet, fed non 9 fufficit, humor.
Nec fentit fatigue genus, mortemque veneni:
Sed putat effe fitim: ferroque aperire 9 tumentes
Suffinuit venas, atque 10 os implere cruore.
Iuffit 11 figna rapi propere Cato: 12 difcero nulli
Permillum effe hoc poffe fitim. fed triflor 13 illa
 14 *Mors erat ante oculos: miferique in crure Sabelli*
Septs ftegit exiguus, quem fixo dente tenacem
Avulfiffique manu, piloque affixit arenis.
 15 *Parva modo ferpens 16 fed qua non ulla cruenta*
Tantum mortis habet. nam 17 plaga proxima circum
Fugit rupta cutis, pallentiaque offa 18 retexit.
Iamque 19 finulaxo nudum effe 20 fine corpore vulnus.
Membra natant fanie: fura fluxere: fine ullo
Tegmine poples erat: femorum quos, mufculus omnis
Liquitur, & nigra diftillant inguina tabe.
Diffiluit 21 ftringens uterum membrana, fluentque
Viscera: nec, quantum toto de corpore debet.
Effluit in terras: 22 fatum fed membra venenum
Decoquit; in mirimum mors contrahit omnia virus.

1 Vitalem ab-
 fumit humo-
 rem & fitim
 lethalem iudu-
 cit. Διγ-
 ματι δ' ἐμφλά-
 γιται κα-
 θ' ἡμέ-
 ρης, &c.
 2 Inartuerat.
 3 Non aquilâ
 quam gētebat,
 oōa antōti-
 tās Catōnis
 contulit in
 officio Aulūm
 liti flagran-
 tem.
 4 Projicere.
 5 Amplificatio
 morbi.
 6 Sitis peftem
 auxit æftus
 regionis torri-
 da: qui Di-
 psadis vires ad-
 iuvit.
 7 Aulus.
 8 Salfos, mari-
 nos.
 9 Sanguine
 fervido, vel
 ingurgitatio-
 ne aquæ ma-
 rinae. Dipsa-
 dis mōrtis
 comites (fo-
 quit Dioscori-
 des lib. 8.)
 sunt tumor
 quidam folu-
 tus, fitis con-
 tenta vehe-
 menter, uno-
 quam explē-
 bilis, &c.
 Λαχθ: ἰς ἀμέ-
 ρητον ὄραται

πτόν εἰσὶς νηδὺς Ομφαλὸν ἐκρήξει, χεῖρ δ' ὑποερχθῆς φέρον. Nicander.
 10 Sanguinem suum bibere. 11 Quæ projecerat Aulus, modo V. 748.
 12 Nōluit quēquam hoc scire, ne fitim nimium timent. Grotius. 13 Siti
 & morte Aul. 14 Millis Sabelli. 15 Mole & magnitudine corporis non
 ita magna, sed, &c. 16 Itens Sepium statim putredo sequitur. Sol. c. 40.
 σήψ δὲ καλῶτα, παρὰ τὸ σήσαν τῆς πληγῆντας. Scholiastes Nicandri.
 17 Vulneri vicina. 18 Nudavis. 19 Orificio vultus dilatato. 20 Car-
 ne. Inque omni nusquam corpore corpus erat. Mart. epig. 7. l. Spect. 21 Pe-
 thodæum. 22 Corpus veneno absumptum in unum sui modum redi-
 gitur.

1 Nervi, co-
ste, craticque
pectoris.
2 Dissolvunt
tabe.
3 Neque cera
liquefceret ce-
lerius.
4 Sed hic ossa
quoque absum-
untur.
5 Libycas, à
Cyniphe Afri-
cæ Propriæ
fluvio.
6 Contraria.
illa enim ab-
sumpserat,
hæc tumefac-
cit.
7 Præter quem
perculserit,
distenditur,
enormique
corpulentia
necatur exu-
berans. Solin.
c. 40.
8 Ut inflatum
jam non co-
gnoscas eni-
dem esse, læt
quippe mer-
sus congloba-
to corpore, ut
seq.
9 Cœrcet.
10 Non sic in-
tumescit bul-
liens aqua;
non velorum
suis vento
tureidi.
11 Neque enim
insinuerant
eum tangere,
quo busto &

1 Vincula nervorum, & laterum textura, cavumque
Pectus, & abstrusum fibris vitalibus, omne
Quidquid homo est, aperit pestis. natura profana
Morte patet: 2 manant humeri, fortesque lacerti:
Colla, caputque fluunt. calido non ocyus Austro
Nix resoluta cadet, 3 nec solem cera sequetur.
Parva loquor; corpus sanie stillasse perustum:
Hoc & flamma potest. sed quis rogos abstulit ossa?
4 Hac quoque discedunt, putresque secuta medullas
Nulla manere sinunt rapidi vestigia fati.
5 Cyniphias inter pestes tibi palma nocendi est:
Eripiunt omnes animam, tu sola cadaver.

Ecce subit facies leto 6 diversa fluenti.
Nasidium Marfi cultorem torridus agri
Percussit Præter. 7 illi rubor igneus ora
Succendit, tenditque cutem. 8 pereunte figura,
Miscens cuncta tumor toto jam corpore major:
Humanumque egressa modum super omnia membra
Efflatur sanies, lato tollente veneno,
Ipsè latet penitus congesto corpore mersus:
Nec lorica 9 tenet distenti corporis auctum.

10 Spumeus accensis non sic exundat aheno
Vndarum cumulus: nec tantos carbasa Coro
Curvavere sinus, tumidos jam non capit artus
Informis globus, & confuso pondere truncus.
11 Intactum volucrum rostris, epulasque daturum
12 Haud impune feris, non ausi tradere busto.
13 Nondum stante modo, crescens fugere cadaver.

Sed majora parant Libyca spectacula 14 pestes.
15 Impressit dentes Hamorrhoids aspera Tullo
Magnanimo juvenis 16 miratorique Catonis.
17 Vique solet pariter totis se effundere 18 signis
19 Coryci pressura croci: sic omnia membra
Emisere simul rutilum pro sanguine virus.

sepulchro inferrent. 12 Epulas scilicet venenatas, & feris quoque & alitibus
exitiosas futuras. 13 Etiam post mortem intumescens cadaver. 14 Ser-
pentes. 15 Hamorrhoids morlu sanguinem elicit, & dissolutis venarum com-
mercis, quicquid animæ est, evocat per cruorem. Solin. c. 40, & Nicand.
in Ther. 16 Imitatori, vel studioso. 17 Vique in spationibus in arali-
bus, crocus vino aut aqua dilutus è siphonibus & tubis latentibus ejaculatus
diffunditur. vide Martial. epig. 3. l. Spræ. & l. 5. cap. 26. Apul. 10. Miles.
Senecæ proem. l. 10. cœrov. Lips. de Amphih. c. 16. 18 8 stavis quoque
emittebatur imber hic odoratus, κέλεος ἢ πύριδος. 19 Corycus nonis
Ciliciæ, croco nobilis.

¹ Sanguis erant lacryme: quacunque foramina nstut
Humor, ab his largus manas cruor: ora redundant,
Et patula nares: sudor rubet: ² omnia plenis
Membra fluunt venis: totum est pro vulnere corpus.

At tibi Leve miser fixus praecordia pressit

³ Nilisaca serpente cruor: ⁴ nulloque dolore

Testatus morsus subita caligine mortem

Accipis, & Stygias somno descendis ad umbras.

⁵ Non tam veloci corrumpunt pocula leto,

Stipite qua diro virgas mentita Sabinas,

Toxica fastilegi carpunt matura Sabai.

Ecce ⁶ procul seivus sterilis se robore trunci

Torsit, & immisit (laculum vocat Africa) serpens:

Perque caput Pauli transactaque tempora fugit:

⁷ Nil ibi virus agit: rapuit cum vulnere satum.

⁸ Deprehsus est, qua funda rotat, quam lenta volaret,

Quam segnis Scythica strideret arundinis aer.

⁹ Quid prodest miseri ¹⁰ Basiliscus cuspside Murri

Transactus? velox currit per tela venenum,

Invaditque manum: quam protinus ille retecto

Ense ferit, totoque simul demittit ab armo:

Exemplarque sui spectans miserabile teti

Stat tutus pereunte manu. Quis fata putaret

Scorpion, aut vires matura mortis habere?

Ille minax nodis, & ¹¹ recto verberare savus,

¹² Teste tulit caelo victi decus Orionis.

¹³ Quis calcare tuas metuat Solpuga latebras?

Et tibi dant Stygia jus in sua fila sorores.

Sic nec clara dies, nec nox dabat atra quietem,

Suspecta est miseris in qua tellure jacebant.

Nam neque congesta struxere cubilia frondes,

¹⁴ Nec culmis crevere tori: sed corpora fatis

¹ Vide quæ

ad V. 638. l. 2.

² Sup. V. 709.

³ Aspide.

propter Cleo-

patram, qua

aspide admo-

ta sibi necem

conscivisse

creditur, vel

quod Aegypti

reges solebant

diademata

figuris aspi-

dim discri-

minata gesta-

re, vel quod

limo gaudeat.

fic enim Ni-

cander: μιλι-

νομήν ηνδ

βώλω, Αιθι-

πων. διηνη

πολύτρομο

εξ άλλα νάλα

Πλησάμεν

κατίχαιν

απν.

⁴ Καμάτη ε'

ατερ ηδουτα

αυηε. Υπικλεν.

&c. ut supra,

ad vers. 701.

⁵ Non tam

praesentem

inferunt mor-

tem venena

quæ fastilegi

Sabai decer-

punt ex ar-

bore referen-

te betulam,

e qua Romani

magistratus, Sa-

biniis autori-

bus, virgas gestabant. & hæc est Grotii mens ex emendatione Scaligeri, cum prius legeretur, *virgas mentita Sabas*, id est, thureas virgas, nude colligitur thus.

⁶ Supra vers. 720. & l. 6. v. 677.

⁷ Neque enim tam veneno, quam ipso

vulnere læsit.

⁸ Deprehsus est, glandem è funda, sagittam è Parthi arcu

lentam & seguem esse, si laculo serpenti comparetur.

⁹ Si etiam post

mortem venenum ejus diffunditur.

¹⁰ Quod de torpedine fertur.

¹¹ Idem

caudæ recto.

¹² Habet cœlum, in quo recepti sidus ejus fulget, clarum tes-

stem vitium suarum in Orione interficiendo.

¹³ Nec minus clara exitii do-

documenta (inquit Plin. lib. 8. cap. 29.) sunt etiam ex contemnendis animalibus,

&c. mox citra Cynoinolgos Aethiopus late deserta regio est, è Scorpionibus & Solpugis, gente sublata.

¹⁴ Neque enim in regione deserta sub-

petebant frondes aut culmi ad tetos extruendos.

1 Serpentes innocuas propter frigus nocturnum.

2 Stellis observatis, ut supra v. 493.

3 Seguibus & ignavis congrua, mortem ignavam.

4 Milites astricti belli sacramento, & pugnae devoti.

5 Supra vers. 733, & 715.

6 Quia eam potius ad loca torridiora: ut coeli intemperiei mortem debeamus potius quam serpentibus.

7 Zona torrida, & Solis intra Tropicos meatui subiecta regio.

8 Neque enim Africa in culpa, quam serpentum nutricem Naturam desolatam esse, & incultam voluit: sed nos, qui huc advenimus, diis iratis & numine fuistis.

9 Iter hoc & transitum vetitum. 10 In terra hac damnata serpentibus inter zonam torridam, & Syrtes positus.

11 Et iure opt. nobis hoc evenit: qui civilis belli reliquias velimus transferre per regiones à te semotas & homini negatas, secreta tua scrutaturi. 12 Vbi coelo deversa & prono, sidera merguntur in occidentali Oceano, ex opinione Posidonii philosophi, quem poeta vulgo inservientes sequuntur, opinant occidentem Solem in æquore stridere, more ferri candentis in aqua extincti. Iuven. Satyr. 14, sed longe Calpe relictæ Audiet Herculeæ stridentem gurgite solem.

13 Vltra hanc terram non est alia, excepta Mauritania, regno Iubæ, qua forte hæc serpentibus damnata terra elementior est. 14 Quod non funditua intorquimus omnes.

15 Europamque Asiamque videntem alios meatus solis. 16 Modo cum Cyrenis essemus, hiems erat, unde nobis tam subito æstus? tam brevi interstitio mutavimus legem anni?

Expositivolvuntur humo, calidoque vapore

Alliciunt¹ gelidas nocturna frigore pestes:

Innocuosque diu tactus torpente veneno

Inter membra fervent: nec, qua mensura viarum,

Quisve modus norunt,² cælo duce: saepe querentes,

Reddite dii, clamant, miserum, qua fugimus, arma:

Reddite Thestalam. patimur cur³ segnia fata

4 In gladios jurata manus? pro Casare pugnant

5 Dipsades, & peragunt civilia bella Cerastra.

6 Ire libet qua⁷ Zona rubens, atque axi iniustus

Solis equis: jurat ætheriæ adscribere causas

Quod peream, caloque mori.⁸ nil Africa de te,

Nec de te Natura queror: tot monstra ferentem,

Gentibus ablatum dederas serpentibus orbem:

Impatiensque solum Cereris cultore negato

Damnasti, atque homines voluisti deesse venenis,

In loca serpentum nos venimus: accipe pœnas,

Tu quisquis Superiis⁹ commercia nostra perosus,

10 Hinc torrente plaga, dubiis hinc Syrtibus orbem

Abrumpens, medio posuisti limite mortes.

11 Per secreta tui bellum civile recessus

Vadit: & arcani miles tibi conscius orbis

Claustra petit mundi, forsitan majora supersunt.

Ingressis, 12 cœunt ignes stridentibus undis.

Et premitur natura poli. 13 sed longius ista

Nulla jacet tellus, quam fama cognita nobis

Tristia regna Iubæ, quæremus forsitan istas

Serpentum terras: habet hoc¹⁴ solatia cœlum:

Vivis adhuc aliquid, patria non arva requiro.

15 Europamque, alios soles, Asiamque videntem.

Qua te parte poli, qua te tellure reliqui

Africa? 16 Cyreni etiam nunc bruma rigebat.

Exiguane via legem convertimus annis?
 Imus in¹ aduersos axes: evolvimur² orbe:
 3 Terga damus ferienda Noto. nunc 4 forsitan ipsa est
 Sub pedibus jam Roma meus. solatia sati
 Hac petimus: veniant hostes, Casarque sequatur
 Qua fugimus. Sic dura suos s patientia questus
 6 Exonerat: cogit tantos tolerare labores
 Summa duci virtus, qui nuda fusus arena
 Excubat, atque omni 7 Fortunam provocat hora:
 8 Omnibus unus adest fati: quocumque vocatur
 Advolat, atque ingens meritum, majusque saluto
 Contulit, 9 in letum vires: puduitque gementem
 10 Illo teste mori. quod jus habuisset in ipsum
 Vlla lues? 11 casus alieno in pectore vincit,
 Spectatorque docet magnos nil posse dolores.
 Vix miseris serum tanto lassata periclo
 Auxilium Fortuna dedit. 12 gens unica terras
 Incolit à sevo serpentum innoxia morsu,
 13 Marmarida Psylli: 14 par lingua potentibus herbis:
 Ipse cruor rarus, nullumque admittere virus,
 15 Vel cantu cessante, potest. natura locorum
 Iussit. ut 16 immunes misti serpentibus essent.
 Profuit in mediis sedem posuisse venenis.
 17 Pax illis cum morte data est. fiducia tanta est
 18 Sanguinis: 19 in terram parvus cum decidit infans,
 Ne qua sit externa Veneris mixtura timentes,
 Letifica dubios explorant aspido partus.
 Vigus 20 Torvis volucur, catido cum protulit ovo
 Implumes natos solis convertit in ortus;
 Qui potuere pati radios, & lumine recto

1 Antarticum polium.
 2 Nostri orbis parte, horizon te nostro.
 3 Qui nobis prius aduersus erat & à pectore.
 4 Forte apud Autipodas vector.
 5 Militis, id est, ipse miles patiens.
 6 Expletur lacrimis, egeriturque dolor.
 Ovid.
 7 Vide quæ ad vers. 21. lib. 10.
 8 Omulium suorum militum.
 9 Confirmatis morientibus edocitque mortem contemnere.
 10 Catone præsentie.
 11 Ipse in militum animis vincit malum, dum adstat edocens forteis virum non dolere, neque

affectibus jus esse in virtutem. 12 Supra Garamantas Psylli fuerunt, contra noxium virus mundis incredibili corporis firmitate, soli moribus attingunt non interibant, &c. Solinus c. 40. Herod. l. 4. Plin. l. 8. c. 25. 13 Incolæ regionis Marmaricæ. A. Gel. l. 16. c. 11. 14 Ad incitantos serpentes, vel exugendum venenum. Tertori sunt serpentibus, (inquit Plin.) tactu ipso levatur percussus, succive modico, lib. 28. c. 3. 15 Etiam citra incantationem. 16 Miasis. 17 Naturali morte, non veneno extinguitur. 18 Vi modo v. 194. etiam in prole sua recens edita. 19 Recens editos serpentibus offerebant: si essent partus adulterini, matrem crimida plecebantur Interitu parvulorum: si pudici, probos ortus à morte paternal sanguinis privilegium turbatur. Sic originis fidem probabant venenis indicantibus. Solin. cap. 40. 20 Halizetus Implumes etiam pullos suos percussus subinde cogit aduersos Intueri Solis radios: quod si quem conuidentem aduertit, præcipit è nidu velut adulterinum atque degenerem; illum cuius acies firma contra steterit, educat. Plin. lib. 10. c. 3. Quam rem elegantissime expressit Claudianus in Præfatione in tertium Consulatum Honorii Aug.

Sustinere diem cæli, servantur in usus,
 Qui Phæbo cessere, jacent: sic pignora gentis
 Pfyllus habet, si quis tactos non horruit angues,
 Si quis donatis lusit serpentibus infans.
 Nec solum gens illa sua contenta salute,
 Excubat¹ hospitibus, contraque nocentia monstra
² Pfyllus adest populis, qui tunc Romana secutus
 Signa, ³ simul jussit statui tentoria ductor,
 Primum quas valli spatium comprehendit arenas
 Expurgat cantu, verbisque fugantibus angues.
 Ultima castrorum ⁴ medicatus circuit ignis.
 Hic ebullum ⁵ stridet, ⁶ peregrinaque galbana ⁷ sudant,
 Et thamarix ⁸ non lata comu, ⁹ Eoaque costos,
 Et panacea ¹⁰ potens, & ¹¹ Thessala centaurea
 Peucedanumque sonat flammis, ¹² Erycinaque thapsos,
 Et larices, fumoque ¹³ gravem serpentibus urunt
 Abrotanum, & ¹⁴ longe nascentis ¹⁵ cornua cervi.
 Sic nox tuta viri, at si quis ¹⁶ peste diurna
 Fata trahit, tunc sunt magica miracula genti,
¹⁷ Pfyllorumque ingens & rapsi pugna veneni.
 Nam primum tacta designat membra ¹⁸ saliva,
 Quæ cohibet virus, retinetque in vulnere pestem.
 Plurima tum volvit spumanti carmina lingua
 Murmure continuo, ¹⁹ nec dat suspuria cursus
 Vulneris, aut minimum patiuntur ²⁰ fata tacere.
 Sape quidem pestis nigris inserta medullis
 Excantata fugit: sed si quod tardius audit
 Virus, & ²¹ elicitum, jussumque exire repugnat;
²² Tunc superincumbens pallentia vulnere lambit.

1 In gratiam
 hospitem, qui
 subveniat.

2 Pfyllus
 etiam secum
 duxit Cato
 in itinere per
 Syrtis; hi
 morfos à ser-
 pentibus sa-
 vant, ore ve-
 nenum exsu-
 gentes, ipsa-
 que bestias
 incantationi-
 bus demul-
 cent. Plutar.
 in Catone Mi-
 nore.

3 Simulac
 castrametari
 jussit Cato.

4 Odore &
 fuffitu herba-
 rum adversus
 noxia anima-
 lia efficacium.
 e quibus pan-
 cas enumerat.
 de quibus
 vide quæ Ni-
 cand. & Plin.
 lib. 25. cap. 4.
 5. 6. 9. & 10.

Syria in monte
 Amano è ferula,
 quæ ejusdem nomi-
 nis modo stago-
 nitin appellatur,
 &c. succerum si
 uratur, fugat
 nidore serpentes,
 Plin. lib.
 12. cap. 25.

7 Igne liquefactæ.
 8 Humilis scilicet
 & tenuis. 9 In-
 dica & Arabica.

10 Respicit ad
 ἔρυξον παρὰ τὸ πᾶν
 & ἀξένον. 11 A
 Chirone Thessalo
 inventa.

12 Sic Nicander:
 Θεινικὴν μὲν βίζαν ἔλε-
 γον ἡμεῖς θάψον;
 ubi commentator,
 θεινικὴν δὲ τὴν βί-
 ζαν τῆς θάψου λέ-
 γει. διὰ
 τὸ ἐν σικελίᾳ γίνεσθαι.
 Quod in Sicilia
 nascatur. Eryx
 autem Siciliae.

13 Plin. lib. 21. cap. 21.
 14 Vivacis, vel,
 procul ab Africa
 nasci Cer-
 vos, inquit Plinius,
 Africa propemodum
 sola non gignit.
 Plin. lib. 8. cap. 33.

15 Singulare abigeudis
 serpentibus odor,
 adusto cervino
 cornu, Plin. lib. 8.
 cap. 32. Solin. cap. 31.

16 Percussus à
 serpente interdum
 contraxit ve-
 nenum lethale.

17 Excantando &
 exungendo luctantur
 Pfylli adversus ve-
 nenum.

18 Ophiogenas saliva
 contra ictus serpen-
 tum mederi, tradit
 Plin. lib. 7. cap. 2. &
 plura de saliva,
 lib. 28. cap. 4.

19 Neque pericu-
 lum vulneris pro-
 perandam desiderantis
 medela, permittit
 incantatorem re-
 spirare aut carmen
 intermittere.

20 Mors accelerans,
 21 Carpine.
 22 Ad vers. 893 supra.

5. In igne crepat. 6 Exoticum pummi. Dat Galbanus

Amazo è ferula, quæ ejusdem nominis resinæ modo stago-

nitin appellatur, &c. succerum si uratur, fugat nidore serpentes, Plin. lib.

12. cap. 25. 7 Igne liquefactæ. 8 Humilis scilicet & tenuis. 9 In-

dica & Arabica. 10 Respicit ad ἔρυξον παρὰ τὸ πᾶν & ἀξένον. 11 A

Chirone Thessalo inventa. 12 Sic Nicander: Θεινικὴν μὲν βίζαν ἔλε-

γον ἡμεῖς θάψον; ubi commentator, θεινικὴν δὲ τὴν βίζαν τῆς θάψου λέ-
 γει. διὰ τὸ ἐν σικελίᾳ γίνεσθαι. Quod in Sicilia nascatur. Eryx autem Siciliae.

13 Plin. lib. 21. cap. 21. 14 Vivacis, vel, procul ab Africa nasci Cer-

vos, inquit Plinius, Africa propemodum sola non gignit. Plin. lib. 8. cap. 33.

15 Singulare abigeudis serpentibus odor, adusto cervino cornu, Plin. lib. 8.

cap. 32. Solin. cap. 31. 16 Percussus à serpente interdum contraxit ve-

nenum lethale. 17 Excantando & exungendo luctantur Pfylli adversus ve-

nenum. 18 Ophiogenas saliva contra ictus serpentum mederi, tradit

Plin. lib. 7. cap. 2. & plura de saliva, lib. 28. cap. 4. 19 Neque pericu-

lum vulneris properandam desiderantis medela, permittit incantatorem re-

spirare aut carmen intermittere. 20 Mors accelerans, 21 Carpine.

22 Ad vers. 893 supra.

Ore venena trahens, & siccat¹ dentibus artu,
 Extractamque tenens gelido de corpore² mortem
 Expuit: 3 & cujus morsus superaverit anguis,
 Iam promptum Phyllis vel gustu nosse veneni.
 Hoc igitur⁴ levior tandem Romana juventus
 Auxilio, late squalentibus errat in arvis.
 5 Bis positus Phœbe flammis, bis luce recepta
 Vidit arenivagum surgens fugiensque Catonem.
 Iamque illis magis, atque magis durefcere pulvis
 Cœpit, & in⁶ terram Libye spissata redire.
 Iamque procul nemorum rara se tollere frondes:
 Surgere⁷ congesto non culta mapalia culmo.
 Quanta dedit miseris melioris gaudia terra,
 8 Cum primum savos contra videre leones?
 Proxima⁹ Leptis erat, cujus statione quieta
 Exegere hyemem nimbis flammisque carentem.
 10 Casar ut Emathia satiatu clude recessit,
 Cætera curarum projecit pondera, soli
 Intentus genero: cujus vestigia frustra
 Terris sparsa legens, fama duce¹¹ tendit in unda,
 12 Threiciasque legit fauces, & 13 amore notatum
 Equor, & 14 Eroas lacrymoso litore turres,
 15 Qua pelago nomen Nephelœias abstulit Helle.
 16 Non Asiam brevioris aqua determinat usquam
 Fluctibus ab Europa, quamvis Bizantion arcto
 Pontus, & ostriferam dirimat Chalcedona cursu.
 17 Euxinumque ferens parvo ruat ore propontis.
 18 Sigeasque petit 19 fama mirator arenas.

1 Levi mor-
 fu.
 2 Veneum
 lethale.
 3 Quin &
 gustu venei
 dignoscere
 valent, à quo
 serpente quis
 fuerit ictus.
 4 Minori cum
 periculo.
 5 Notatio
 duorum men-
 sium. sed vide
 quæ ad vers.
 394. supra.
 6 Solidam,
 glebosam &
 foecundam.
 7 Culmo &
 stipula tectæ
 catæ & tugu-
 ria.
 8 Quod ar-
 gumentum
 erat non lon-
 ge abesse ar-
 menta.
 9 Minor, Li-
 byphœœicnm
 Africæ urbs.
 10 Casarem
 duos dies in
 Pharsalo
 commora-
 tum, ut sacris
 intenderet, &

exercitum recrearet, scribit Appianus. Plutarchus autem & ipse Casar con-
 tra: Victorem scilicet omnibus rebus relictis persequendum sibi Pompejum
 existimavisse, ne bellum renovare posset: paucos itaque dies in Asia moratum,
 cum audisset Pompejum Cypri visum, conjectasse eum in Ægyptum iter ha-
 bere, cum legionibus duabus & equitibus 800 Alexandriam pervenisse. Poëta
 enim per Troadem circumducit, ut fabulandi ansam caperet. 11 Ad mare
 descendit. 12 Bosphorum Thracium, Propontidem & angustias Hellespon-
 ti. 13 Leandri & Heris, quem cesavit Melaus, dein Ovidius in epist. inter
 tranandum marem: quod ubi comperisset Hero, se quoque turri præcipitasse.
 14 Erus puellæ, in Sesto in Europa. 15 Helle filia Nephelæ & Athaman-
 tis, cum Phryxo fratre novercæ infidias fugiens, ariete quo vehebatur dela-
 pta, Hellesponto nomen dedit. 16 Hic enim fretum angustissimum, 7 nempe
 stadiorum, Europam ab Asia dividit Hellespontus. Byzantio. h. e. Con-
 stantinopoli in Europa, opposita Chalcedone in Asia. Polyb. l. 4. 17 Quia
 Propontis exceptas per Thracium Bosphorum Euxini aquas emittit per Helles-
 pontum in mare Argem, lib. 3. v. 278. 18 Litus Trojanum; à Sigeo
 promontorio. Achilles tumulo nobile. 19 Casar, veterem hujus loci famam
 admiratus, simul originis suæ sedem visurus.

1 Fl. Troados.
 2 Rhœtenm promontorium, Ajacis Telamonis sepulchro nobile. Mela l. 1. Strabo 13.
 3 Maues & sepulchra Achillis & Ajacis Homero alisque Poëtis decantata.
 4 Quo Phœbus & Neptunus mercedem cum Laomedonte pacti Trojam ciuerant.
 5 Regia Trojanæ filii Trois.
 6 Propter virtutem ruitura.
 7 Scopulm, cui Hefione filia Laomedontis forte exposita ce-

Et ¹ Simœntis aquas, & Grajo nobile busto
² Rhœtion, & ³ multum debentes vatibus umbras.
 Circuit exusta nomen memorabile Troja,
 Magnaque ⁴ Phœbai quaerit vestigia muris.
 Iam silva steriles, & putres robore trunci
⁵ Assaraci pressere domos, & templa deorum
 Iam ⁶ lassa radice tenent: ac tota teguntur
 Pergama dumetis: etiam periere ruina.
 Aspiciunt ⁷ Hefiones scopulos, ⁸ silvasquo latentes
 Anchisa thalamos; ⁹ quo iudex sederit antro:
 Vnde ¹⁰ puer raptus cœlo: ¹¹ quo vertice Regis
 Luserit Oerone: ¹² nullum est sine nomine saxum.
¹³ Inscius in sicco serpentem putvere rivum
 Transierat, qui ¹⁴ Xanthus erat: ¹⁵ securus in alto
 Gramine ponebat gressus; Phryx incola manes
 Hefiores calcare vetat. discussa jacebant
 Saxa, nec ullius faciem servantia ¹⁶ sacri;
¹⁷ Herceus, monstrator ait, non respicis aras?
¹⁸ O sacer, & magnus vatium labor, omnia fate
 Eripis. & populis donas mortalibus avum.
¹⁹ Invidia sacra Casar ne tangere fama:
 Nam, si quid Latius fas est promittere Misis,
 Quantum ²⁰ Smyrnai durabunt vatis honores,
 Venturi me, teque legent: ²¹ Pharsalsa nostra
 Vbet, & à nullo tenebris ²² damnabitur avo.

to, à Neptuno immisso, alligata fuerat, quam tamen Hercules liberavit.
 8 In quibus Anchisen Venus dignata est concubitu, vel, Anchisæ domum, quæ secreta arboribusque obiecta recessit. Virgil. Æn. 2. 9 Paris, ubi de forma trium Dearum iudicarat. 10 Gaaymedes filius Trois, ab aquila Iovis raptus. 11 Quo monte, scilicet Ida, Nympha Oerone se Paridi indulserit. 12 Nullus in Troade mons, scopulus, aut promontorium caret suo monumento. 13 Casar. 14 Nobilem olim, nunc vix apparentem Xanthum Troados rivulum. 15 Nulla religione aut loci veneratione motus, nescius ibi latuisse sepulchram Hefitoris, donec ab incola Phryge adinultus agnosceret. 16 Templi aut aræ, ut respiciat ad sequen. Herceus aras. ahi legunt, Hefiores. 17 Iovis Hercei, Τηρῶν: quod idem anam & parietem in domus penetrati coleretur, ad hanc aram Prælamos casus. Virgil. 2 Æneid. Inven. Satyr. 10. vers. 268. Ovid. in Ibin. Cui nihil Hercei profuit ara Iovis.
 18 Exclamatio Poëtæ in laudem Poëtæ, quæ omnibus his monumentis, sepulchris, aris, templis dicitur, virtutem reddidit vivacem & dignos laude viros vetat mori. Carmina quædam domans, fama pervenit erit. Propert. Solaque non norunt hæc monumenta novi. Matr. lib. 10. epig. 2. 19 Noli invidere huic meo operi, quo tua qualiacumque facta leguntur, vitalitatem. 20 Homeri, quem suum inter alias civitates sibi civem vendicat Smyrna. Εὐτὰ πόλιος διημιζῶσι πῆρι βίβαν δαίρη, Σμύρνα, βῆδῶ, κολοφῶν, σαλαμίν, γίος, ἀργῶ, ἀθήναι: A. Gell. lib. 3. cap. 11. 21 Opus hoc nostrum, vide quæ ad inscriptionem in fronte lib. 1. 22 Abolebitur.

¹ *Vt ducis implevit visus veneranda vetustas,
Erexit subitas congestu cespitis aras,
Votaque turicremos non irrita fudit in ignes.*

² *Diis cinerum, Phrygiæ colitis quicumque ruinas,
Æneaque 3 mei, 4 quos nunc Lavinia sedes
Servat & Alba lares, & quorum lucet in aris
5 Ignis adhuc Phrygius, 6 nullique aspecta virorum
Pallas, in abstruso pignus memorabile templo,
7 Gentis Iulea vestris clarissimus aris
Dat pia tura nepos, & vos in sede 8 prioris
Rite vocat: date felices in cætera cursus:
Rekituam populos, grata vice mania reddent
Ausonida Phrygibus, 9 Romanaque Pergama sur-*

gent.
*Sic fatus, repetit classes, & tota secundis
Vela dedit Coris, avidusque urgente procella
10 Iliacas pensare moras, Asiamque potentem
Prævehitur, pelagoque Rhodon spumante relinquit.
Septima nox Zephyro nunquam laxante rudentes
Ostendit 11 Phariis Ægyptia litora flammis.
Sed prius orta dies 12 nocturnam lampada texit,
Quam 13 tutas intraret aquas. 14 ibi plena tumultu
Litora, & incerto turbatas murmure voces
⁹ Non ex animo suo aut se in libertatem vindicaturi; sed stipendio conducti. ¹⁰ Milites Rom. qui non interfuerunt proelio Pharsalico, hic tamen in Aegypto civili sanguine manus imbuere parant. sic lib. 8. v. 601.

¹¹ Si Pompejum exceptum tuerentur armis Aegyptii? ¹² Omnis ubique Romano. dextera se immiscet bello huic civili, ita volentibus Superis.

¹³ Ita diis visum res Romanas & vires unitas divellere & dissolvere factionibus; neque his Pompeji & Caesaris, sed tertias partes se quoque ingerit satelles Aegyptius Achilles. ¹⁴ Et nisi fatis reservatus esset Caesar interficiendus Romae; hic certe ab his fuisset oppressus.

1 Pothinus intra, Achilles extra urbem. Plutar. refert, tonsorem Cæsaris, hominem timidissimum, dum omnia curiose exploraret, percipisse insidias Cæsari strui ab Achilla & Pothino, iudiciumque rei detulisse, Cæsarem cocnaculum præsidio cinxisse, & Pothinum interfici iussisse: Achillam vero fuga in castra elapsam intulisse ei difficillimum bellum, &c. Ali- ter Cæs. lib. 3. de bello civili.

2 Impedita, distracta.

3 Ne qua forte & ipse rex Ptolemæus in tumultu per- ear.

4 Non itaque temere & rap- tum aggressi sunt faci-

*Ha vincent partes. 1 aderat maturus uterque :
Et 2 districta epulis ad cunctas aula patebat
Insidias : poteratque cruor per regia fundi
Pocula Casareus, mensaque incumbere cervix.
Sed metuunt belli trepidos in nocte tumultus.
3 Ne cades confusa manu, permissaque satis
Te, Ptolemæ, trahat. tanta est fiducia ferri.
4 Non rapuere nefas : 5 summi contempta facultas
Est operis : 6 visum famulis reparabile damnum,
Illam mactandi dimittere Cæsaris horam.
Servatur pœnas in aperta luce daturus.
Donata est nox una duci, vixitque Pothini
Munere Phœbeos Casar dilatus in ortus.*

6 Lucifer à 7 Casia prospexit rupe, diemque
Misit in Ægyptum 8 primo quoque sole calentem :
Cum procul a muris acies non sparsa maniplis,
Nec vaga conspicitur, 9 sed justos qualis ad hostes
Recta fronte venit. 10 passuri comminus arma,
Laturisque ruunt. 11 at Casar mœnibus urbis
Diffusus, foribus clausa se protegit aula,
Degeneres passus latebras. 12 nec tota vacabat
Regia compresso : minima collegerat arma
Parte domus : tangunt animos iraque metusque :
Et timet incursus, indignaturque timere.
13 Sic fremit in parvis fera nobilis abdita claustris,
Et frangit rabidos pramorso carcere dentes.
14 Non secus in Siculis fureret tua flamma cavernis,
Obstrueret summam si quis tibi 15 Mulciber Ætnam,
16 Audax Thessalici qui nuper rupe sub 17 Æmi,
Hesperia cunctos proceres, aciemque Senatus,
Pompejumque ducem, 18 causa sperare vetante.

5 Visum est iis occasionem hanc omittere atque oportunius resumere die insequente. 6 Notatio Auroræ. 7 Monte Casio, qui ad Orientem Alexandria est. l. 8. v. 463. 8 Recto quippe orto. 9 Sed collecta & instructa. 10 Achilles copiis suis fideus, paucitatemque militum Cæsaris despiciens, occupabat Alexandriam, præterea oppidi partem quam Cæsar cum militibus tenebat, &c. Cæs. com. 3. 11 Cæsar à percussoribus Pompeji obsessus in regia, quamvis exigua manu, ingentis exercitus molem mira virtute sustinuit. Florus. 12 Neque suffecit parva Cæsaris manus tuendæ toti regiæ. 13 Indignatur, instar Leonis caveæ inclusi, clathros mordicus prehendentis. 14 - Furique non secus atque Ætna lib. 5. v. 99. si quis foramina illius obstruere labores. 15 Vulcane. *Apostrophe.* 16 Cæsar, qui unper in Pharsalicis campis nimium ausus est, nimium speravit; jam trepidavit. *Amplificatio.* 17 Thraciæ quidem montis: sed nostro semper fere Thessaliæ. 18 Iniqua, nec felicem exitum promittentē.

Non timuit, fatumque sibi promisit iniquum,
 Expavit ¹ servile nefas, intraque penates
 Obruitur telis; quem non violasset ³ Alanus,
 Non Scytha, ⁴ non fixo qui ludit in hospite Maurus.
⁵ Hic, cui Romani spatium non sufficit orbis,
 Parvaque regna putat Tyrii cum Gadibus Indos,
 Ceu puer imbellis, ceu capti femina muris,
 Quarit ⁶ tuta domus: spem vita in limine clauso
 Ponit, & incerto lustrat vagus atria cursu:
⁷ Non sine rege tamen; quem ducit in ⁸ omnia secum,
 Sumpturus ⁹ pœnas & grata piacula morti;
 Missurusque tuum, si non sint tela, nec ignes,
 In ¹⁰ famulos Ptolemæ caput. ¹¹ sic barbara Colchis
 Creditur ultorem metuens regnique, fugaque
 Ense suo, fratrisque simul cervice parata
 Expectasse patrem. ¹² cogunt tamen ultima rerum
 Spem paci tentare ducem: ¹³ missusque satelles
 Regius, ut savos absentis voce ¹⁴ tyranni
 Corriperet famulos, quo bellum auctore moverent.
 Sed neque ¹⁵ jus mundi valuit, neque fœdera sancta
 Gentibus: orator regis, pacisque ¹⁶ sequester,
¹⁷ Estimât in numero scelerum ponenda tuorum
 Tot ¹⁸ monstra Egypte nocens. ¹⁹ non Thessala tellus,
²⁰ Vastaque regna Iuba, non Pontus, & ²¹ impia signa
 Pharnacis, & ²² gelido circumfluus orbis Ibero
 Tantum ausus scelerum; non Syrtis barbara, quantum

¹ Scelesta Achillæ satellitis regis arma.
² Altera exaggeratio.
³ Scythiæ Europæ populi.
⁴ Non Mauri inhospitales, qui per lufum & exercendi gratia hospites pro scopo positos sagittis configunt.
⁵ Hic cui non sufficit Romanum Imperium ab Indis usque in Oriente ad Gades in Occidente, insulam, in qua colonia Tyriorum, omnes terra qua sunt à Gadibus usque Ad Ganges.
⁶ Pars erat regni exigua, in quam ipse habitandi causa initio erat inductus, &c.

Cæsar. Comm. civilis belli 3. ⁷ Regem ut in sua potestate haberet, Cæsar effecit, magnamque regum nomen apud suos auctoritatem habere existimans, &c. ibidem. ⁸ Loca omnia, vel eventum omnem. ⁹ A rege.
¹⁰ Achillam & alios. ¹¹ Non secus ac Medea insequentem patrem aurei velleris proditi vindicem morata est, fratrem Absyrtum dispergendo doque. vldc quæ nos ad Senec. Med. v. 44. ¹² Missi à rege ad Achillam Serapion & Dioscorides, (inquit Cæsar. Comm. 3 civilis belli) quos ille, prius quam audiret, aut, cujus rei causa missi essent cognosceret, corripit ac læteticus iussit, &c. ¹³ Regis Ptolemæ. ¹⁴ Ius gentium, quo sacrosancti sunt legati. ¹⁵ Mediator, legatus. ¹⁶ Estimationem seu specimen dat scelerum Egypti. Grotius legendum conjicit: *Res minima in numero.* ¹⁷ Sceleribus.
¹⁸ Amplificatio. Non bellum Thessalicum, quo cum Pompejo conflixit: non Africum, quo Scipionem & Inbam Mauritaniæ regem devicit: non Ponticum; quo Pharnacem Mithridatis F. occasione civilis belli capta parium regnum in potestatem suam redigere coactum vidit, vicit, Ponto expulsi: non Hispanica bella, quorum altero Petrejum & Afranium Pompeji duces, altero Co. & Sext. filios Pompeji devicit. Non hæc omnia tantum affixere Cæsarem, quantum delicatissimi famuli atque Euvuchi Ægyptii. ¹⁹ Ad 7. 670.
²⁰ Propter defectionem à patre. l. 1. v. 336. & l. 1. v. 637. necnon conatum Bithyniam, Cappadociam, & Armeniam invadendi, principesque ad defectionem pertrahendi, ²¹ Hispania, quam terreus ambis Ibero. lib. 7. vers. 15.

1 Ne virilia quidem por-tenta, Por-thinus atque Ga-nymedes.

Flor. l. 4. c. 2.

2 Tuxæ & Æ-gypte.

3 Primo im-peru domum ejus irrumpe-re conatus est, &c. Cæf. Com. civilis belli 3.

4 Ad ʒ. 300. lib. 3.

5 Nec incen-dium parant.

6 Experts con-filii.

7 Cæfaris For-tuna hostibus ademit confi-lium, illique præstitit inco-lumitatem.

8 Eodem tem-pore pugnatum est ad portum (inquit Cæsar Com. 3.) dum paves longas occupare ho-stes conaren-tur; quarum erant auxilio 50 missæ ad Pompejum, quæ proelio in Thessalia fa-cto domum redierant, præ-

ter XXI I contratas, quæ præsidii causa Alexandriæ esse consueverant, quas si occupassent, classe Cæsaris erepta, portum ac inare totum in sua potestate haberent, comitatu auxiliisque Cæsarem prohiberent, &c. 9 Regiæ enim pars in quam Cæsar habitandi causa initio erat inductus, habebat aditum ad portum & ad reliqua navalia. Cæf. Com. 3. 10 Phalaricas, ad ʒ. 681. l. 3. 11 Navibus quæ præsidii causa Alexandriæ esse consueverant, modo ad ʒ. 486. 12 Funes nauticos & tabulas pice unctas. ut lib. 3. ʒ. 683. 13 Cornua an-tennarum. lib. 8. ʒ. 177. 14 Dum Cæsar coactus suæ salutis consulere clas-seis incendio amoliretur, longius à navali grassatus ignis celeberrimum Ptole-mæi Philadelphii bibliothecam adsumpsit. Plur. 15 Ad ʒ. 532. l. 1. de celo lapsa per umbras Stella facem ducens multa cum luce cucurrit, mox, cum longo lineæ, sulcus Das lucem, &c. Virg. Æn. 2. 16 Pabulo, ignis alimento. 17 Incendium. Ita Virgil. Æn. 5. lentusque carinis. Est vapor, & raso descendit corpore pestis. 18 Revocavit multitudinem à regiæ obhdione ad incendium restinguendum. 19 Neque incendii tempus ita impendit fomno, ut sibi de-deret. 20 Confessum ad Pharum navibus milites exposuit.

1 Delicia fecere 2 tua. premit undique bellum, 3 Inque domum jam tela cadunt, quassantque penates. Non 4 aries uno moturus limina pulsu, Fracturusque domum; non ulla est machina belli: 5 Nec flammis mandat opus: sed 6 cæca juvenus Consilii, vastos ambit divisa penates, Et nusquam totis incurSAT viribus agmen. 7 Fata vetant, mirique vicem fortuna tuetur. 8 Nec non & ratibus tentatur regia, 9 qua se Protulit in medios audaci margine fluctus Luxuriosa domus. sed adest defensor ubique Casar, & hos aditus gladiis, hos ignibus arcet: Obsessusque gerit (tanta est constantia mentis) Expugnantis opus. 10 piceo jubet unguine tinctas Lampadam immitti 11 junctis in bella carinis. Nec piger ignis erat per 12 stuppea vincula, perque Manantes cera tabulas: & tempore eodem Transtraque nautarum summique arsero 13 ceruchi. Iam prope semusta merguntur in aquore classes, Iamque hostes, & tela natant. 14 nec puppibus ignis Incubuit solis: sed qua vicina fuere Tecta mari longis rapuere vaporibus ignem: Et cladem fovere Noti, percussa que flamma Turbine, non alio motu per tecta cuovrrit, 15 Quam solet atherio lampas decurrere sulco, 16 Materiaque carens, atque ardens aère solo. Illa 17 lues clausa paulum 18 revocavit ab aula Urbis in auxilium populos. 19 nec tempora cladis Perdidit in somnos, sed cæca nocte 20 carinis Insiluit Casar, semper feliciter usus

Præcipiti cursu bellorum, & tempore rapto.

Tunc ¹ claustrum pelagi cepit Pharon. ² insula quondam

In medio stetit illa mari, sub tempore vatis

3 Proteos : 4 at nunc est Pellais proxima muris. ••

5 Illa duci geminos bellorum præstitit usus :

Abstulit excursus & fauces aquoris hosti ;

Cæsaris auxiliis aditus & libera ponti

Ostia permisit. 6 Nec pœnas inde Pothini

Distulit ulterius : sed non qua debuit ira ,

Non cruce, non flammis, rabido non dente ferarum :

Heu facinus, cervix gladio male casa pependit :

7 Magni morte perit. 8 Necnon subrepta paratis

A famula Ganymede dolis pervenit ad hostes

Cæsaris 9 Arsinœ : qua castra carentia rege

Vt proles Lagea tenet, famulumque Tyranni

Terribilem iusto transegit 10 Achillea ferro ;

11 Altera, Magne, tuis jam victima mittitur umbris.

Nec satis hoc Fortuna putat. procul absit, ut ista

Vindicta sit summa tua. non ipse tyrannus

Sufficit in pœnas, non omnis regia Lagi.

12 Dum patri veniant in viscera Cæsaris enses ,

Magnus inultus erit. Sed non 13 auctore furoris

Sublato cecidit rabies : nam rursus in arma

Auspiciis Ganymedis eunt : ac multa secundo

oppido jungitur. Cæsar Com. 3 civilis belli.

5 Neque enim per pontem in Pharon excurrere, neque è portu solvere in mare poterant hostes. Iis autem (inquit Cæsar. Comment. 3) iuvitis, à quibus Pharos tenetur, non potest esse, propter angustias, navibus introitus in portum.

6 Hæc dum apud hostes geruntur, Pothius nutricius pueri & procurator regni, cum ad Achillam nuncios mitteret, hortareturque ne negotio desisteret, neve animo deficeret, indicatis deprehensisque interuocis, à Cæsare est interfectus. Cæsar Comm. civilis belli 3.

7 A gladio, & eo mortis genere quo Pompejus. l. 8. §. 671. 8 Interim Arsinœ filia minor Ptolemæi regis, vacuum possessionem regni sperans, ad Achillam se ex regia trajecit, unaque bellum administrare coepit : sed orta celeriter inter eos de principatu controversia, cum alter alteri insidiaretur, & summam imperii ipse obtinere vellet ; præoccupat Arsinœ per Ganymedem eunuchum, nutricium suam, atque Achillam interfecit. Cæsar. Com. civ. bel. 3. & Hirtius 4.

9 Filia Ptolemæi minor, Arsinœ. 10 Accusativus Græcus ab Ἀχιλλεύς, vel ab Achilla, nom. Ion. in prima Decl. ut Xerxes, Herodot. lib. 7.

11 Ptolemæus, qui paulo post ad suos elapsus è proelio fugiens receptusque in navigium, eo demerso, multitudine aduatumum, periiit. Hirt. Comm. 4 de bello Alexand. Regis ipsius corpus obitusum limo reperit. Florus lib. 4. c. a. & Patere. 12 Donec ipse Cæsar à partibus Rom. in curia cadat Pompeji manibus victima.

13 Achilla cæso, Arsinœ sine ullo socio & custode omne imperium obtinebat, exercitus Ganymedi traditur, Hist. 4 Comment.

1 Hæc enim insula (ait Cæsar Comm. 3.) objecta Alexandriæ portum efficit, &c. mox §. 513. & sup. §. 57.

2 Pharos Alexandriæ nunc ponte congiungitur, olim, ut Homericò carmine proditum est, ab iisdem oris cursu diei totius abducta, &c. Mela l. 2. cap. 7.

3 Qui Rex Ægypti fuit tempore belli Trojani. Diod. Sic. & Herod. lib. 1.

4 A superioribus regibus in longitudinem pass. non-geutorum in mare jactis molibus, angusto itinere, & ponte cum

1 Vel unum
illud Cæsaris
summo cum
discrimine
factum mere-
tur in omne
ævum propa-
gari.

2 In aggere.
Plusar. Circa
oppugnatio-
nem pontis.
Suetou. Cæs.
c. 64.

3 - Dnm mili-
tes navibus
impositos tra-
jicere in Pha-
ron & propu-
gnare para-
ret, eruptio-

ne hostium subita compulsus in scapham, à multis Ægyptiorum navibus petitus in mare se coniecit, ac per ducentos passus natans ad suos evasit incolumis, elata læva, ne libelli, quos tenebat, maderent. Hirtius, Suetonius, Plutarchus, Diod. &c. 4 Obsessus atque loci iniquitate pressus, in dubio erat utrum fugeret, an mortem fugæ præferret. 5 Subiit illius animum memoria & imago Scævæ, qui unus in mediis hostibus fortiter Dyrrhachii sustinuit Pompeji copias, victoriamque ejus moratus est. vide lib. 6. v. 141. & deinceps. 6 Ad v. 624. lib. 2. 7 Dirutis, vel æquatis cadaverum strue, ut lib. 6. v. 180. 8 Propugnavit castellum sibi creditum; unum ex iis, quibus Cæsar Pompejum ad Dyrrhachium circumvallare instituit. lib. 6. vers. 29. & 125. 9 Vallum dirutum & solo æquatum. iam Pompejana celsi super ardua valli Exierant Aquila. lib. 6. vers. 138.

*Prælia Marte gerunt. 2 potuit discrimine summo
Cæsaris una dies in famam, & secula mitti.*

2 Molis in exigua spatio stipantibus armis.

3 Dum parat in vacuas Martem transferre carinas

Dux Latius, tota subiti formidine belli

Cingitur: hinc densa pratexunt litora classes,

Hinc tergo insultant pedites: via nulla salutis:

Non fuga, non virtus, vix spes quoque mortis honesta.

Non acie fusa, nec magna stragis acervo

Vincendus tunc Casar erat, sed sanguine nullo.

4 Captus sorte loci pendet, dubiusne timeret,

Optaretne mori; 5 respexit in agrime denso

Scævam perpetua meritum jam nomina fama

Ad campos 6 Epidamne tuos; ubi solus 7 apertis

8 Obsedit muris calcantem 9 mœnia Maguum.

PHARSALIÆ LVCANI FINIS.



HUGONIS GROTII
IN
LVCANI PHARSALIAM
NOTÆ,

Ex binis antehac editis junctæ,
auctæ, correctæ.

Fratri Carissimo
WILHELMO GROTIŌ,
Iurisconsulto & Advocato,
H. GROTIUS S.

Redit ad te, mi frater, libellus ad Lucanum noster, pridem tibi dictus, aliquanto nunc auctior. Æquum enim fuit, cum tua in me creverint benefacta, fraterna pro rebus meis, pro liberis autem meis paterna sollicitudine, crescere etiam hoc qualecunque grati adversum te animi testimonium. Conferent plura in magni spiritus lateque patentis doctrinæ Poëtam, quibus plus erit otii. Nobis satis fuit negotia lectione, etiam Politicis non inutili, distinguere. Deus optimos parentes nostros, te ac suavissimam conjugem liberosque vestros, & omnes qui nos sanguine, affinitate, amicitia, aut etiam horum studiorum communione contingunt, incolumes diu servet. Lutetiæ, Calendis Novembrib. anni
C I D I D C X X X I X.

HVGONIS GROTTII
IN
LVCANI PHARSALIAM
NOTÆ,

Ex binis antehac editis junctæ,
auctæ, correctæ.

Primus numerus paginam, Secundus lineam,
Tertius libri versum notat.

IN LIBRVM I.

11. 6. 2. **I**usque datum Sceleris] jus
hic figurate pro licentia,
quomodo sæpe jus belli
apud bonos scriptores. Apertum illud
Senecæ epistola xvi 11 : jus luxuria pu-
blica datum. ipse Lucanus sine lib. 111 :
Ius licet in nostros jugulos sibi fecerit
ense

Sylla potens Marisque feroc.

Papius III Thebaidos : daret armis
iura. Sensus ferme idem qui infra, ubi
belli civilis licentia describitur :

femel omnia videtur

Insulerat.

De bello quidem civili præcipue, sed
& de aliis bellis non male dictum Senecæ,
hujus poetæ patruo : Ex Senatus
consultis plebisque scitis sua exercentur,
& publice jubentur vestia privatim.
Quod Christiane dictum probat Chri-
stianus martyr Cyprianus : Homicidium
cum admittunt singuli, crimen est : vir-
tutis vocatur, cum publice geritur.

12. 5. 13. Hen quantum potuit terra
pelagique parati

Hoc, quem civiles hanferunt sanguine
dextra ?] Sumptum ex Agefilæ dicto,
quod apud Xenophontem & Plutar. leg-
gas : φειτῆς Ἐλλιάδου τοσούτους ἀνδρας
ἀπολωλακίους ὑφ' αὐτῆς, ὅσοι ζῶντες
ἐδύνατο νικᾶν διὰ σύμπτωσης τῶν βαρ-
βάρους μαχομένοι. De eodem Agefilæ
sic Latinus vitaram scriptor : Tentum
absuit ab insolentia gloria, ut commise-
ratus sit fortunam Gracia, quod iam
multi à se vitii vitio adversariorum
conciidissent. Namque illa multitudine, si
sana mens esset, Gracia supplicium Per-
sas dare potuisset.

12. 22. 30. Non tu Pyrrhe feroc] Ex
Horatio adombratum :

Quos neque finitimi valuerunt perdere
Marsi,

Minacis aut Etrusca Poenica manus,
Et quæ sequuntur.

12. 22. 31. nec tantis cladibus auctor
Pennis eris] ita rectius, quam, erat.
Loquitur enim tantquam in re præ-
sente.

12. 25. 33. Quod si non aliam venturo
sala Neroni

Invenere viam] subtilis adulationis
hoc, cum nonnulli acres illos spiritus
Lucano processus atatis atque opus
adblandiens, forte & privatæ offensæ,
indidissent. Nec piguit Plinium hoc
imitati Panegyrico ad optimum Prin-
cipem : Magnam quidem illud saculo
delectus, magnam Republica virtus im-
pressum est, Imperator & pater huma-
ni generis obfessus, capius, inclusus : ab-
lata mississimo sevi servandorum homi-
num potestas, exceptumque Principi illud
in principatu beatissimum, quod nihil cogi-
tur. Si tamen hac sola erat ratio, qua se
publica salutis gubernaculis admo-veres,
prope est ut exclamem, tanti fuisse. Ad-
de quæ ibi sequuntur huic loco licentem
ferentia.

13. 7. 44. Multum Roma sarmen debet
civilibus armis,

Quod tibi res ædæ est] Pergit ad Nero-
nem loqui eique blandiri. Quare nihil
vident qui hic putant, debet legi posse,
quasi ad Romanum sermo sit.

13. 17. 54. Nec polus adversi calidus
qua mergitur Austri.] Prætuleraut mergi-
tur, quia finitor circulus Poëtis est
Oceanus,

Oceanus, ac prouide quod inconspicuum est, mergi dicitur. Et sic locus Germanicus Caesar Atacis, pars *mersa sub undas Oceani*, de polo Antartico & ipse loquens: ut & de eodem Avienus: *Subit altera mersa sub undas Pars Erebum*. Sed video eundem sensum esse posse in recepta lectione. Nam mergi passiva terminatione sic dixere Lucretius, inloquo posterior Papinius. Priscianus denique hunc ipsum Lucani locum adducit. ut ostendat Latine sic dici. Graviter autem hic in Sphæram delinquit Lucanus, cum solum Austrum calidum dicit. Est quidem Auster calidus Arcticum solum spectantibus. At polus Anstrinus non minus frigidus Arctico. Addatur hoc cæteris, quæ à Luciano pompatice magis quam ex vero dicta.

14. 10. 81. *In se magna viuis] Seneca: Ut nihil extra laceffat aut quæsiat, in se ipsa Fortuna vnit.*

15. 1. 84. *Nec unquam In iuribus nisi seralia federa regni] Peirædus amicus meus vir elegantis ingenii sensum meliorem facit scribendo, felicia.*

15. 12. 96. *Nec precium tanti cellus pontusque furoris*

Tunc eras: exiguum dominos commisit asylum] valde placuit Papinio hoc in νόμα. Inde enim illud desumpsit, nihilo deterius:

Et nondum crasso laquearia fulva metallo,

Montibus aut alte Graji suffulta iura Arria, congestos suas explicitura clienteres.

Nom impacatis regum ad vigilansia Pila, nec alterna ferri statione gementes

Excubis, nec cura nero committere Atque aurum violare cibis: Sed nuda potestas

Attulit fratres: pugna est de paupe regno.

Vide & quæ sequuntur sane egregia.

15. 16. 100. *Crassus eras belli medico nota] Plutar. Pompejo: Κράσος ἐν Πάρθοις ἀπολωλὸς ἤσθη ἰλλοῖο. καὶ τὸ το κάλυμα ὃν μέγα τὸ συμπεσὼν ἐμφύλιον πόλεμον ἐκποδὼν ἰσχυρόν.*

15. 19. 103. *Ioniunt Aegæo frangas mare] id rectius quam franget. Est enim δυνήϊκον, ut loquuntur Græci.*

16. 9. 119. *Moris tua discussa fides, bellumque mouere*

Permissum est ducibus] sic & Vellejus: Cum mediis iam ex invidia potentia male cohabitatis inter Cn. Pompejum & C. Casarem concordia pigra, Julia uxoris Magni, decessit. Annæus Florus multum hujus Anaxi amulator: Crassi moris apud Parthos, & moris Juliae Casaris filia, quæ nuptia Pompejo, generi societique concordiam matrimonii federe tenebat, maiorem amulatio erupit. Plutarchus: ὧς τὴν ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμόνοια τὰ λλοῦ νοσῶσαν τὴν πολίτευς φυλοσοφῆς οἰκότη] λυμίνης.

16. 14. 124. *Imperansque loci fortuna secund] sumpsit hinc illud Papinius: Iurisque secund*

Ambitus imperans.

16. 15. 125. *Nec quæquam iam ferre potest, Casare priorem,*

Pompejusve parent] Sallustius dixerat de Pompejo: Nam particeps dominationis neque suis quisquam: neque, si patri potisset, orbis terrarum bello concussus foret. Vellejus: neque Pompejus, ut primum ad rempublicam aggressus est, quæquam omnino parent tulit: & in quibus rebus primum esse debebas, solus esse cupiebat. Idem de eodem: civis in toga (nisi ubi vereretur ne quem haberet parent) modestissimus, amici iurum tenax, in offensis exorabilis, in reconcilia: a gratia fidelissimus, in accipienda satisfactioe facilissimus, potentia sua nunquam aut raro ad impotentiam usus, & bene optinuit viciorum expert, nisi numeraretur inter maxime, in civitate libera dominique gentium indignari, cum omnes cives iure haberet pares, quæquam æqualem dignitate conspiceret. Nec abit hinc Plutarchus de hoc ipso Pompejo: ἔδδ ἐβύλλο δοκῆν ἐπίσῶν, ἀλλ' ὑπερορῶν μᾶλλον καὶ κατὰ φρονῶν. Alibi tamen is ipse Pompejo æquior, cum de Casare primum, deinde de Pompejo sic loquitur: ἀπελάτο τῶ μὲν ὑπὲρ τῶ γενέσθαι μίγισον ἢ ὄντ κατὰ λῆιν, τῶ δ' ἵνα μὴ πᾶθῃ τὸ το προκυρῶν ἢ ἰδιοδοίη. Hinc non abit diversus Dion: Πομπῆϊ μὲν ἔδδὸς ἀνθρώπων δεύτερῳ, Κρίσπε δ' καὶ πρῶτῳ πάντων ἵνα ἐπεθύμει. Et nota lectos, primos illos duos, unde testimonia attulisse Casariano: credo & Lucanum, cum hæc scriberet. mutavit enim inter scribendum, ut iam monui. Nec tamen Pompejum ego culpa omni absolverim, non magis quam M. Tullius, ubi libere ad amicos scribit: aut Cratippus, qui in Lebo insula Pompejo

Pompejo de divina providentia ob casum Pharsalicum dubitanti, respondit interrogando, quem sponsorem haberent homines, Pompejum, si pro eo cecidisset alea belli, melius ea fuisse usurum? Et ille quidem cunctanter ut Peripateticus. Absolutius & Stoica firmitate Cato apud hunc ipsum Lucanum de Pompejo:

*nec, si fortuna favorebit,
Hunc quoque totius sibi jus promittere mundi*

Non bene comperitum est.

17. 6. 141. *At quamvis primo natus casura sub Euro*] Multo id melius quam Er.

18. 2. 165. *Fœcunda virorum Paupertas fugitur*] *Palladas*:

Ἡ δὲ Πύθιν μῆτις ἀσφροσύνης.

19. 31. 217. *atque auxerat umbras*

Tertia jam gravido pluvialis Cynthia cornu] sic omnino legendum, non, *hauserat*, quod esset, ad se traxerat. Causas enim explicat, cur Rubico solito esset aquosior, longos imbres, & nives Alpinas.

20. 14. 231. *Vicinumque minax invadit Ariminum, ut ignes*

Solis Lucifero fugiebant astra velito] Pro *U*, posuimus ut, connectendæ conclusionis sententiæ. Neque tamen refrager, si quis & hanc voculam ejiciat, scribatque Græca terminatione *Ariminon*, ut infra *Auximon*, & *Rhegion* apud Ovidium.

21. 21. 257. *Victo jure minax jactatis curia Gracchis*] Tenue nimis hoc, jactatis, cum trucidati fuerint uterque, itaque Peiraredus levi mutatione scribit, *malctatis*.

23. 15. 313. *U nomina vana Catonnes*] id est, Cato & ei similis. Male qui aut *Catonis* aut *Catonum* scripsere.

23. 21. 319. *Ac jussam servire famem*] Amplius erat quod dicebat Clodius, non propter famem scriptam esse legem, sed ut lex scriberetur factam famem. Vide Plutarchum Pompejo.

24. 7. 325. *Et docilis Syllam scelerum vicisse magistrum*] A Sertorio sumptum hoc dictum, qui Pompejum appellabat Syllæ discipulum. Docet Plutarchus.

24. 22. 341. *His saltem longi, non me duce, præmia belli*

Reddantur.] Vera hæc lectio. male vulgata, *cum duce*. Accipiat miles

præmia vel alio imperatore. cui convenit quod sequitur: *sub quolibet*.

15. 2. 349. *nec numina desunt*] *Melius* manuscriptus nobilissimum fratrum Puteanorum, *acerrans*. Est enim sperantus. Muxarunt quibus insolita ista Syllaæphe.

15. 16. 363. *Dum moriet hic calidus spirantia corpora sanguis*] Ex Empedoclis sententia, quam & Virgilius sequitur:

U vitam multo cum sanguine fudit. Et alibi:

Vna eademque via sanguisque animusque sequuntur.

16. 13. 347. *Elaasque alte quacumque ad bella vocaret*

Promisere manus] *χαρπολοvia* militaris.

16. 23. 396. *Castraque qua Vogesi curvam super ardua rupem*] Non *rupam*. Moas enim Vogesi, & in monte castra. Vide Tacitum Historiarum primo. Rupem autem pro monte dicere, frequens Poëtis.

17. 1. 404. *Finis Hesperia promotio limite Varus*] ita legendum, pro *milise*, quod ex conjectura monueramus, firmat is quem dixi maonscriptus Puteanorum. Mutatio eadem sæpe occurrit in Frontini libris. Rem sic esse docet Strabo initio libri quinti.

17. 18. 421. *Claudio Tarbelliæ equor*] *Ancon* emendat magnus Scalliger.

17. 20. 423. *Suessones in armis*] Notus Gallix populus, Sueffiones Cæsari. Vestigia vocis manuscripti præferunt *Sexones*, vulgo *Axones*, male.

18. 9. 436. *Pidonnes immunes*] Quoque hos versus manuscripti omnes non habent. itaque omnino adducor ut adsectitios credam.

18. 10. 437. *Turonas*] ita posuimus ex manuscripto quo usus Carterus, in quo *Turonos*, quamquam non nescio apud Tacitum legi *Turonior*. Sed *Turonos* semper Cæsar, quem secutus, puto, Lucanus. Eiusdem manuscripti fide nunc versum illi *In nebulis præ* posuimus, aliquo nunc sensu, qui nullus alias.

18. 12. 439. *Anans*] Malim *Andis*. nam plurale est *Andes* apud Cæsarem.

18. 13. 440. *Genabas*] Eadem urbs que

qua Genabum aliis, ut facile genera mutatur in peregrinis vocibus. ita autem rescriptimus pro Menabus.

19. 8. 457. *regis idem spiritus ar-
tus*

Orbe alloquitur Servius ad Georgicōn 1, atque congruere cum philosophis, qui recedentes hinc animas illic alia corpora ajunt fortiri.

19. 14. 462. *ignavum reditura parce-
re vite*] Appianus Celtico: Γερμανοὶ
θανάτου καὶ ἀφρονῆτι δὲ ἐλπίδα ἀνα-
στάσεως.

22. 22. 590. *confectas flammae Lati-
nas*] sic & Cicero saepe tum in oratio-
nibus, tum in versibus, subiciens vo-
cem facile intellectu, *serias*.

23. 13. 566. *crinisque rotantes*

*Sanguinei populi ululavunt tristia
Galli*] Fuerat *Sanguineus*, mutavi-
mus, & mutationem nostram probant duo manuscripti ex Bibliotheca, quam magnus Thuanus nihilo minori filio reliquit: regionum quoque unus. Non enim crinis sanguineus, sed ipsi

*Quos circumdemonuit gaudens Bellona
crucens.*

23. 27. 530. *Et medio visis consurge-
ve Campo*

Tristia Syllani cecidere oracula manes] In campo enim Martio sepultus Sylla. Vide Appianum & Plutarchum. Sic Marius, de quo fuit sequentia, ad Aulienem sepultus.

24. 9. 589. *Monstra jubet primam,
qua nullo semine discors*

Prosulerat natura, raris] Dubitavi an, nullo semine, quasi sponte nata dicat, an, *nullo semine*: ut melius cohæreat illud *discors natura*. Adduxi locum Aristotelis de Gen. Anim. lib. 1v, cap. 1v: Δημόκριτος ἔφησεν γίνεσθαι τὰ τέτρατα διὰ τὸ δύο γόνους πέντε. Adde jam alterum locum Problem. Sect. 1: τὰ τέτρατα γίνονται ἰπυλλάτων ὄντων τῶν σπερματίων ἀλλήλοις καὶ συγγενομένων. Et tertium Plinii lib. 11: Inse deciduis verum omnium seminibus innumera, in mari præcipue, ac plerumque conspiciunt monstrifica signantur effigies. Quæ Aristotelis & Plinii plane illud *nullo semine* confirmant.

24. 13. 593. *Et festo purgantes nar-
ria mistro*] Amburbialibus hostiis. vide Festum.

24. 13. 598. *Trojanam soli cui fas vi-
disse Minervam*] Servius ad 11. Ænei-

dos: quod colitur brevis est, & laet, sicut Palladium fuerat.

24. 21. 601. *Es doctus volucres au-
gur servare sinistras*] Et servare, vox auguralis, & sinistra auspicia felicia à *siendo*. vide Festum.

24. 22. 602. *Septemvirque epulis festis*] Recte me hoc repoluit pro *festus*, docet MS. P.

25. 1. 604. *Es sollemis apicem gene-
roso vertice flamen*] per *pluivum* fusile circa medium virga emittente,

ait Servius ad 1x Æneidos.

25. 3. 606. *dispersos fulminis ignes
Colligit*] *dispersos ignes in unum redigit*, ajunt Scholiastæ ad Juvenalem & ad Persium.

25. 4. 607. *Et terra mæsto cum mur-
mure condit*] Mæsto cum murmure, id est, tacita ignorataque prece, ut ait ad Juvenalem Scholiastæ. Condere autem vox huic rei propria, sepelire dixit Horatii interpres, infra terram abscondere Scholiastæ ad Persium, qui addit, ut id fieret, fulmina in lapides transfigurata, id est, lapides sumptos pro fulminibus.

25. 5. 608. *Daque locis nomen*] Neiope ex cœli regionibus. Cicero: *Calis fulgura regionibus raris temperant*. Plinius lib. 11: *In sexdecima partes cœlum eo respectu, (nempe fulminum) dividere Thusi.* Numina autem fuisse auguralia iis regionibus, Servius nos doceat ad Eclog: 1x *Augures designant spatia lœvo, & eis dant nomina, ut proprie prima pars dicitur antica, posterior postica.*

25. 14. 617. *Atque iram Superæm
raris quaesivit in exitis*] Siguanter *raris*. Est enim vox propria exuspicio Seneca Oedipo:

*Nec fibra vœvis raris pectoribus
posset
Ciere nomen.*

Virgilius 11 Æneidos:

*In flammam jugulant pecudes & vici-
særa vicis*

Eripiam.

25. 18. 621. *venasque minaces Ho-
stis de parte videt*] id hostile latus in exitis Senecæ Oedipo, inimici pars Ciceroni lib. 11. de divinatione. contraria pars familiaris Ciceroni ac Livio.

25. 24. 627. *Ecce videt capris fibra-
rum invescere molem*

Akeriva

Asterius capitis] τῷ ἀσχηπῶτι. Est vox capitis eodem sensu apud Ciceronem secundo de divinatione, Plin. lib. 11. cap. 37. & lib. 23. cap. 2. Livium lib. 8. Sed nota eadem, eademque significatio in Oedippo Senecæ:

*Ac semper omen unico imperio grave,
En capita paribus bina consurgunt
toris.*

27. 10. 679. *Edonis Oxygio decurrit plena Lyao*] ita legit Servius, atque esse οὐροδῆν. At summe eruditionis Salmastus in Plinianis exercitationibus vult legi *Odonis*, quia apud Periegeten Dionysium sicut ὀδονός.

28. 1. 631. *Quis furor hic, & Phœbe, doce, qua tela, manusque*

Romana nascem acies] Multo melius in MS. P.

quod tela.

28. 15. 693. *Lasso jacuit deserta furore*] ita legendum dixeramus, non *laxo* aut *laxso*. Probant quod diximus Manuscripti P. & T.

AD LIB. II.

28. 10. 4. **I** *Ndixitque nefas*] Verbum *Feciale*.

29. 3. 10. *Se quoque lenes tenens*] sic & de Deo Seneca: *Ille ipse omnium conditor ac rector scripsit quidem fata, sed sequitur. Semper parat, semel iussit: ex Stoicorum sententia. Idem alibi: Ordinem rerum sati æterna series rotat, cuius hæc prima lex est, stare decreto.*

29. 15. 21. *cum corpora nondum Conclamata jacem*] Conclamari solebat ubi ad vitalia lavanda devenitum erat. Hinc res perditæ, conclamant. Servius ad 11. Æneid.

29. 19. 25. *Oculosque ex morte ja-*
centes] ita manuscripti, non *simaces*, quod huic loco minime convenit.

29. 29. 36. *Invidiam saltura pa-*
rens] Invidiam facere est in odium adducere: sic libi. 17.

Pompejo comisit ignis

Invidia maiore delinax
Tervallianus de jejuniis: *Apud quas-*
dam vero colonias præterea annuo ritu
saxis velati, & cinere conspersi idolis suis
invidiam supplicem obijciunt.

30. 24. 60. *sansone novorum*
Proventu scelerum quarunt inter impe-
ret Urbis] Seneca epist. xv: *Hæc omnia*
pasi sunt pro regno (quo magis mireris)
alieno.

31. 8. 71. *Stagna avidi texere soli*
avidus est in MS. P. unde recte emenda-
davi,

Stagna nudi texere soli.

Sic lib. 111:

Et qua Pontinus via dividit uda pa-
ludes.

32. 2. 86. *Ingeni Superam prote-*
ctus ab ira] *Malueram, at ira*, ut plena
esset oppositio. Sed ab ira citat Ser-
vius ad 11. Æn. & explicat *voluntate*
numinum illis propicia, sed in nos iniqua.

33. 13. 119. *Vix te sparsum per*
viscera Babi] *Bæbolorum* unus à Sul-
lanis laceratus est: alter à Marianis
interfectus, non laceratus. itaque con-
funduntur duæ histæriæ.

33. 15. 121. *discessisse manus*] ita
posuimus pro *discepisse*, & postulat
sensus. ita Cic. off. 111: *cum terra*
discepisset. Infra l. 111:

Discessit medium tam vastes pectus
ad idus.

Confirmat hæc nostram emendationem
MS. P.

33. 17. 123. *Ora ferens miles festa*
rorantia mensæ

Imposuisti] *Valerius Maximus de cre-*
delitate C. Marii: idem caput M. An-
tonii abscissum lævis manibus inter epu-
las per summam animi ac verborum in-
solentiam aliquandiu tenuit.

33. 20. 126. *Te quoque neglectum*
violata scævola dextra] Imo *violenta*,
Marii scilicet. Neglectum vero, quia
dextram Scævolæ osculandam Ma-
rius non dederat. nam supra habui-
mus:

Ipse una salutis

Oscula polluta fixisse irementia dex-
tra.

Apud Florum locus similis: *Ancha-*
rius ipso vidente Mario confossus est,
quia sacralis scilicet: illam manum non
porrigeret salutanti. Plurachus Ma-
rio: *δὸς ἑσπασσάμενος μὴ προσήγε-*
ρον, μὴδὲ ἀνίστασθαι τοῦτο αὐτὸ συμ-
βολῶν ἢ ἀποσφάτιον ἐβύς ἐν ταῖς
ἑδοῖς. August. de civitate Dei. 111. 27:
In ipsius Marii oculis continuo serieban-
tur, quibus salutansibus dexteram porri-
gere noluisse.

34. 2. 133. *Mensoque homini quid fa-*
ta paraverit] Emendo ex consensu Ma-
nuscriptorum,
mensoque hominis quid fata pace-
rent.

id est, menso experimentis vite, quæ
summa

summa esset factorum distantia à maxima felicitate ad maximam miseriam.

34. 3. 134. *Iam quod apud Sacri cadere cadavera portum*] videndi de hac connexisque rebus Appianus bello civili, Vellejus, Plutarchus C. Mario, Florus, Breviator Livii, & scriptor de viris Illustribus in Mario.

34. 6. 137. *Romanæque Samnis l'ira Caudinus speratis vulnere Furca*] Samnites pertinacissimi adversus Sullam Romæ arma admovent, majus malum Romanis illatos se sperantes quam ad Furculas Caudinas olim intulerant. V. de Strabonem l. v. Frequens Poëtis populi nomine unitatis numero ponere. Alioqui si unus hic intelligendus esset, non is esset Damaspus, ut vult manuscriptus Scholiastes, sed Pontius Telsinus dux Samnitium eo bello, cujus hoc dictum nobis servavit Vellejus, nunquam defuturos raptores Italicæ Libertatis imos, nisi silva, in quam refugere solerent, esset excisa.

34. 11. 143. *Excessit medicina modum*] Hinc illud Claudiani ad Adriatum: *Excessit jam pœna modum*. de eodem hoc Sylla, Sruca dixerat: *Ingratus L. Sylla, qui patriam durioribus remeditis, quam pericula erant, sanavit.*

Ibidem: *miniumque ecusa est* *Qua morbi duxere manus*] contra quam mos peritis Medicis. Claudianus bello Getico:

Causis ingentes morbos, & proxima cordi viscera Pœonia tractas sollicita cura, Parcendoque secas, serpo ne longius ælio

Invocandus eat scilicet vitalibus error.

35. 17. 175. *cui vltima tristis Inferias* *Diarius, forsam nolentibus umbris*

Pendis] Nam Marius filium quidam non à famulo in id rogato, sed à dispositis in hoc hostibus interemptum narrat. vide Vell. l. i.

36. 8. 194. *cunctos simul ense recipos*] Fuit hæc nostra conjectura, pro receptos. sed tutius manuscriptos sequi, qui habent, *recepto*, id est in corpora admisso.

36. 11. 197. *Et misera macularis ovilia Roma*] ita vorabantur septa in Campo Martio. vide Servium ad Ecl. 11.

36. 14. 200. *aut bellica clades*] *caedes* habet manuscripti duo.

36. 15. 201. *Nunquam pœna sui*] tot hominum mors morbis aliisque malis *èvidè* *μακρός* ante hac forte imputata est, at non suppliciiis. Seneca lib. 11. de ira: *In singulos severitas Imperatoris distringitur; ac necessaria est venia, ubi totus aerserit exercitus: quid tollis iram sapientis? Turba peccantium.* Alioqui, ut Sallustius ait, civitas vastatur magis quam corrigitur.

37. 3. 214. *nam sanguinis alii Vis sibi fecit iter*] Puro pro nam, scribendum debere. scilicet flumen obfessum cadaveribus, donec sanguinis rivi viam fecere.

37. 7. 218. *redcuntque cadavera campo*] MS. P. *redduntque*. recte. ut ad amnem referatur, ut & quod sequitur verbum *dividit*. Solemne autem Luciano est *que* ponere pro *sed*, & tacite transire de casu in casum. Sensus ergo est: Amnem non retinetur aut alvens aut ripæ, sed ipse exundans campo reddit cadavera, & mare dividit sanguine.

38. 13. 254. *mundique ruina Permissenda fides*] De obaratis loquitur, qui privatam inde suæ ruinam permittente publicæ cupiebant.

38. 24. 264. *quis poterit ab isto Ense mori*] Multo est efficacius quod habet MS. P. & R.

in isto Ense mori. sicut induere enses aliquis dicitur.

39. 3. 272. *minimas rerum discordia turbas*:

Pacem summa tenens.] Seneca epistola LIX: *Talis est sapientis animus, qualis mundi status supra Lunam, Semper illuc serenum est.*

39. 11. 280. *totam jam liberis orbe Solus Casar erit*] *Ἀσχύλος* *Προμ.* *ἐπιβήσῃ* *ἡ* *ἑστὴν* *ὑπὸς* *πλῆθῃ* *Διὸς.* *Ἐπιπιδ.* *24.* *33*

τῶν *ἐκπεσόντων* *ἢ* *ἄλλῃ* *πῶν* *πλῆθῃ* *ἢ* *ἑστῆν* *ὑπὸς* *Διὸς.*

39. 23. 292. *Compulsas genuisse manus*] ita manuscripti.

39. 27. 296. *morana Dacus ut clade Getasque*] scribende cum manuscriptis *Dacus*, ut *καπε* apud Poëtis. Nam *Daci* vox priorem producit.

40. 23. 323. *Ne sibi se viciisse putet*] sic emendavimus pro *Nec*. Rectam esse emendationem docent MSS. P. & T. Hæc quoque, inquit, justa causa est cur Pompejo militem, ut vel hinc intelligat causam agi non suam, sed publi-

publicam : & si eadem quæ Cæsar cogitat, eundem me ipsi futurum qui nunc sum Cæsari.

41. 1. 335. *conculsaque pedibus*] MSS. rectius *conculsaque*.

41. 4. 338. *Dura sanguis inerat*] Producit syllabam posteriorem vocis *sanguis*, ut & alibi : *sanguis ibi fluxit Achaus*. & Valerius Flaccus : *iussa sanguis exuberet ulna*.

42. 1. 359. *Tralala vetuit contingere limina plantsa*] citat Servius ad Æo. 11. *Translataque veras*. At manuscripti tres P. T. & regio non antiquior, *Tralala veras*. Quam lectionem in textum recipiendam censeo, ut matrona intelligatur, non pronuba, sed nova nupta. Velit consecratum est : unde nubentes puellæ limen non tangunt. Servius ad Æo. 11.

42. 14. 371. *Ille nec horrificam sancto dimovit ab ore*

Cæsariem] Plutar. de eodem Catone : *ὁ πρὸ ἰκρίνης ἢ λέγεται ἡ μίτρας μήτε κίτρα. λην ἢ κίτρα ὀδῶν, μήτε γένεια μήτε σφραγῶν ἐπιβήσασθαι. πένους ἢ καὶ κλίτρον καὶ ἐκρήνη*]. ἢ ἐπὶ ταῖς συμαρταῖς τῆς περὶ τοῦ ἐν ῥήματι νικῶντων ὁμοίως καὶ νικωμένων, ἀχρεὶ τολιῆς διαφουλάσσει.

42. 19. 377. *Vni quippe vacat*] Alii quos partim studia occuparant, non vacat cogitare de communi malo humani generis, & hoc serio deplorare.

42. 30. 388. *Vrbi pater es*] *Vrbique maritus*] citat Servius ad xi Æneid. illud, *genetumque adsciveras Vrbi*, id est, propter urbem.

43. 15. 406. *Et junctus Sapis Iano*] Est in Strabonis libris Ἰσκαπῖς, sed *Sapis* hic habet MS. P. & K. A. Et sic scribit Plinius lib. 111, & ne quid de lectione dubites, Silius :

Hos Æfius Sapisque lavant.

45. 2. 440. *quod non teras*] Gandet hoc ipso quod vacuum non invenit Italiam.

45. 4. 442. *non perdat iter*] Perit iter Cæsari in quo non vincit, ita infra :

Sic hostes mihi deesse nocet, damnumque putatur

Armorum, nisi qui vinci posuere rebellent.

45. 21. 459. *eum cesseris*] ita emendavimus, aut eum, concesseris.

46. 4. 470. *Deveritque acies*] A duce ad se avocat.

47. 15. 505. *torres*] Nam è turribus miscilia librabantur.

47. 29. 519. *civi*] vera lectio ex manuscripto. Romano homini maximum est supplicium, venia opus habere quod publica arma privatis prætulerit. Antea fuit, *cui fit*.

56. 3. 728. *Deservit*] ita scribi convenit, non *deservit*. Nullus enim sequitur accusativus.

AD LIB. III.

57. 10. 23. [*Ennupsi*] ita scribendum, non, *ennupsi*. vide Nonium voce *innubere*.

58. 16. 58. *Nescit plebes jejuna timere*] Ex eodem fonte prudentiæ illud Severi Imperatoris : *Miles non times nisi vestitus, calceatus, satus, & habens aliquid in zonula*.

59. 14. 85. *Et qua Pontinas*] Scribendum *Pontinas*. Est enim à Pometia, omnia vocalia.

60. 26. 125. *nisi sanguine sacro Sparfas, raptor, opes*] Alperlas tribunitio sanguine.

61. 23. 150. *Ocyus avertans divi mala emina belli*] Abeant in rem malam ista belli irritamenta. Ante *avertans*, incongrue.

62. 13. 165. *ultima gazæ*] Novissima præda de regibus parva.

63. 1. 180. *Sella*] sic scribendum ut apud Plautum Clerumeoce, Terentium Adelphoe, apud Ciceronem V. Verrina Tanephoræ, apud Gellium. Italæ, in Germanico arctæ. Σάλλοι sunt Homero, Straboni, Stephano.

63. 3. 182. *Exigua Phæbea tenens*] cum veteres editiones habeant *Præbea*, probò doctissimi Gronovii emendationem *Præbea*. vide ipsum capite 111. observationum.

63. 4. 183. *Tresque petunt veram credi Salamina curia*] vera Salamina illa prope Athenas, opposita ad eam quam in Cypro coodidit Tencer, quæ a vulgus Horatio. Tres autem navis parum præ vetere copia. Nam in bellum ad Trojanum tredecim miserat Tulliano. Hoc dicit, olim ingentes classes exhibuit Athenis, nunc pars inde sumpta, more dilectus, totam urbem exhausti, & Salamiois nomen antiquæ illius, non Cypriæ, servatum in tribus navibus.

63. 10. 189. *Enchella vechi testas*] *sed funera Cadami*] vide Apollodorum lib. 111.

61. 11. 190. *Colchis & Adriacas* [Ispanias Absyrtis de undas] Tolle comma, & scribe *Absyrtis*, quomodo id nomen Plinio scribitur 111, 26. Nec aliter apud Strabonem & Stephanum. Hæc autem Ablyrtis Colchis, id est, Colchica vocatur, quia Medea, & frater ejus Absyrtus ibi læceratus, ex Colchis erant.

61. 12. 191. *Et Penei qui vira colunt*] Putavi delendum *Et*, quia relictus casus est *πηνός*; non *πηνός*; sed etiam *Georgicōn 19*, *Penei* esse dissyllabum notat Servius. Virgilium ergo secutus Lucanus duram contractionem aut abscissionem fecit.

63. 14. 193. *Inde læcessitum primo mare*] Præferam quod in MS. P. est, unde læcessitum.

64. 6. 207. *Qua celer crebris descendens Marsyri ripis*] & relictis mavult Salmastius.

64. 24. 225. *Perseque Tarsos*] quia à Persei talaribus nomen habere Græcis creditur.

65. 19. 244. *Duri populus nunc cultor Amæni*] Emenda ex MSS. P. & T. non *culior*. Hoc dicit, Amæon ita durum esse ut habitari possit, coli non possit. Est ejus montis descriptio, tum apud Geographos, tum in Ciceronis epistola ad Caionem.

65. 21. 246. *Coastra*] Melius *Coatre*. MS. P. & R. recentior. Populus est ad Mæotim, Plinio memoratus libro vi.

66. 1. 249. *Olostras*] sic quidam. Gens est Indiarum Plin. lib. vi, cap. 20. At quos vidi Manuscriptos habent *Orestas*. unde credas scribendum *Orestas*: Strabonē sunt *ὄρη*. Sed non mirum inutari vocales inter se longam & brevem. Sic *ὄρηων* & *ὄρηων*: *ὄρηων* & *ὄρηων*. Et in Edonis sylvolen à Luciano factam vult Servius.

66. 5. 253. *Æthiopiaque solum quod non premeretur ab ulla Signiferi regione poli*] Servius ad vi. *Æneidos*: Nulla terra est qua non subjaceat sideribus: unde peris acidit: Extra anni solisque vias. ut ostenderes xii signa in quibus est circulus solis. Significat autem *Mæotiorum Æthiopia*, ubi est *Atlas*, de quo ait Lucanus:

Æthiopiaque solum, &c.

66. 8. 255. *Quaque caput rapido tollit cum Tigride magnus Euphrates*] Salmastius ita tradidit, *Tigrim & Euphra-*

tem uno fonte manare in Armenia, qui per diversa euntes longius dividantur, spatio medio relicto multorum inillium. Ex eodem Tauri monte eos circa Armeniam oriri, tradit Strabo. Vide & Xenophontem *Anabaseos 19*, & Philostratum *vita Apollonii lib. 1, cap. 14*. Boëtius Sallustium secutus;

Tigris & Euphrates uno se fonte resolvunt.

Plura qui volet adeat Pliniana Salmastii.

67. 4. 276. *Nunc hunc, nunc illum*] Nunc enim Asia nunc Europæ largius indulget.

67. 74. 286. *Descendit Perseus*] omnino legeudum *Xerxes* ut in Manuscriptis. Nam & *Cyrus Persa* erat. Tres hic referuntur magnorum exercituum duces, *Cyrus*, *Xerxes*, *Agamemnon*.

67. 18. 290. *mistura ruina*] Præferendum *missura* consentiente manuscriptorum auctoritate.

69. 7. 328. *si non committitur illis*. *Arma, quibus fas est*] id est his qui putant sibi licere bellum gerere civile: sine quibus necessario bellum civile interibit.

69. 27. 348. *carpere Marsus*] ita substituius pro *Corpora*. verbum enim desideratur. Accedit prope ad nostram emendationem MS. R. recentior, qui habet *corpore*. MS. T. *aistogere*, quod glossema putem.

72. 2. 411. *Arboribus sumis horret inest*] utitur ad 1 *Æneidos* Servius, ut probet horrorem ad religionem pertinere. Idem ad *Abn. 11*, *commexsunt metus & religio*.

72. 23. 432. *Implicitas magno Casus terrore cohortes* *Vt vidit*] Recte *terrore*, non, ut alii, *corpore*. causam habes in his quæ jam dicta. Adde Virgilium,

læm tum velligio pavidos terrebant agrestes.

74. 11. 475. *armisque innexa priores* *Arma seruis*] de testudine oppugnatória hic agitur. Ejus hic mos, ut alii super aliorum scuta acclivis scandent. Tacius historiarum 111: *Innixa humeris & super ieratas testudines scandentes*. Et historiarum 19: *invasore vallum appositis plerique scalis: alii per testudines suorum: scandebantque jam quidam*. Quare MS. P. recte habet.

bet, prioris, dum & pro *innixa* scribatur, *innixa*.

74. 13. 477. *Qua prius ex longo nocuerunt missa recussu*] MS. P. & T. *recessu*, quod recipiendum. Subierant moenia, ita ut iam telis impeti non posset, sicut ante eminus impetebantur.

74. 21. 485. *Perpetuam rupis depresso milite cratem*] citat Servius ad illud 1x Æo. *armorumque resolvit*

Tergmina, addens armorum connexionem esse testudinem. Tacitus historiarum 111: *pondera Saxorum Vitelliani provolvunt, disjectam sicuti venique testudinem lanceis contisque seruantur, donec soluta compage scutorum exsangues aut laceros prosternerent.*

77. 8. 553. *pugnæque lucefcere*] ita rectius quam *capefcere*, ob id quod sequitur.

77. 13. 558. *Tunc in signifera residens puppe mastro*] in nave prætoria.

77. 19. 564. *percutta capta cohesit*] Emendatio est viri prælustis Iohannis Rutgersii, Regis Sueonum ad Batavos Legati, probata à MS. P. cum ante legeretur, *percutta & capta*. Naves invectæ in prætoriam Bruti cohæserunt, velut captæ, ipso ictus sui impetu. ita Curtius lib. 19:

In quarum alteram quinqueremis eadem concitata & ipsa rostro icta est, & illam invicem tenuit.

77. 26. 571. *multique perempti In rarisbus cecidere suis*] Ino lege cum MS. P.

nūllique perempti

In rarisbus cecidere suis.

Quomodo & à priori manu habuisse videtur MS. T. sensus est: De puppe ita prominentes pugnabant, ut qui caderent, non in navim suam caderent, sed in hostilem, vel in mare.

77. 27. 573. *crur altus in undis Spumæ & obulento coarctescens sanguine subitus*] Aute erat, *obulenti* concreto. Sed ita, ut nos, MS.

78. 30. 605. (*Discrevit mors sava viros*) omnino parenthetici hæc opus, quam visum est addere.

79. 2. 610. *Ausus Romana Craja de puppe carina*

Injettare manus: Sed cam gravia insuper ictus

Amputat] quædam interdum de historia ex affectu, at quia sic poëna melius fuit, immutat Lucanus, ut hæc. Nam Acilius Cæfariavus miles X. legio-

nis dextera amissa levam in Massiliensium navem injecit, nec prius destitit quam eam mergeret. Vide Valerium Maxim. l. 111, cap. xii. Est eadem apud Plutarchum historia.

81. 4. 674. *In pugnâ fregere rates*] Pro quibus pugnabant; ut acute notat Servius hoc loco utens ad Æneidos 11.

A D L I B. I V.

85. 21. 43. *Cædunt ense viam*] Cædendo viam sibi per invia faciunt.

87. 6. 78. *Quamvis crebra micent*] versus hic jam olim mihi suspectus fuit. Et certe deest in MS. P. & in MS. T. ascriptus deim manu recentiore.

87. 10. 82. *Et calo defusum reddidit aquor*] ita emendavimus pro *diffusum*. Aqua è cælo lapsa cælo reddidit.

87. 25. 97. *Non deest prolato jejune venditor auro*] simile illud quod de obfidio Catilini narrat Plin. lib. vii, cap. 57. & Frontinus, venditorem muris fame perisse, emptorem autem vixisse. Strabo: *ὁ μὲν πωλίσινας ἀπίθαιεν, ἰσάθη δ' ὁ πρῶτος*. Narrat idem dilerto suo more Val. Max. lib. vii, c. 6. ubi verba Lucanæ verbis paria: *evenit, ut ex his quidam murem captum ducentis potius denariis vendere, quam ipse lenienter famis gratia consumere velles.*

88. 26. 125. *noctes ventura luce rubebant*] longæ tenebræ adventante luce prælucim fugabantur, ea ferme facta quæ est diei illucelcentis primulum.

89. 8. 138. *Succisum curvare nemine*] Materiam quærere ponti faciendo.

91. 6. 186. *Classica det bello*] ita emendandum pro *dent bellum*. Cæsar classicum canere jubeat: tu ut audi: signa moveat: ne sequere: jam pax erit.

91. 12. 191. *venturi discrimen habent*] Loquitur, ut sæpe, tanquam ire presentis. Haslenns quæ facta sunt, excusari aliquo modo possunt: in posterum vero magnum imminet periculum, nam, nisi abstinetur à bello, omnes manifesto scelere contaminati necesse est. Pugnabant in cives jam non ignotos.

92. 12. 218. *nullo discrimine*] Ex illo Vii gilii:

*Tros Tyrusque mihi nullo discrimine
agesim.*

Hoc ne, inquit, orandus est Cæsar, ut vos sibi fervire patiarur, hac sola lege ne durius vos Pompejanos habeat, quam Cæsarianos suos? Nam alioqui, ut Tacitus inquit, recentissimus quisque fervorum & conservis ludibrio est.

92. 24. 230. *quod pro causa pugnatu
bitis æqua*] ita recte MS. Non alia causa vos hostibus ignaviores estis, quam quod iustum bellum geritis. Nam illos scelera obdurate.

92. 25. 231. *Sed veniam]* ita emendavimus pro *Es*. Est enim ἀνδροφονία.

93. 9. 245. *fecit nostra fides]* sic emendavimus pro *monstra*, quod sane monstro erat simile. adeo nullus inde commodus elici poterat sensus. Hoc vult: Potuerat bellum civile deorum & fati iniquioris videri culpa, præsertim si fortuita praelia ignotos ignotis implicuissent. nunc profecto nostra est, quia alter alterum uovimus, eiusque rei certi & nobis consilii sumus. Nam quæ aut ignorantia aut impetu fiunt, eorum culpa facile fato assignatur: quæ destinato καὶ ἐκ προνοίας aguntur, ea non ἀλόγημαλα sunt, sed ἀδικήματα.

93. 19. 255. *Agnoscis superos]* deos tibi faventes cognoscis, qui causam tuam non tantum felicem, sed & favorem faciunt.

94. 25. 283. *miscenda copia mortis]* ita quidam MSS. efficacius quam alii libri *miscendi Martis*. in Septimo similiter:

morteisque suorum

Permiscere meis.

96. 28. 350. *Consilii inimica tuis]* Tuis rebus, tuæ dignitati adversantia.

97. 1. 352. *nil facta moratur]* videmus hoc agere Mortuam, ut te Orbi imponat. nos ei moram injicere volumus.

98. 17. 397. *Et non deductos recipit
sua terra colonos]* Antequam deducerentur: quod non contingebat, nisi veteranis & victoribus.

98. 19. 399. *quod abest favor]* ita rectius MS. quam *patror*. Liberavit illos fortuna ab una maxima molestia, parvum studio. Vtercunque vicerit, feret facile, alteri parti ob Sacramentum verus, alteri ob recens beneficium benevolentes.

99. 2. 403. *in partes aliquid scilicet
Cæsaris ausa est]* Et hoc, ut alia quædam, de Lucano sumpsit Florus: *Aliquid tamen adversus absentem ducem ausa Fortuna est*. in eadem historia parte.

99. 5. 405. *Illic bellaci confusus gente
Curetum]* omnino cum MSS. legendum *Curiatium*. Curiatas vocat Plin. l. 111, c. 21. κυριατικὴ hæc pars Straboni.

100. 2. 420. *Namque ratem vacue
sustentans undique cuppa]* confer cum hoc loco similes Herodiani & Capitolini in Maximino.

101. 10. 459. *Restituit rupes cæstum
mare]* sensus erat commodus, nisi refragarentur manuscripti, qui *raptus* habent. Raptus igitur intellige rapinas, res ipsas raptas, corpora, naves, quæ pertracta ad has cavernas, deinde iterum evomuntur.

102. 1. 480. *aimsto occurrere fato]* Non ideo minor nostra laus erit, quod mortem nobis inferemus, quæ vitari jam antequam diu differri ob vim hostium non potest. Quamdiu enim victurus sit, nemo scit.

102. 8. 487. *metus hinc abest]* ita rectius quidam libri, quam *Ornatis abest*. Hortantis enim est oratio.

102. 10. 489. *Vt cum]* ita restitimus, pro *Aus*.

103. 8. 519. *Victurosque Dei calant
ut vivere durent*

Felix esse mori] vide locum Aristotelis quem adfert Plutarchus consolatione ad Apollonium, ubi hoc, velut arcanum, prodit Silenus.

103. 12. 523. *flexoque Visa temone
pariens]* Quod signum erat præcipitantis noctis. Anacreon:

μισοθνήσκεις περὶ ὄρα
σπίτι] ὅτι ἀπὸ τοῦ ἡδῆ
κατὰ χῆρον τὴν βόσταν.

104. 20. 557. *minimusque in morte
viretum est]* ita ex MS. restitimus. Autem fuit *minimusque*. Sensus hic: Minima pars fortitudinis erat mortem oppetere. in ipsa morte militariter pugnare, id vero plus erat.

104. 26. 563. *tum forte truentia
Fratribus incurrant frares]* ita scribendum, non, *incurrunt*.

105. 19. 585. *Inter semirusæ magna
Carthagine arces*

Et Clupeam] Locum *Aquillariam* vocant Cæsaris commentarii. sed in manuscripto Lucani Scholiaste scribi video, *Antiquilla* 147.

106. 9. 599. *Hoc quoque tam vastas cumularit mune: e vires*

Terra sui foetus] Quid verè in hac fabula lateat, qui scire volet, consular Solinum cap. xxiv. quæque ibi ex Hieronymo & ex Eusebio adfert Salmasius.

108. 3. 655. *Sed majora dedit cognomina collib:io istis,*

Pænum qui Lasiis revocavit ab arcibus hostem

Scipio] vocatur enim locus castra Cornelianæ.

108. 16. 669. *Excivit Libya genis*] omnino rectius *Libya gemet*, ut sit expolitio ejus quod præcessit, *regis vires*, & cohæreat cum sequentibus.

109. 17. 693. *Sceptivi fructum putat esse veneni*] Retinuisse regnum vel ob hoc gaudet, ut Curioni possit malefacere.

110. 6. 705. *Eripe consilium pugna*] sic nos emendavimus, cum legeretur *pugna*. Probat MS. P. etiam MS. T. manu secunda. Sequentia quoque aliter quam habebat distinximus. Vult enim à vacuo milite expendi causarum iusta, ducum merita: Vbi in acie steterint, hæc cessare.

110. 20. 719. *metuens incantus ab hoste timeri*] Improvisus hosti hæctenus, hoc solum timebat ne ab hoste timeretur, atque ita prælii negaretur occasio. Sic Latinius Pacatus: *Quo quidem tuis maxime gaudebas exercitiis, cum se videres ulro laceßi, qui nihil magis timuerat, quam timeri.*

110. 25. 724. *cauda solertior hostis*] Ichneumon cui internecium cum aspide bellum intercedere, ait Plin. l. v. 11, c. 24. & modum gerendi addit: *in caudam attollens istius irrisos adtersus excipit, donec obliquo capite speculatus invadat in fauces.* Adde Nicandrum, Strabonem, Oppianum de Venatu.

111. 17. 745. *proiecit in agros*] napsi probem, quod est in MSS. *deje.it*, ex colle scilicet in planitiem.

112. 24. 750. *Densaturque globus*] citat Servius *densaturque*. Et ait humiliter scriptum Virgilio: *Extremis addensens aciem*, secunda conjugatione, quod apertum ex Lucretio:

quia se condensat air.

Quod autem idem Servius in fine hujus versus relicto habet pro recluso, aut

memoriæ ipsius, aut exscribentis est culpa.

113. 19. 809. *Quam vindicta placet*] Tacitus: *Nec unquam atrocioribus Populi Romani claudibus, magisve justis iudiciis approbatum est, non esse cura deis securitatem nostram, esse ultionem.* Vide & Ciceronem 111, de natura deorum, ubi de Cinna Sermo.

113. 20. 816. *Perdita tunc Urbi nocuerunt sacula*] id rectius quam *Orbi*, ob ea quæ præcedunt.

114. 3. 811. *Ius licet in jugulos nostros sibi fecerit ense*] Non improbanda hæc lectio: At MS. P.

Ius licet in jugulos nostro sibi fecerit ense

Sylla potens.

Quasi dicat, Romanos Romanis armis subactos, sicut alius dixit, provincias provinciarum sanguine viuci.

A D L I B. V.

114. 11. 4. *G* *Elidoque cadens Atlantis Olympo*] Cave illud *Atlantis* secundo casu accipiam. Significat enim ex occasu Virgiliarum mensem Decembrem.

119. 24. 134. *barbarica cum lampade Pytho*

Arfit.] Quo tempore templum Delphicum, cui Pytho nomen, à Brenno incensum est.

120. 3. 139. *Seu Pæon solitus templis arcere nocentes.*] Et hanc causam & alias quasdam apud Pitararchum habes libro cur cessaverint oracula.

122. 15. 208. *tum pestore variis*] Ita scribendum, non *fatis*. Post ille, id est Phœbus.

122. 16. 209. *exclusaque templis*] Melius MSS. *expulsaque templis*. ejecta vi numiuis.

122. 21. 214. *Stat nunquam facies*] Adfert Servius ad illud vi *Æneidos*: *non color usus.*

122. 23. 216. *Terribilis sed pallor inest*] Pallor est non terræ, sed terrenis.

123. 2. 226. *subsidere regnum*] Servius ad v *Æneidos*: *Subsidentes vocantur qui occisuri aliquem delinsecunt.* Et libro xi: *Subsedit adulter, dolo possedit.* Lucanus: *subsidere regnum Chalcidos Eubœæ.* Vnic & subsidentes dicuntur qui in insidiis carros intericimus, & hostium dolo subsessas vocamus;

124. 5. 254. *strictor, sed militis, en-*
fer] Enses qui stringuntur, videt esse in
militum potestate, non in sua.

125. 9. 290. *facinus quos inquinat,*
aqua] Imperatores Leo & Anthemius
in constitutione quæ est xxxi, Codice
Justiniano, de Episcopis & Clericis:
Et eos quos par factus coinquinat
& aquas, utrosque similis pœna co-
mittitur.

126. 1. 314. *disce sine armis*
Possè pati] Diu est quod loquendi ge-
nere hoc annotavimus in tragœdia Se-
necæ:

Inimane regnum est posse sine regno
pati.

Seneca pater controversia nona libri 11:
Patrem putas pati sine liberis posse?
& paulo post: *non possum sine te pati.*
& controversia decima libri ejusdem:
Potes sine viro pati. quod & in excer-
ptis legitur eodem modo. Ipse infra
Lucanus:

Es nescis sine rege pati.

Hæc omnia sunt uniusmodi.

126. 29. 340. *nunquam sic cura deo-*
rum

Se premis] ut Græcus dixerat:

τῶν ἄγων ὅδ' ἀπταρτος
βίος; τὰ μικρὰ δ' ἄς τύχην ἀνὰς ἰξ̄.

127. 21. 363. *disce ferire,*

Disce mori] Disce in pœna quod in
prælio usurpes, ferire & mortem con-
temnere.

128. 1. 389. *Ad scelus hoc] Ad occi-*
dendos eos qui pacem optaverant.

128. 9. 375. *Quas recipie Salavina*
palus] variant hic manuscripti: Sed
quam recipimus vera lectio est; Sala-
pia enim paludi nomen. Plinius
111, 2.

130. 15. 430. *Et primum] Melius*
MS. P. *Et primum.* Sequitur enim *mox.*
Et primum quidem, inquit, ferens fuit
veutus, mox elanguit.

131. 18. 459. *Palastinas uncis em-*
psit arenas] Est in Epiri ora Palæste.

132. 2. 474. *monsensque nepotis] Vellejus:*
Filius quoque parvus Pompeii
India natus, in ira breve spatium obiit.
At nepotum habet MS. P. An quod fi-
lia ante interisset? de ejus enim sexus
prole loqui videas Plutarchum & Dio-
nem.

132. 7. 479. *meditatus Leucada bello]*
Meditatus suum proprie bellum civile,
quod postea ad Actium gessit.

132. 15. 467. *venit*

Te Casar, non ire jubet] venit ad ami-
cos. Itur in hostes aut in vacua.

134. 3. 539. *Indocilis privata I. qui]*
Arist. 11 Politicorum 4, de Iafone Phe-
rxo: ὄς ἔκ' ἐπιζάμινος ἰδιώτης ἄρα.

135. 11. 572. *Cori verrent mare]*
conjectura vera ducentibus MSS. qui
nou. *venit Cori in mare, sed, Cori ve-*
niunt mare, præferunt. Virgilius
Æn. 1:

Ni faciat, maria ac terras calumque
profundum

Quippe ferant rapidi secum, verrant-
que per auras.

136. 10. 602. *vento cui concidat] ita*
MS. id est, succumbat.

136. 28. 620. *Menstriferos agit unda*
sinus] Plenos belluis.

136. 30. 622. *regnoque accessit terra*
secundo] Terra accessio facta est ejus
sortis quæ Neptuno obvenerat.

137. 17. 639. *nauta viare tremen-*
tes] neirpe si qui tu in mari erant.

137. 25. 647. *fluctusque evertere iur-*
perem

Non valet in fluctibus] Mutavimus di-
stinctionem, & colon duabus vocibus
posterius posuimus, sensu non constan-
te aliter. Quo minus fluctus quis ever-
tat navem, obstant fluctus alii. Probat
hanc interpunctionem MS. f. Etiam in
aliis MSS. eadem interpunctio. Sed
pro *fluctus* est *fluctum*.

138. 5. 655. *parva quem puppe se-*
dentem

Tam magno pectore maris] Imitatur Pa-
pinus, cum Chortebum hæc facit A-
polloni dicentem:

nigra quem tabe sinistræ

Quæris, inique, poli.

138. 15. 665. *Nesciat] Non, Nesciat.*
est enim optantis.

138. 18. 668. *Privatum, Fortuna,*
mori] Meo iudicio privatum inè mori.
quamquam enim sum & Dictator &
Consul, nihil tamen ista mihi sunt, qui
regiam potestatem speravi, nec ulla mi-
nere contentus esse possum. Hanc non-
dum adeptus, privatus mihi videor. Ita
in secundo:

Non privata cupis, Romana quisquis
in urbe

Pompejum transire parat.

Non privata, id est, regnum. Similis est apud
Plutarchum locus de Mario: ὑπαίθε
σεῦλον ἀνδράπων ἐπὶ τῆς ἀνηγορευ-
μαί. ὅ, σικοντὸς καὶ πλῆθον ἡρεῶτα

βασιλεύς ὁμῶς πολλὰς κικτημένῳ,
 αἰὲρ το τῆν αὐτῆ τύχην, ὡς ἰνδὶκῆς καὶ
 ἑταλῆς ἀν ἰπέδρα προκπονήσκων.

140. 13. 720. *Nudas aquilonibus
 undas*] Imo Nympharum ab austro
 uinum non est. Dicendum ergo, quod
 Servius ait ad 111 Æneidos: *Auster
 quiuis ventus. nam ad Troaciam Aquilone
 navigatur.* Sed nec sequentia
 cum Cæsaris conueniatis conciliet.
 Nam eo teste certo, Incredibili falci-
 tate Auster, qui per biduum flauerat, in
 Africum se vertit, non Boreas in Au-
 strum.

140. 20. 727. *mentes dominatur in
 aquas*] bonas, pias, faciles.

141. 7. 741. *nimiumque parumque
 Distulimus*] Bene explicat vetus Scho-
 liaſtes: *nimum ad belli rationem: parum
 ad effectum.*

141. 18. 752. *verecr civilibus armis
 Pompeium nullo viliſſimo committere
 damno*] Pudet me in hoc civili bello,
 quo omnes conjugibus ac liberis carere
 debent, lxtum ob uxoris præſentiam
 conſpici.

142. 1. 764. *ſorte frequenti*] Vulga-
 ri admodum ſorte, hoc eſt, diuortio:
 cum alioqui vere amantes mors ſola
 ſeparet. Speciem autem diuortii habet
 iſta ſeparatio. Ideo dicit *dimiſſa*, quæ
 vox diuortio conuenit.

142. 9. 772. *cum facias etiam nunc
 vota perſiſſe,*
Vt nolim ſeruire malis] Aliter hæc di-
 ſtinguenda huoc in modum:

ſecura videtur
Sors tibi, cum facias etiam nunc vota
perſiſſe? (vix)

*Vt nolim ſeruire malis, ſed morte pa-
 te ſequar ad Dianes, ſeriat dum iuſta
 vultus*

*Fama procul terras, vitam ſibi nen-
 pe ſuperſtes.*

Adde quod aſſueſcis fati, &c.

Dixerat Pompejus:

*Iuſior interea populis, & minor omni
 Rege late.*

Regerit Cornelia, quomodo fieri poſ-
 ſit, ut ipſa ſecura ſit, cum Pompejus
 ipſe eo loco poſitum ſe leuiat, ut mor-
 tuum ſe quam viuum malit. Nam &
 hoc dixerat:

*non nunc vita mihi dulcior, inquit,
 Cum cadet vita, lato ſex tempore
 conijmæ.*

Quomodo ergo, ait Cornelia, ego ſe-
 cura ero, cum tibi mors in voto ſit?

Deinde ſac me fatiſ fortem futuram,
 ut tibi ſuperſeſſe noliſ, tamen tamdiu
 ſaltem ſuperero, donec nuntius cladis
 ad me aduenerit. Iam vero & hoc
 ipſum inueto, ut fatiſ fortiſ ſim ad
 mortem capieſſendam, poſtquam à re-
 ſepoſita didicero te carere. Illud au-
 tem aſſueſcis, ſine erratum ſcriba-
 rum pro aſſuefaciſ; an hic, ut alibi,
 Hiſpanientis Poëta à puritate Latini
 ſermouiſ deſciverit, in medio relin-
 quam.

143. 20. 813. *caruiſſe timebat*] Me-
 timebat ne Pompeium non reciperet. At-
 qui recepit, ſed victum: quod pejus
 quam uon recipere.

AD LIB. VI.

144. 1. 3. *P* *Argue ſunus videre
 dei*] Sic Plinius ubi
 de Elephanto agit & Dracone, naturam
 ait ſpectaculum ſibi ac paria compo-
 ſuiſſe. Metaphora ab arena. Spectato-
 res & fautores dii: Arena Pharfalia:
 Par gladiatorum Cæſar & Pompejus.
 Sic alibi:

*ſed par quod ſemper habemus
 Libertas & Cæſar erunt.*

144. 15. 17. *Ephyraque mania ſer-
 uat*] Dyrrachium conditum à Corcy-
 ræis. Corcyra à Corinthiſ. Vide Sura-
 bonem & Thucydidem.

144. 22. 24. *Vndique præcipiti ſcopu-
 liſque vomuentibus aquor*] MS. P.

*nam clauſa profundo
 Vndique & illiſum ſcopulis remouen-
 tibus aquor.*

Pro remouentibus, rectius forte, re-
 vomentibus legas.

147. 7. 84. *Aduetioſ cum plena fe-
 rant præſepa culmos*] ſenſus videtur eſ-
 ſe, culmorum aridorum ſatis fuiſſe in
 præſepibus, ſed ab equiſ deſideratas
 herbas virides.

148. 24. 125. *Quam diuiniſi caſtellæ
 vocari*] Minuſſi cuiuſdam in hac hiſto-
 ria inueniſ App'ianis. Si id nomen re-
 ctum eſt, fecit & hic in ſecunda ſyſto-
 len Lucanus. Ita enim peccata poëta-
 rum ſolemniſ uox copioſa. At MS. P.
 & T. Nunciuſ habent.

149. 8. 139. *iam mundi iura pete-
 bant*] MSS. omnes *petebant*, ut ſenſus
 ſit: Iam aditos erat ad libertatem.

150. 3. 159. *An plus quam non-
 tem virtus daret*] An poſſet virtus iſt-
 quo loco & certamine, arpiuſ ali-
 quid

quid dare quam mortem: hoc est, an etiam victoriam dare posset.

150. 21. 187. *Percussum Scæva frangit, non vulnera, hostem*] Vel sola vox *frangit* repetita satis ostendit horum duorum versuum alterum vacare MS. T. ex prima manu versus duntaxat priorem habet: posteriorem ad marginem ascriptum. Contra in MS. P. annotatum est priorem versus abandonare. Puto hunc locum unum esse ex iis quos in secunda editione, ut fieri solet, mutavit Lucanus: & priorem versus prius scriptum: postea ejus loco substitutum alterum, hunc in modum: *Itaque hebes & crassa non asper vulnere mucro*

Perdidit ensis opus: frangit sine vulnere membra.

Est enim hoc acutius.

150. 32. 198. *Hunc aut tortilibus vibrata phalarica nervis*] Phalarica scribe, a falis, id est, turribus. Notar Servius apud Virgillum ostendi robur Turni qui talem hastam jaculatus sit. Sed ipsum vide. Locus autem hic Lucani ex illo Æneidos vi 111 de Bitia expressus est.

151. 8. 207. *Par pelagi monstria*] Et hoc quoque libri nonnulli agnoscunt. At MS. P. sic habet:

*in quem cadat, eligit hostem,
Sic Libycus densis Elephas oppressus
ab armis.*

Quod & ipsum puto esse ex secunda & meliore Lucani editione. Neque immerito repudiavit illud de pelagi monstria, ut alienum hoc loco.

152. 4. 232. *Non eges ingestis, sed vulvis corpore telis*] Adducit hoc Servius ad illud Virgilianum xi Æneidos:

Eduxit corpore telum.

Quo facilis possit perire, inquit.

153. 1. 262. *Infelix, quanca dominum virtute parasti!*] Ex Salustio qui Histor. 1. dixerat: *Victor exercitus, cui per tot labores & vulnera nihil preter evanescere quæsivum est.* Nec abit illud Dionis: *πολλὴν σπουδὴν ὤσασε ποτὰ ὑπὲρ τῆς σφετέρας ἐλευθερίας, οὐλοῦτο τῆς κατὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων δουλείας ποσέμνησι.*

153. 5. 267. *Aut lacus alii Montis adest*] id est adedit.

155. 10. 356. *Dant aditus pelago*] ino pelagi, ut habet MS. P. & R. A. Maris aditus erant interclusi.

156. 20. 356. *veteres ubi fabula Thebas*

Monstrat Echionias] Hoc vult, Thebas Phthioticas dictas a Thebis Bœoticis, ex eo quod Agæe ibi exilii sui sedem invenisset.

157. 3. 361. *Æas*] Variant MSS. Sed veram hanc esse lectionem doceat Strabo & Plinius.

157. 18. 176. *Defendit Titareus aquas*] Titiareus Homero in Bœotia, unde hæc fluminis sumptis descriptio: & ea quæ apud Plinium est in Thessalia.

157. 24. 381. *Pinguis Bæbicio*] Rescribe *Bebrycio* cum MSS.

157. 25. 383. *Mox Telegum dextra pressum descendit aratrum*] Citat Servius ad vi 111. Æn.

158. 18. 402. *Primus Thessalica rector telluris Itonus*] Scholiastes Apollonii lib. 1: *Ἀρμενίδης ἐν τοῖς Θηβαίκοις, Ἀμφικλύων ὁ υἱὸν Ἴτωνος ἐν θρησολίᾳ γυννηθῆναι, ἃ φ' ἔ Ἴτων πόλις καὶ Ἴτωνίς ἀθηνᾶ. Itonis urbis meminit Homerus Bœotio. Apollodorus lib. 11. Montem Itonum vocant Strabonis libri MSS. Apud Plinium: *Auri metalla & constanter in Cadmus Phoenix ad Panchæum προίετη, ut alii Thoss. legam Itonus.* Cassiodorus lib. 111, epistola 31: *Æs enim Itonæ (scribe Itonus) Thessalia rex, plurimum Midas regnavit Phrygia repererunt.**

158. 25. 409. *ad Pythia*] Certamina scilicet, quorum præmium Laurus.

169. 23. 432. *Mouerat*] ita rescripti pro *Noverat*. Non enim vult Sexto cogitare artes magicas, sed implorasse eum τὴν νικησομάντειον, ut omnibus aliis divinationibus certiosem.

170. 1. 436 *licentia monstri*] Nihil tam licenter fingitur quod non illæ fuissent. Simile illud Claudiani:

*Sed quævis viciis miracula monstria
Ingeniteno generas vincturi carmine
mentes,*

Nil veris aequale dabunt.

170. 20. 455. *Pocula perficiunt*] Neque hoc præstant venea, sed sola carminia.

171. 11. 471. *turbante nos*] In tempestate malaciam faciunt: in sereno iratum mare.

171. 24. 484. *Prospeximque dedit*] Terra in medio obitaus vetat uno in loco videri supera cæli atque infera: quæ

quæ simul apparent, si illam è medio dimoveris.

172. 20. 505. *canu deprensa*] Lectio non mala & è MS. Sic Catullus: *Velut minima magno Deprensa navis in mari*. Sed cum Manuscripti quos postea vidi omnes *depressa* habeant, quid ut sequamur, ut vi de cœlo deductam significet.

173. 24. 538. *ubi servantur saxis*] Quibus in locis corpora non cremantur, sed conduntur, ut apud Ægyptios & Iudæos. Vide Tacit. Hist. v. sequentia sanie describitur conditis effluentem corporibus.

174. 3. 547. *Insertum manibus chalybent*] clavos ferreos quibus fixi qui in cruce pendebant: quod est *ἑρση-λδοθας* in Evangelio Iohannis x, 25. atque inde τῦπ. ἡλων ibi dicitur.

174. 6. 550. *quacumque jacet nudum tellure cadaver*] ita vinetianus pro quocumque.

174. 12. 556. *Nec refugis cades*] Hic verus cum sequente desit in MS. P. Forte & hoc ex emendatione Lucani aut Argeutarie Pollæ.

174. 16. 560. *quoties sceleris opus est ac fortibus umbris*] Vbi opus est cruentis umbris, ibi ipsa dat morti, quos suscitet.

175. 22. 597. *Certos ferre metus*] Paratus sum ferre quævis mala, dum certa mihi prius explorataque sint.

175. 26. 601. *Mors em tibi coge fieri*] Mors hic Dea, ut notatum Servio ad illud x Æn.

maclantes corpora Mortis.

Papinius:

In scopulis Mors sœva sedet.

175. 1. 605. *si fata vitæ moveres*] τὰ ἐκ τῶν συνουλιῶν. Vide Plutarchum de Fato.

176. 7. 611. *At simul à prima descendit origine Mundi*] τὰ ἐκ τῶν ἀλίων τὰ ἀναρχαίνα προηγουμένων. Vide Plutarchum dicto libro.

177. 1. 637. *trajecit gutture*] Cujus ipsa guttur unco trajecerat.

177. 19. 655. *vultusque operitur crina soluto*] MSS. P. & T.

vultusque aperitur crine remoto.

Haænus velaverat vultum crine. nunc eum nudat quo fit terribilior, nam sequitur:

Et coma viperis substringitur horrida nodis.

177. 27. 663. *Si me præsentem videri*]

me præsentem rescriptum erat in MS. T. quod probò.

178. 3. 670. *non spuma canum*] Cum hoc apparatu instrumentoque magico confer Ovidium Metam. vii. Scæcam Medea: Horatium Epodon v.

178. 10. 676. *Quæque sonant fœta re-
pefæta sub alise saxa*] Ætites.

178. 12. 678. *custos præiosa vipera
constrata*] Chelouites.

178. 25. 691. *planctus illisa can-
tibus uncta*] Hanc lectionem nostram probat MSS. omnes. Sonum inter alios illum dicit, quem fluctus edunt impacti scopulis. Et proprie hic ponitur planctus: ut, *plangunt litorea fluctus*.

179. 8. 702. *qui viscera sœvo
Spargit nostra cani*] Servius ad vi Æn. *Et quia de anima aiçturus est, bene facit ante Cerberi commentoracionem, consumptoris corporum. Lucanus: qui viscera sœvo Spargit nostra cani. Tunc enim anima locum suum accipit, cum fuerit corpus absumptum. Nimirum κίρσπον Græci dicti putant, velut κρῶν σόρπον.*

179. 9. 703. *repesitque fila serores
Fractura*] Rectum est *Tractura*. iterum netura fila, quæ semel absolveratis: id dicit, quia revocatura est cada-
ver ad vitam.

179. 19. 713. *modo luce fugata
Descendentem aximam*] citat & explicat Servius ad vi Æneid.

179. 23. 717. *noti modo militis um-
bra*] MS. P. & Th. & R. A. nostri modo *militis umbra*. recte.

180. 1. 724. *cui mortis munus ini-
qua*

Eripitur non posse mori] lege triquæ.

180. 18. 741. *qua se contagia pas-
sura*

Nolueris revocare Cerer] Contagia ciborum infernalium, malorum scilicet Punicorum acinorum. Apollodorus l. i. Ovid. Met. V. & Fast. iv. Serv. ad i Georg. ubi hoc Lucani loco vitur.

180. 21. 744. *an ille
Compellendus erit*] Papinius:

*Scimus enim & quicquid dicit neçiqwe
simocis.*

Et quæ sequuntur lib. iv Thebaidos, ubi similis νερομυνητεια describitur, ad quem locum videndus Scholiastes vetus.

181. 12. 759. *Iam morientis erat*] ita legendum ex MS. opposita sunt non-
dum & jam.

182. 6. 784. *iristes felicitibus umbris
Vultus erat*] Hinc illud Papinii in loco
simill Thebaidos 19,

*Marens Argolici dejecto lumine ma-
nes.*

Et quæ sequuntur.

182. 9. 787. *Syllam de te Fortuna
querentem*] Nunc primum post mor-
tem, qui in vita fortunam adeo obse-
quentem habuit, ut Felix ideo dicere-
tur. Queritur autem Sulla ob prostra-
tas partes Patricias, quas ipse foverat.
Simile est illud Taciti: *Curam videtur
Sulla suscepit; neque tamen dedicavit.*
(de Capitolio sermo est) id solum fel-
licitati ejus negatum.

183. 11. 810. *abluit unda*] *alluat
unda* MS. P. rectius.

183. 15. 814. *Siculis genitor Pom-
pejus in arvis*] oris MS. P. quod rectum
puto. *unsais* habet MS. R. A.

183. 18. 817. *Europam miseri
Libyamque Asianque timere*

*Distribuit tumulos vestris Fortuna tri-
umphis*] Martialis v:

*Pompejus juvenes Asia atque Euro-
pa: sed ipsum*

Terra regit Libya, si tamen ulla regis.

*Quid mirum toto si spargitur orbe?
jacere*

*Vno non poterat tanta ruina loco. Pe-
tronius:*

*Et quasi non posset tot tellus ferre se-
pulchra,*

Divisa cineres,

AD LIB. VII.

185. 11. 28. *Vnde pares somnos
populi*] Est optau-
tis, ut illud Syrosium, *Quis dabis? in
epistola Medæ:*

*Sed mihi tam faciles unde, meosque
deos?*

Seneca pater controv. xi: *Vnde talem
patrem? sensus est: Vti nam populo
Romano similis somnus contingeret, &
sicut in illum, ita ille te vicissim, vel
hoc saltem inodo aspiceret.*

185. 21. 38. *Injussus que puer*] sponte
sua, non imperio parentum, aut alio-
rum. Scaliger malebat, *Invesisique
puer.*

186. 9. 50. *Mortis vicina properantes
amovet horas*] MS. T. sic habet,
quomodo hunc locum emendatum vi-
deo ab eodem, cujus auct. & honoris &
amicitiæ causa memini, Rutgersio:

*Mortis vicina properantes amovet
horas.*

186. 17. 58. *Hoc placet & Superi*] sic
Martialis: *Hoc fortuna placet & Et Sta-
tius: placet hoc tibi fulminis auctor?*

187. 12. 79. *Si duce te jussu*] Non ju-
bente. Si tibi Senatus, non tu Senatui
imperas. Posses & jussu scribere, id est,
legitimo.

187. 13. 80. *Sis invis quicumque ve-
lins concurrere campo*] ino *velim*, ut ha-
bent MSS. loquitur autem Cicero non
ex sua tantum, sed & ex Senatus per-
sona.

190. 6. 156. *Et trabibus mixtis avi-
dos typhonas aquarum*] lege *Sithonas*.
Olympiodorus in meteoris: *ναύη* ὃ σι-
φωνα (vocat) δὲ τὸ δίκην τὸ σίφων. ὁ
ἀναστῆν τὸ ἕδωρ τῆ; ἐπιλάσσης. Plin.
11, 49: Ex eodem genere & in linguam
veluti fistulans nubes aquam trahit.

190. 14. 164. *Esque ad Thessaliam
Romana & publica signa*] *Α'ναφορὰ*
est. nam vox *signa* præcessit versu ante
quarto. Dicit autem illa signa fuisse
publica populi Romani, usque ad pu-
gnam Pharsalicam. Postea enim nulla in
Cæsare, nisi privata arma. Similis lo-
cus Taciti: *Postquam Bruto & Cassio
caesis nulla jam publica arma.*

190. 15. 165. *Admosus superis dis-
cussa fugit ab ara*

Taurus] citat Servius ad 1x Æn. addit-
que, *Quoties vicissim relucubatur,*
ostendebat se improbari.

191. 4. 176. *Ire per Ossaam rapidus
Bæcidea sanguis*] Variant in penultima
voce MSS. sed veram esse hanc lectio-
nem ostendit Homerus Boeotia, Propert-
ius l. 11, eleg. 11. Strabo l. 1x.

191. 5. 177. *Vultus tenebris miran-
tur apertos*] ino *opertos*, ut habet MSS.
confensus. vident alter alterius ora, sub-
bitis tenebris obducta.

191. 20. 192. *Augur*] Cornelius Sa-
cerdos Gellio. xvi, 16, Historiam ex
Livio, cui familiaris is Cornelius, nar-
rat Plutarch.

191. 27. 199. *Prospexit que polos*] Per-
spexit que habet omnes MSS.

192. 16. 217. *cornus sibi cura sinistra*] *Au-
tiquus geovitivus erat cornuis*, inde
contractum *cornus*. Et ita hunc locum,
ne quis errorem suspicetur, producit
ad 11 Æneida Servius. Sic & in Ara-
teis Ciceroni geovitivus à *gevu* est *ge-
nus*. sic & *reymicornus* dixerat Plinius
& Celsus.

193. 30. 244. *Casuram* ὧ φαί σενήτ
[*casuram* ὧ φαί σενήτ] ita reposuimus pro *sa-*
tu, sensu manifesto.

193. 27. 249. *Proflit hortando me-*
hor. fiducia vulgo] *Dubius* eras *spei me-*
tusque : *sed meum* *sympresso* *spem aperit*,
ut *qua* *uilior* *incisuris militum* *ani-*
mis. *Dux* *secum metnere omnia* *debet* :
coram milite nihil.

194. 6. 258. ὧ *emerito* *faciat vos*
Marte colonos] ita melius quam *emerito-*
is. *Hæc dies bello debellato colonos*
vos *facit*.

194. 11. 263. *Nulla manus belli mu-*
taio iudice pura est] λύσανδρῳ κουλ-
σας φιλοκλέα τὸν στρατηγόν, ἠρώτησιν
αὐτὸν, τίνα τιμῶν δίκην ἐκλήσῃ, τοι-
αῦτα περὶ ἑλλήνων συμμοιδικῶς τοῖς
πολίταις, ὅθι, ἔδαν τι πρὸς τὴν συμ-
φορὴν ἐνδῆς, ἐκίλευσε μὴ καλιγορῶν,
ὧν ἔδῃς ἔστ' ἀκασῆς, ἀλλ' ἐ νεκῶν
πράττων, ἅπερ ἄν ταχῆς ἔπικρυν.
Plutarchus hæc. At Tacitus tribuit Ci-
villi Batavo hoc dictum : *Fidelioris* *κτιο-*
ncm non reddi.

194. 29. 281. *Asperiusne moros,*
Romana potentia cuius

Sis ducis, aut etiam minimo tunc
saugine quisquam

Barbaris *Hesperius* *Magnum* *præponere*
rebus] *Minimo* *posuimus* *ex MS.* *non*
nimis. An externi vel minimum sa-
guinis impendere veliet rei ad se non
pertinenti? Sapiens sententia & multis
experimentis probata, quæ & ad sub-
ditos pro regnum potentia, non pro sua
salute aut communibus pugnantibus, pari
ratione extenditur. Demosthenes Olyn-
thiaca 11 : *μη δὲ οἴομαι, ὧ ἀνδρες*
ἀθηναῖοι, τοῖς αὐτοῖς φίλιππὸν τε χάρ-
ρην καὶ τὸς ἀρχομένους. ἀλλ' ὁ μὲν ὀ-
ξῆς ἐπιθυμῶ, καὶ τὸ ἴσο ἐξήλωκε, καὶ
προήρη] *πράττων* *καὶ κινδυνύων, ἄν*
συμῆ *τι παθῶν, τὴν τῷ διαπραξασθῶ*
τῶν, ἢ μηδὲς πῶπο! ἀλλ' ὧ μακί-
θῶν *βασιλεύς, δόξαν ἄντ' ἰδὲ ζῆν ἄ-*
φακλῶς ἠρμίνῳ, τοῖς δὲ τῆς μὲν φι-
λοτιμίας τῆς ἀπὸ τῶν ἢ μῆστ' κο-
πτόμενοι δ' ἀπὸ τῶς στραλείας ταύτης
τῶς ἄνω τε καὶ κἄτω λυπῶν], καὶ συν-
δῶς *ταλαιπωρῶσιν, & quæ* *sequun-*
tur. Idem in responso ad epistolam
Philippi : *μη δὲ οἴομαι, ὧ ἄνδρες ἀθη-*
ναῖοι, τοῖς ἡγεῖς χάρρην φίλιππὸν τε

καὶ τὸς ἀρχομένους. ἀλλ' ἐνεοῦσι, ὧς
ὁ μὲν ἐπιθυμῶ δόξης, οἱ δὲ ἀσφαλείας,
καὶ κἄτω μὲν ἢ ἔστ' *τυχῶν τῶν ἀνω-*
δύων, οἱ δ' ἔδῃ δόντων καλακίπρω-
τις οἴκτις τίκου, γονῆς, γυναικας
φθέρου καὶ καθ' ἐκείνην ἡμίραν κιν-
δυνύων ὑπὲρ αὐτῶν. Tacitus in oratio-
ne Galpaci : *Nisi si Gallos* *et* *Bri-*
annos, ὧ (*puiles* *idē*) *Briannorum*
plerosque *dominationi alienæ saugine*
commodantes, dicitur *iam* *hostes* *quas*
seruos, fide ὧ *affectu teneri* *pueris*.
Frontinus de Hispanis qui Pœno mili-
tabant : *Robustus* *quidem miles, sed qui*
alienum negotium ageret. Sic Lazi
apud Procopium Gothicorum IV.
διε δὲ ῥωμαῖοι μὲν, ἢ ἐ πακίῳ,
ἢ ἐ τῶν ἀναγκῶν προκινδυνύοντες
εἰς τὸν ἀγῶνα καίσταν. & quæ ibi se-
quuntur.

195. 20. 301. *Quone poli moui*]
Hic ne breue est, adjectio *superuacua*
ad vocabulum interrogatiuum. Sic li-
bro x :

quantomno tuuores

dæcne *gerit famulus* ?

Neque vero sine veterum exemplo.
Nam & Horatius in Satyris dixerat :

Quo -- ne malo necem percussa ?
sinore acorum.

Et mox :

illa *rogare*

Quanta ne.

Sic & apud Virgil. lib. xi *Æn.* *Asper*
legebat : Quone *nefas.*

195. 23. 304. *Cæsareus* [*prestate* *cri-*
cer] Plutarchus Cæsari hæc verba tri-
buit : *τῶτο ἰβνλήθησαν, ἐς τῶτο* *μα-*
ινάγκης ὑπήγαγον, ἴνα *Γαίῳ* *Κα-*
σαρῶ *ὁ* *μυζῖν* *πολίμης* *καλορθώσας,*
ἢ *πρόηκα* *μὲν* *τὰ* *στρατήματα* *κἄν*
τρεκάθην. Quæ Suetonius sic Cæ-
sar's verbis extulit auctore Aulio Pol-
lione : *Hoc* *voluerunt* : *tamē* *rebus* *re-*
his *C. Casar* *condemnatum* *essent, nisi* *ab*
exercitu auxilium *petissem*.

195. 25. 306. *Seytonum* *nefas*] Hoc
dicit ob quatuor legiones in Campo
Martio trucidatas imperio Sullæ, cuius
imitator erat Pompejus. vide quæ su-
pra libro 11.

196. 11. 325. *Ignoti* *juugulum* *tan-*
quam scelus *impures* *hostis*] lectio ex
MS. sensus : *Etiam si quis in adueta*
acie propinquum nullum iouenerit
quem

quem occidat, eadem ignoti cuiusvis tanto in beneficio accipiam, quasi mea causa parricidium fecisset. Narrat Tacitus bello civilium quod inter Vitellium & Vespasianum fuit, militem occisi à se fratris præmium petiisse.

196. 21. 335. *funesto in Marte locasset*] Erat in editis, *locasset*. Reposui *locasset*, id est, si quis locasset: quale: *In calum, iusseris, ibis*. Si quis vulgatum præfert, subaudiendum erit, Cæsar.

198. 18. 386. *metus hos regni, spes excitat illos*] ita distinctimus. Non enim quovis metu vult pugnasse Pompeianos, sed metu tyrannidis: at Cæsarianos contra tyrannidem sperasse.

198. 29. 397. *monumenta que rerum*
Patris destitit] vera hæc distinctio: Italix ædificia non ætas destituit, sed jacet culpa belli civilis. vide proœmium Pharsaliæ.

200. 5. 433. *Libertas ultra Tigrim Rhenumque recessit*] Quasi dicat, ultra terminos Imperii Romani. Sed cum infra dicat Germanis & Scythis concessam libertatem, veretur ne *Tanaim* sit legendum, quem ultra Scythiæ, ut trans Rhenum Germani. Ultra Tigrim certe Parthi regnabantur, non autem liberi erant. Itaque opponit Tacitus: *acrior Arsacis regno Germanorum libertas*.

200. 12. 440. *quid tempora legum*
Enimus, aut annos à Consule nomen habentes] Liv. initio lib. 11: *Libri jam hinc populi Romani res pace belloque gestas, annuos magistratus, imperia que legum potentiora quam hominum pervagam*.

201. 11. 462. *Inde manum spectant*] Multis è diversis lectionibus hanc concinnavimus. ubi propius hostem ventum est, aspiciunt quos petant vultus, quæ ipsi mineatur manus, quæ denique facturi essent scelera.

201. 20. 471. *Sed sensum post fata tua dens, Crastine, nostri*] Emendandus hinc Plut. apud quem hic procliv Pharsaliæ inchoat mendose scribitur *negariavds*.

202. 27. 504. *Nec Fortunam diu verumtæ pot pondera vergens*] Ex MS. est hæc lectio. *Vergens*, id est, librans velut dubio eventum.

204. 24. 557. *Similisque furoris*
Oestræm Bekonæ.

205. 20. 579. *qua viscera legum*] Emendatio est nostra, elegantior, ut fallor, metaphora. Ante *regum*. Atqui regibus nihil cum Senatu, de quo hic sermo. illi enim seorsum apud sua quisque auxilia.

206. 1. 584. *Torquataque nomina legum*

Sæpe duces summosque hominum] sensum feceramus commodum. Sed quid opus? cum sola interpolatione mutata nihil pejorem faciat Rutgerius:

Torquataque nomina, regum
Sæpe duces.

Nempe ut olim Agamemnon, Ἰπαιῶ γενέλιων.

207. 2. 607. *Successor Domitii*] Quia successurum se Cæsari in bellum Gallicum speraverat.

207. 18. 623. *qui peccata selæ Transmittant*] MSS.

quis peccata selæ Transmittat.

209. 7. 676. *fatisque probatum*
Te præserte mori] Miror MSS. omnes habere, *fatisque negatum*, quod rei contrarium. Forte scripserit Lucanus *rogatum*, ut allusio sit ad legum rogationes.

209. 24. 693. *Sic & Thessalica post se pars maxima pugna*] Major pars cladis Thessalicæ evenit absente jam Pompejo: ideoque illi non magis imputari potest, quam quæ post mortem ipsius acciderunt.

210. 5. 705. *crede deis*] Perpetuus in te deorum favor fidem tibi faciat, è duobus malis id tibi evenisse, quod erat minus. Minus malum est bello civili vinci quam vincere. Ni ita esset, victorem te fecissent dii, quos tibi bene velle dubitare non debes.

211. 6. 735. *Mare subaltis*] defatigatis.

211. 17. 746. *A. videtis rapiuntur opes. Nec plura locutus*] Scribendum ex fide MSS. *rapiuntur*. Nisi præcedis Pompejanos, iam illi rapient suppellectilem quæ in castris est, quæque nobis victoriæ jure debetur. Pro tribus postremis hujus versus vocibus prior Lucan editio habuit: *Sic milite jussu*, quod MSS. testantur.

211. 25. 754. *Impletur*] ita rectius quam *implevit*. Est enim in hoc versu expletus sensus.

211. 28. 757. *Ut rapiant*] Quamvis rapiant hæc omnia, non ta-

mea putabant præmia meritis responderi.

212. 2. 760. quod casta rapit] castra, non Romam.

212. 21. 780. aut cum defisset Agave] ita rescriptimus pro defisset. Non magis externati erant, aut Pentheus cum Agave fureret, aut ipsa Agave cum furere defisset, & scelus suum agnosceret. Probat haec nostram emendationem MS. P. Probat & secutus ut sæpe Lucani ἐννοήμα Papinius:

cum lapsa furorem

Vicis & ad comitum lachrymas expavit Agave.

Et alibi:

Pentheus iam fratris genitrix Cadmeia thyrifis,

Iam dimissa deo, pectusque adoverta cruentum

Insequitur planctu.

Quare & quod præcessit, cum fureret, est ἐπιβλήματα, & ex posteriori supplementum Agave.

214. 6. 819. caelo tegitur, qui non habet unquam] Mecænas, mollis ille, factis fortiter dixerat:

Nec tumulum curio: sepelis matrua reliquias.

215. 12. 856. Et stantes tumulos] Tam integros adhuc tumulos, quam vetustate collapsos.

AD LIB. VIII.

216. 4. 3. S Timulifque negantem] sic Statius Hercule Sarrentino:

& sacra negantia ferro.

Et 21 Thebaidos: atantem illi

Membra negant.

217. 5. 29. nisi summa dies cum fine honorum.

Affuit, & celeri præversis tristitia leto,

Vedecori est fortuna prior] ita postremum comma cum præcedentibus coherere fecimus. Sententia est, felicitatem, ni adsit matura mors, ludibrio fere homines exponere.

217. 12. 37. Flumineis vix iuta vadis] Navis non bellica, ac ne operaria quidem, sed fluvialis.

218. 3. 53. quid perdis tempora luctus? Non debes lugeodi tempora metiri confuineri. Dimes, cum jam sit quod lugeas. Victus maritus scilicet.

218. 14. 64. Non ultra gemisus] Non

ausæ palam lamentari, aut ipsum Pomp. veritæ, aut ne Corneliæ dolorem accedderent.

219. 6. 88. O utinam in thalamos invisi Casaris issem] Habet hanc Corneliæ orationem etiam Plut. in Pompejo, ut appareat ex historia desumptam. Et digna est tenuissimo ejus in maritum amore.

220. 17. 128. & mundi pomine gaudens

Esse fidem] Non sui causa gaudet, sed generis humani nomine; quod tam profligato sæculo fides aliqua superesset, ipse alioqui beneficio non usus.

221. 12. 158. stans adhuc faci] Cornelia stans facti, ut, æterni Martis Alanos.

221. 17. 163. nunc invia mundi Arua super nimios Soles, Austrumque jacentis] Male erat jacentis.

222. 4. 179. quicquid descendet ab arbore summa] Non, descendit. nam sequitur, feretur. Quare & mox, tendit in tendet mutavimus.

223. 15. 217. Et totum mutare diem] Aliud subire cælum, cujus dies aliter se habeat.

224. 1. 228. Phœbi surgentis ab igne Iam propior, quam Persis, eram] Distinctionem mutavimus, ut sensus sit, Propior Orienti eram quam Persæ ipsi.

224. 5. 232. Ex aquo me Parthus adit] sic Plinius de Parthis: Ad Scythias pertinent, cum quibus ex aquo degunt. Et ante de Scythis: Multitudo populorum innumera, & qua cum Parthis ex aquo degat.

224. 21. 248. Telmessidos unda] Variant nonnihil MSS. Sed vera hæc lectio. Telmessus urbs apud Plinium: apud Strabonem & Stephanum τελευσιδός. Est in confinio Lyciæ & Cariciæ.

224. 22. 249. Compensat medio pelagi] Duas has voces sequentibus ablatiis addidimus prioribus. Sunt enim opposita, medium pelagi, &, magnæ finis.

224. 24. 251. te primum parva Phaselis] Phaseli vocante casu MS. P. recitius. Haec alii Lyciæ, alii Pamphyliæ assignant.

225. 4. 259. parvisque Syneidis] legi debere Syneis monuit ad Florum pridem Salinasius, pariterque corrigendum

gendum Strabonem, ubi Συδῆ Σίω-
δος iuxta apud Stephanum, Ptole-
mæum, Acta Syoodica sub Meoa.

225. 5. 260. *Selinus*] Variat & hic
MSS. sed rectum hoc esse inoustrat
Strabo. Fluvius est Ciliciæ.

225. 31. 286. *Obliqua macula qui
sanguine regnum*] Sic Papius v The-
baidos: *obliquumque à saive genus.*

226. 1. 287. *Et Numidas coningit
avis] coningit* hic valet contagione
polluit.

226. 14. 300. *Assyria Babylona do-
mos] Assyria* pro Syria veteres di-
xisse, tum alii monuere, tum Strabo
lib. xvi. Sic Seneca Hippolyto:

quicquid Assyria tenus

Tellure Nerei per-vium rostris jacet.
Vt nos ibi legendum conieclimus.

225. 24. 310. *Excitosque ortus] Par-
thos, aliosque Orientis populos.*

227. 24. 338. *Chaldaos ensure foci]*
Igneum deum Chaldæorum.

227. 25. 339. *quid causa obtenditur
arvis*

*Libertatis amor?] cur libertatis tute-
lam belli causam dicimus, si externa
imperia pati possumus?*

228. 5. 350. *clades ut Parthia vi-
dicer ante*

*Hesperias, quam Roma suus?] clades
acceptas Pharalico aliisque procliis
prius Parthi vindicent, quam nos cla-
dem ad Carras?*

229. 11. 385. *Et gens quæcumque vi-
verum est*

*Bella gerit glactis] Parthos notat ut ef-
feminatos, imbelles. Sic rex Epiri
Alexander se in viros incidisse dicebat,
Alexandrum Philippi Macedonis filium
in feminas.*

229. 28. 402. *non ullos exceptos legi-
bus horret*

Concubitis] ita rescripsimus pro nullis.
Nullos horret concubitus eorum quos
leges interdicitur, ne marrum quidem.

230. 21. 428. *Thessalia] Non Thessa-
lia. Deest in proposito.*

231. 11. 450. *ne jura fideque Resve-
Etumque delum veteris sperar. civis aula]*
ita inulimus quam nec. Sensus est: re-
gnandi veteribus haud tuto credi: me-
liores esse reges juvenes.

231. 23. 462. *Inde maris vasti trans-
fuso vertitur astu] Eo mari quod Cy-
prum & Aegyptum iuxta fundunt.*

231. 24. 453. *Nec tenuis Casius no-
lino lumine montem]* Nullus hic lo-

cus Casio monti, qui post aliquanto
inemoratur. MSS. habent:

*Nec tenuis gratum nobilurno lumine
montem.*

Chinæram intelligit, montem nobi-
bus flagrantem, ut loquitur Plinius.

232. 17. 483. *Poshimus] ita ubique
scribendum hoc nomen, uon, ut aute
fuit, Photimus. Est enim Græcum πο-
συδῆ; apud Plutarchum, Appianum,
alios, non ποσυδῆς, quod & lex ver-
sum repudiat.*

232. 18. 484. *Ins Et fas multos fa-
ciums Ptolemæ nocentes] id est, parva
multos subduunt.*

232. 30. 492. *facere omnia seve
Non impune licet, nisi dum facis] No-
stra est emendatio, pro cum facis. con-
tinuanda enim scelesia docet, juxta
illud:*

*Per scelera semper sceleribus tuentia est
iuxta.*

233. 17. 510. *Thessaliaque reus] In
acculationes & querelas omnium illa-
psus per cladem Pharfalicam.*

233. 31. 523. *Tene mihi dubitas an
sit violare necesse,*

*Cum liceat?] ostendo necesse esse,
quia licet, quia possum. Neque enim
possem te laedere si Romanarum rerum
potireris. uunc, quia non potiris, ob
hoc ipsum necesse quoque est id fa-
ciam, ne videar tui tutelam suscipere.
Simplicior tamen sensus esset vocibus
transpositis:*

*Tene mihi dubitas cum sit violare ne-
cesse,*

An liceat?

Seneca pater: *Necessitas, magnum hu-
mana imbecillitatis patrocinium, quic-
quid cogit, defendit.*

234. 4. 528. *Tu, Ptolemæ, potes
Mundi fulcre ruinare,
Sub qua Roma jacet]* Sic Curtius l. vi:
ruina rerum eos subdere capita.

234. 25. 549. *si inermis tam claro no-
mine Magnus*

Casaris esse nefas] Ab ipso Cæsare oc-
cidi.

237. 15. 627. *ne cede pudori] Nete
pudeat, quod iussu pueri, decreto spa-
donum, manu desertoris occideris.
Non illis ascribenda mors tua, sed Cæ-
sari.*

238. 34. 676. *opera niles Romane
secunda] τῶν δευτεριῶν, partium se-
cundarum. A fabulis ductum. Ma-
jor enim Achillæ dignitas qui caput*

Pompeji gestavit, quam Septimii qui à se abicidum gestare ipse non potuit.

139. 27. 703. *cladesque omnes exegit in uno*

Servatiæ, quibus immunes tot præstitit annos] Recta lectio, ut patet ex oppositione. Opponitur enim unus dies infelix tot annis felicibus.

240. 14. 716. *Insansus Magni fuerat comes*] MS. P. *Insansus fuga*. unde scribere liceat:

Insansusque fuga fuerat comes.

241. 6. 741. *micere bulli*] ita MS. non, *fumere*. Dolet enim Cornelium ultimum marito officium subiciendi faciem non præstitisse.

242. 33. 795. *semetaria dextra*] Poëta est increpatio.

243. 25. 823. *Noxia civili tellus Aegyptia furo*] Propertius:

Noxia Alexandrea dolis aprissima tellus.

243. 26. 824. *Haud equidem immittis Cyrenaica carmine ualis*

Cautum, ne Nilus Pelusia tangeret ora Hesperius miles] Appianus de Gabi-
nio τὸ ὑπὸ τῆς τῶν Ῥωμαίων βουλῆς ἔθουσαν, ἐπὶ τῷ ἄνευ ψαφισμοῦ ἕς Ἀγυπτον ἐμβαλῶν ἐπὶ πολέμῳ, Ῥωμαίοις ἀπιστῶ νομιζομένῳ. ἦν δὲ τὸ Σιῦλλιον αὐτοῖς ἀπαγορευθῶν.

244. 8. 833. *Et quem tu plangere haurissem testaris Ovirius*] Ex Xenocratis dicto ad Aegyptios: οἷοι εἰ μὲν θεοὶ ἦσιν, μὴ Σερνῆαι αὐτοῖς· εἰ δὲ ἄνθρωποι, μὴ θεοὶ αὐτοῖς. Pari modo Xenophanes Eleates Græcis de Leucothea: εἰ μὲν θεὸν ὑπολαμβάνουσι, μὴ Σερνῆαν. εἰ δὲ ἄνθρωπον, μὴ θεῖον.

245. 14. 857. *Adverses*] ita recte MS.

245. 18. 861. *Hoc titulo Fortuna jaceas*] Fortuna quodammodo cum ipso Pompejo sepulta, cui semper adfuerat.

245. 21. 864. *Inclusum fusco venarantur cespice fulmine*] Thulco MSS. *Thulco cespice*, id est, aggestione facta ex Etrusca disciplina. Scholiastes ad Persium; *in usu sunt ut aruspices aludii ex Etruria fulmina transfigurata in lapides infra terram absconderent. Venarantur, cæcis bidentibus*, unde bidental dictus locus. vide interpretem ad Artem Horatii, & quæ nos supra cæca suam libri primi. Vide, & Festum

in voce Scribonianum puteat: ubi integri dicit quod hic est includi. Sopiri dixit Varro, ubi de Curio lacu agit.

AD LIB. IX.

247. 10. 27. *Ne servire timens*] quippe paratus mori:

τὶς ἐστὶ δῶλ. τὸ τῷ θανάτῳ ἀφρόνῃς ὄντος

247. 22. 49. *ac servas mercuri*] *Oppidum est Cyrenai-
cæ, contra Tænarum.* Meminere Strabo libro xvi. Plinius lib. iv. Solimus & Stephanus. Constructum autem cum masculino, quia illa in ὅς contracta sunt ex ἑὺς, ut ὀπῆς fuit ὀπίως. κεραιῶς κεραιῶς. ῥαμνῶς ῥαμνῶς, & additum olim χῶρ. Sic θυκῆς, θυκῆς χῶρ. Pari constructione in quinto dixit *quas avius Hydrus ὑδρῶς.* Similia sunt ποζῶς, σιποῦς, πιαρῶς, σιλανῶς, δεφῶς.

247. 24. 42. *In litus Palæure tunna* (neque enim equore tanium) Parenthesi necessario hic addidimus.

247. 26. 44. *Telatur Libye*] Ante fuit *Lybia, male.* Non Italia sola, sed & Africa testatur tutos portus Palinuro placuisse, & ab ipso dictos.

248. 27. 75. *jam flamma vescais*] Rectus MS. P. *vescais.* sequitur enim *vanescis.*

250. 21. 137. *gestata per urbes*] per *urbes* MSS. omnes: Alexandream scilicet.

251. 7. 158. *Evolutam busto jam nuntiantibus Iph.*

Et testuna limo spargam per vulgus Ovirius] *Misæ exorcistarum apud Aegyptios.* Eusebius in præparatione sic ponit: τὰ κέντρα τῆς ἰσίδ. ἐξφανῶ, τὰ μέλη. τὸ ἰσίδ. διμοκιδῆσιν τῷ τῶφῳ. Habet & Iamblichus vi. 5.

252. 3. 185. *buxeta Masimi*] Sic legendum: non *buxeta.*

252. 14. 196. *Quaque dari voluit, voluit sibi posse negari*] Vellejus de eodem hoc Pompejo: *potentia quæ honoris causa ad eum deferretur, non ut ab eo occuparetur, cupidissimus.* Et de eodem Dion: ὁ μὲν Πομπῆος πικρῶ ἐπόντων τιμῶν καὶ ἰδιότων προσελάθων. σιλῶσθαι ἐσπῶδα χι. τῷ δὲ (Cæsari) ἰδῶν ἱμιλῶν εἰ καὶ ἀπόντων ἕχου καὶ μισθῶν ἐπιλόγου, τὰς τιμὰς αὐτῶς ἐκὼν δίδοι. Cic. de Finibus 11:

Vt hadie est noster Pompejus, cui recte facienti gratia est habenda: esse enim, quamvis vellet iustus, iniquus poterat impune. Sic & epistola quæ Ciceronis nomine ad Octavianum legitur, Antonium Octavio conferens: *Ille ea rationem exorabat, qua volebat auferre: tu extorques.*

251. 15. 197. *sed plura rei censis Insulari]* Hoc verius puto quam quod nimis liberaliter de eo Vellejus: *Pecunia Tigranus, sicut Pompejo moris erat, redacta in quaestoris potestatem, ac publicis descripta literis.*

251. 16. 193. *invasit ferrum, sed ponere norat]* Consecutit & in hac re Vellejus: qui sic de Pompejo: *In appetendis honoribus immodicus, in gerendis verecundissimus, ut qui eos, ut libensissime intraret, ita finiret aequo animo, & quod cupisset arbitrio suo sumere, alicui deponeret.*

252. 25. 107. *Nec color imperii]* Cic. 1. iv, epist. 15, ad Atticum: *Amisimus, mi Pomponi, non omnem modo succum & sanguinem, sed etiam colorem & speciem pristinam civitatis.*

253. 5. 219. *Cum Tarcho in motu linguendi signa Catonis]* Fuerat Tarcho motus in vulgatis. At in MS. P. in margine ascriptum, *dimotus*: quod viam præcit ad veram lectionem *Tarcondimotus*. Ita enim nominatur hic Ciliicum princeps Ciceroni ad Atticum lib. xv, epist. 1, & Floro, ac Græce Dionii *ταρχονδημο*. Corrupte apud Casarem, *Tarcondarius*, apud Strabonem *ταρχονδημο*, apud Plutar. Antonio *ταρχονδημο*.

254. 9. 256. *Ergo pari voto gestisti bella, juvenis]* Eodem voto quo Cæsariani, pro domino, non contra dominatum.

255. 2. 280. *sciat ista juvenis]* Probo quod habent MSS. P. & T. scier, ut congruat cum dabit.

255. 21. 299. *Pœnaque de vicis sola est vicisse, Catoni]* Antea ubique fuit *de vicis*. Catoni autem habent & MSS. Cato non aliam, inquit, pœnam sumpsit de hostibus, præter ipsum vincere. contentus fuit sola victoria. id illi supplicii satis visum.

256. 15. 319. *Vt primus remis a Etum mare]* idem mare non male MS. P.

256. 23. 323. *& illaro conspexit litere pomium]* Scholiastes manuscriptus

videtur legisse *constraxit*. Sed & constringi, id est, interrompi mare non male dicitur, illatis eo arenarum aggeribus, quos poëtae litus vocat, quia à litore veniebant.

256. 33. 333. *Abstulit has ventis liber contraria volvens]*

Abstulit has liber, ventis contraria

259. 20. 415. *& litora fluxu Oceano fecere locum]* Malim, *flexa*.

259. 22. 422. *Arctos vario Aquilonibus imbes]*

Accipit] Hinc illud Papinii:

Cum Libya Boreas Italos niger attulit imbes.

260. 27. 451. *& liquidas è sorsine solvit in auras]* ita maluimus quam se.

260. 31. 455. *At non imbriferam]* Hic non-imbriferam vobis legi debet. Nubem enim non imbriferam vult intelligi eam quæ ex arenis constat.

262. 14. 499. *Incususque dies]* versus hic aliquos omisimus inepte ex loco inferiore repetitos: qui & in MS. deerant.

263. 9. 525. *Solus nemus extulit Ammon]* Male libri *abstulit*, aut *attulit*. Sola Ammonitis arbores erigit.

264. 29. 565. *Effudit dignas adytis è peltore voces]* Seneca pater contr. lib. 1: *Erratis, nisi illam vocem non M. Catonis, sed Oraculi creditis. Quid enim est oraculum? Nempè voluntas divina hominis ore enunciat. Et quem tandem antistitem dignitatem invenire sibi divinitas potuit, quam Casarem?*

265. 1. 568. *Aut sit vita nihil, sed longam differat aetas]* vita nihil est, id est, *ἀδελφορον*. Longam differat aetas, id est, producit. Aut potius, *longa differat aetas*. Longæ vitæ aetas differt, non bonitas. Cicero de Finibus 11 latius explicat quod hic breviter ex Stoicorum scito dicitur: *quæ bonum omne in virtute ponit, is potest dicere perficit beatam vitam perfectione virtutis. Negat enim summas bono afferre incrementum diem.* Et 111: *Stoici non videntur optabilior nec magis expectanda beata vita, si sit longa, quam si brevis.* Chrysippus dixerat: *καίτις καὶ τὸν πλοῦτον χερὸν ἔδιν μᾶλλον εὐδαιμονύτων, ἢ τῆς αἰῶν εὐδαιμονίας ἀπορωτέρας γινόμενης τῆς ἡμετέρας.* *Alibi: ἀγαθὸν ὁ χερὸν ἢ αἰῶν προσγινόμεν.*

γινώμεν. Libet illustrare hæc Seneca
cæ verbis. Is libro de breuitate vitæ:
*Quomodo fabula, sic vita: non quamdiu,
sed quam bene acta sit, refert. Idem
epistola lxxiiii: Non est virtus maior
qua longior. ubi & hoc nimis super-
bum, qualia Stoicorum non pauca:
Deus non vincit sapientem felicitate,
etiam si vincit astate. Et epistola lxxiv:
Vscunque fortuna se gessit, siue illi se-
ueltus longa conigit, siue citra seue-
ritatem finitus est, eadem mensura sum-
mi boni est, quamvis astat diuersa sit.
Et lxxviii: Scit tempore honesta non
erescere. Et xciiii: Longa est vita, si
plena est. Impletur cum animus sibi bo-
num suum reddidit. Unde hoc infert
egregium: hoc agamus, ut quemadmo-
dum pretiosa verum, sic vita nostra non
pateat multum, sed multum pendat.
Apu Curtium Alexander: Ea sum stir-
pe genitus, ut multam prius quam lon-
gam vitam debeam optare.*

265. 5. 572. Scimus, & hoc nobis non
alium inferet Ammon] Conueniunt
cum his illa quæ ad locum Epicteti:
Ἰπὸν μανικῆ ait Simplicius: παρὶ τῶν
τῶν ἐφ' ἡμῖν ἢ χρεῖα μανικίας. τίς τῶν
μανιστῶν ἢ χρεῖα τὰ κατὰ φύσιν ὀργί-
σθαι, τὰ δὲ παρὰ φύσιν ἐκκλίνειν. Et
πιος: ἂν τῶν θεῶν λέγῃ ὑπαγορεύει
δὲν πρὸς ἡμᾶς, ταῦτα δὲ ποιεῖν καὶ
μὴ ἰσχυρῶν. Arrianus 11, 7: ἕκ ἕχω
τὸν μάντιν Ἰσοῦ, τὸν ἄρκεῖ μὲν τὴν
βοῶν τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ.

265. 11. 578. Estne dei sedes nisi ter-
ra, & pontus, & aer,
Et calum, & virtus?] ita recte MS.
non, Estque. Vhanc alia dei sedes est,
quam vniuersam & mens sapientis? Hiero-
cles: Ψυχῆς καθαρῶς τόπον οὐκ ἐνώ-
τερον ἐπὶ γῆς οὐδὲ ἕκ ἕχει, οἷς καὶ δ
Πλάτων (συμφέρει) λίγων,

Εὐσταθίου ἢ ἑρολοῖς γάνυμαι τόσον,
ἄραρον ἄλυμνω.

265. 17. 584. Hæc satis est dixisse Iu-
ueni] Arrianus 1. 25: τί σοι ἰνδάλω-
μαι; δὲ θεὸς σοὶ ἕκ ἑντὶ (ἄλ.).

265. 21. 588. tolerare labores] uapo-
res MSS.

267. 2. 636. Hoc habet infelix, cuius
elis inuigilare, Medusa,
Quod spectare licet] Hoc unum est Me-
dusæ, quod impudice spectatur. Crisis
scilicet. nam vultum nepos impudens
aspexerit.

267. 12. 645. Ceteroque parens] lege
Ceteroque cum MSS. Apollodorus lib. 3:

φῶρεν δὲ καὶ κηλῆς φορέυαδες γοργόνες.
& libro 11: κηλῆς δὲ καὶ φῶρεν γοργό-
νων ἀδελφῶν. Heliodus Theogonia:
φῶρεν δὲ αὐτῶν κηλῶν γοργίας τέκε.

Deinde:

Γοργῶν δὲ αὐτῶν ναῖνσι πῆρην κλυτῶν
ἀσκευστο.

Unde & hoc apparet, genitor & nuptia
secundum aquis, utrumque de patre
Phorcō dicit.

267. 21. 655. Caloque timente Olimp
Phlegrao stantes serpente gigantes] Male
comma post timente ponebatur. cohæ-
rent hæc jam sequentibus. Quo tēp-
ore cælum gigantes timuit, auxit
ipsa montes, mutatis in saxa gigan-
tibus.

268. 17. 678. lunati vulnere fer-
ri] ita MS. Harpes descriptio, quæ fal-
cata.

268. 25. 686. si medias Europa scin-
deret urbes] ita MS. hoc est, transvo-
laret.

269. 22. 713. Pluribus ille notis va-
riatam pingitur alvum] περιπίκτων φο-
λιδίων dixit Nicander.

269. 25. 716. Ammodyes] MSS. re-
cte Ammodytes.

270. 5. 721. Parcas] Varlaux MSS.
sed vera hæc est lectio. Παρκῆς Aristo-
phanis, Hyperidæ & aliis.

271. 6. 748. quis spargere signa Au-
deret] MSS.

ne spargere signa

Auderet.

271. 19. 761. discere nulli
Permissum est hoc posse sisti] Id melius
putauimus quam dicere. Nohit que-
quam hoc scire, ne sitim uisum time-
rent. Et sic ut emendauimus habent
MSS.

272. 6. 782. Nix resoluta cadit] Mo-
llis quatuor cadit, ut cohæreat cum se-
quentur.

273. 5. 815. At tibi Leue] Vele ha-
bent MSS.

273. 10. 820. Scipite qua nigro vir-
gas mentia Sabinae

Toxica fasilegē carpunt maturna Sabai]
Scaligeri est emendatio. Ante fuit, Sa-
binae, incepte, cum versu altero sequen-
tur vox Sabai. Virgæ Sabinae, heibæ
Sabinae. Ouidio sæpe. Heibæ quauquam
dicebatur, arbutusnæ erant, quibus
Græcum nomen Βεράβους apud Plinium.

273. 17. 827. Quam segnis Scythica
strideret arundinis aer] Quam segnis sic
sagitta si jaculo serpenti comparetur.

273. 27. 837. *Quis calcare tuas me-
tuas Solpuga laevis*] Recte sic scribitur
& ἀναλογικῶς à solo puugendo.
Libri tamen quidam *Salpuga*, quomodo
Baticos pronuntiasse ait Plinius lib.
xxix. c. 4.

273. 30. 840. *Suspecta est miseris*] MS. T. rectius connectit cum superio-
ribus,

*Suspecta miseris in qua tellure jace-
bant.*

Vt sit trajectio, Lucano frequens: su-
specto miseris ipso illo solo cui incu-
babit.

274. 11. 853. *Iuvat aetheris ascri-
bere causas*] Eamus potius ad loca torri-
diora, ut caelo, non serpentibus, ino-
rem debeamus.

274. 23. 865. *Claustra petit munus*] *feris* habent MSS. quod efficacius, ab
oppugnantibus urbium tracta simili-
tudine.

275. 14. 888. *casus alicno in pectore*
vincit] Ipse in militum cordibus vin-
cit malum, dum constantiam ipsis aspi-
rat.

275. 15. 889. *nil posse dolores*] MS. P.
labores.

276. 24. 928. *nec dat suspiria cursus*
Vulneris, aut minimum patiuntur fata
tacere] Non, ut auct, dant, & haud,
ne dari negetur cursus, cum sit sen-
sus, celeritatem vulneris non permit-
tere Pnyllo ut respiret, aut tantillum
taceat.

280. 21. 1039. *lacrymas non sponte*
cadentes] De hoc fletu Cæsaris vide
Dionis verba cum his Lucani valde
consentientia. Nec dissimile quod post
narratam Agricolaë mortem de Domi-
tiano ait Tacitus: *Speciem samentem dolo-
ris animo vulnere pra se tulit, securus*
iam odii, & qui facilius dissimularet
gaudium quam inermem.

281. 12. 1063. *Acquisivique fidem*
simulacri fronte doloris] Pertuades te
sejio dolere, cum id vultu tantum si-
mules.

282. 2. 1088. *sciat hac pro cade ty-*
varonis

Nil venia plus posse dari] Curtius lib.
viii: *Ille factio impunitatem dedit,*
honorens denegavit exemplo.

AD LIB. X.

283. 2. 6. **T** *va profuit umbra*] Pom-
peji honori hoc dii de-

derunt, ne populi Romani esset Ægy-
ptus post ipsius mortem. Populi autem
Romani fuisset Ægyptus, nisi Cæsar
populo Romano imperium omne cum
libertate eripavisset.

283. 6. 10. *secunus*] Scribe aucto-
re MS. P. *secunus*, & refer ad urbem,
Alexandream nimirum, quæ Cæsaria-
nam se Poinpeji cade probasse videri
volebat.

283. 15. 19. *descendis in animum*] *Σῶμα* dictum, ut nos docent Strabo
& Suetonius Augustus. Apud Dionem
Severo *περπεραν Σήμα* legitur.

284. 8. 34. *fulmineque quod omnes*
Perceveret pariter populos] Plutarchus
de hoc ipso Alexandro: *ὡσπερ ἄσπερ*
φερομένον καὶ διατόνον, ἐπὶ δυσμάς ἐς
ἀνατολῶν. Et alibi: *τινὲς ἂν τις εὐκρίσθην,*
ἢ πυρὶ κροχονίῳ ῥαγίλῃ; Appianus in
præfatione: *ἐπὶ τῷ Ἀλεξάνδρῳ. μὴ γί-
θῃ τὸ καὶ πλῆθῃ καὶ ἰσχυρίᾳ καὶ τα-
χυεργίᾳ διακλύψασθαι ἢ ἰερχῆ,* καὶ ἄλλοι-
*γυ δὲν εἰς ἕπαρον καὶ ἀμίμητον ἑλθῶ-
σα, διὰ τὴν βραχυλίαν τῆς χεῖρος προσ-
έοικεν ἀτραπῇ λαμπρῇ, ἣς γὰρ καὶ*

διακλυθίσης εἰς πολλὰς σαρκαπείας,
ἐπιπλάσθον ἐξέλαμψεν τὰ μέρη. idque
præsignificatum Olympiadis somnio,
quæ Plutarcho teste videre sibi visa
εμπροσθεν αὐτῆς τῆ γαστρὶ κεραιούδου ἐπὶ
τῆς πληγῆς πολὺ πῦρ ἀνασθῆναι, αὐτῶ
*ρηγνύμενον εἰς φλόγας πάντῃ φερομέ-
νον διακλύθῃναι;* nec minus clare di-
vino apud Daniele viso & oraculo
viii, 5, & xi. ubi digna secula quæ
notat Hieronymus, Historiarum dili-
gens lector, parvis ferme notabilis
processus & exitus in Attica & Temir-
lano.

284. 17. 43. *invulsa qua totum ce-
perat orbem*] Alexander sicut se vivo
alium quam se orbis imperate passus
non est; quo illud spectat, quod ne-
gaverat caelum duos soles pari posse:
ita moriens quoque uni non reliquit
imperium, velut invidens alteri tantam
magnitudinem.

284. 18. 44. *nullaque hærede relicto*
Totius facti lacertanus præbuit verbes] *Curtius*:
sine certo regis hærede, sine
*hærede regni, publicas vires ad se quæ-
que tractavit.*

284. 26. 52. *Exigua secunda fuit*
provincia Pella] Parthia, quæ de
Cassii triumphavit, Macedonibus
paruit,

paruit, quorum oppidum Peila.

285. 3. 58. *Intulit Emathiiu ignaro
Cætere rebus*] Alexandrius. quia A-
lexandrea à Macedone conlita & dicta.
Pari metalepsi mox Pellæi muri ean-
dem urbem significant.

285. 5. 60. *Romano non casta malo*]
Properio dicitur

incesti meretricis regina Canopi:
In elegia, qua Mecænatius defletur obi-
tus, est:

*Hic modo miles erat, ne posset femina
Romanam
Dolentem stupri turpia habere sui.*

285. 29. 34. *simulacrum compta dolo-
rem,*

Quem decuit,] ita rectius. alii habent,
Quam.

287. 2. 117. *ebenus Marcotica*] At-
qui non à Mareotide, sed à Meroë ebe-
nus. infra

*nigris Meroë fecunda colonis
Lata comis ebeni.*

Idem testatur Plinius lib. xii: itaque
Meroetica, aut *poins Meroitica*, (est
enim à Meroë *μαροίτης*, ab hoc *μαροί-*
της.) legendum hic censet decus se-
culi Salmastius, quauquam, ut is ipse
recte observat, jam Servii ætate hæc
menda Lucani codices obsedit.

288. 23. 163. *Indomium Meroë co-
gens spumare Falernum*] Hoc dicit, tan-
tum ibi calorem esse ut minimo tem-
pore nobilissima vina decoquantur.

289. 19. 187. *Nec meus Eudoxi vin-
centur fastibus annus*] Accusat hic Luca-
num Servius mutata declinationis. At
defendit eum Priscianus Varronis hoc
adferens, qui *fastus correxerit*. Quin
idem Priscianus ostendit suo tempore
& in Horatio lectum:

*Per memores genus omne fastus,
Sic & Columella: antiquiorumque fas-
tus astrologorum. Et in Claudiano ha-
bent MSS.*

Inter Arinthal fastus.
Hæc, ut multa alia recondite erudi-
tionis, notavit de Analogia secundo,
vir nescio summa bonitate ac fide, an
exquisita rerum verborumque cogni-
tione commendabilior Gerardus Johan-
nis Vossius.

290. 19. 214. *qua cura deminus per-
cussit aquarum*] Mercurius, qui modo
dicitur

*Immensa Cyllenius arbiter undæ.
Aviura: Cessit Mercurio locus im-
bifer.*

291. 1. 219. *Nilo quo crescat in
arva*

Æthiopuna prodesse nives] Hæc media
lectio inter vulgatas, habentem quod,
& manuscriptam, habentem, *qua*. Ve-
teres autem quos hic dicit sunt Anaxa-
goras & Anaxagoræ discipulus Euripi-
des Archelao tragœdia. Hæc sententia
nihil verius, si modo pro nivibus pon-
nas imbres Æthiopiæ. Cætera inge-
niorum non inelegantiam festiva com-
menta, de quibus videri possunt Hero-
dorus, Strabo, Diodorus Siculus, Plu-
tarchus, Liber incerti Scriptoris de
Nilo.

291. 12. 230. *Officiis caret unda suis*]
officium Nili est arva irrigare. hoc au-
tem præstare non potest, nisi à Sole
excitetur. ideo hyeme serapis tenet.

291. 21. 239. *Zephyros*] Etesias.

291. 24. 242. *Vel quod ab Occiduo
depelluntur vabula calo*] Democriti pla-
cium.

291. 26. 244. *Vel quod aquas rosies
rumpentis litora Nilii*

Asidne ferium] Thaletis.

291. 27. 245. *cognisque resistere fla-
mæ*] flammæ MS. P.

292. 4. 250. *Commeat hac penitus ta-
citus discursibus unda*

Frigore ab Arctoo] ita ferine tradebant
Memphiticis sacerdotibus, quos secutus
Diogenes Apolloniatas.

292. 14. 259. *hunc, calidi tetigit cum
brachia Cancvi*

Sol rapit] Herodoti sententia.

293. 17. 290. *Cursus in occasum flexu
torquetur, & ortus*] Scribe aut *Occasus*
cum MS. R. A. & T. aut *Ortus* cum
MS. P.

294. 6. 306. *Linea tam rectum mundi
ferit illa Leonens*] Præferam quod Sal-
mastio placuit, *feri illa*.

294. 13. 313. *Regni claustra Philæ*]
sumptum ex Senecæ libro de situ &
sacris Ægyptiorum, unde haud du-
bie & alia multa huc transtulit Luca-
nus. Locum Senecæ de Philis apud
Servium ad vi Æneida. Vide eun-
dem Senecam Naturalium quæstionum
lib. iv, cap. 2. ubi itidem Philarum
mentio, multaque alia ad illustranda
quæ de Nilo Lucanus dixit perti-
nentia.

294. 24. 324. *Terra potens*] Non
displicet quod idem reponit Salmastius,
Petra potens, Petra dividitur, ait Se-
neca.

294. 27. 327. *Hinc montes*] Imo, ut idem vir in his rebus exercitissimus, *Hos montes*. Pergit enim de scopulis illis loqui:

294. 28. 328. *quos inter ut alta
In conualle jacens istas moribus unda
receptis*] MSS. *rectius
quos inter in alta*

*Et conualle sacens jam moribus unda
receptis.*

Non jam cum tumultu ruit, sed silentii & modestiæ retinens labitur. Eadem tralatio apud Plinium x x x v i: *quid ferri duritia pugnacius? sed cedit & patitur mores*. Papinius:

*Vt leo materno cum rapente ab ubere
Accipit.* (mores)

295. 28. 327. *nubet soror impia fratri*] ita feci ex MSS. in quibus *nubis*. *Vulgati pejus nupsit*. Non est dubium quin Cleopatra nuptura sit Ptolemæo. Efficiet hoc Cæsar cui illa jam vice uxoris est.

296. 1. 361. *Crede miser puero*] MS. *puerum*. Crede jam Cleopatræ Ptolemæum, illi, inquam, quæ senem Cæsarem potuit in amorem sui pellicere.

295. 24. 324. *Ad scelus ingentis facti sumus*] ita MS. Magnum est fatuum nostrum & potens ad scelera.

299. 21. 472. *orator regis pacisque seques*

Æstimas in numero scelerum ponenda tuorum

Tot monstris Ægypte nocens] Aut aliquid deest, aut sequenda nostra conjectura, *Res minima*. aut, *Res ima*. Et sic quoque aliquid subaudiendum est, ut sensus sit, Legatus occisus apud alias gentes maximum est scelus: sed inter Ægypti scelera minimum. Exstat historia in libro de bello Alexandrino, ubi & nomina legatorum ponuntur Dioscorides & Serapio, quæ & ex Livio hic posuit Scholiastes MS.

301. 5. 512. *Ille duci geminos bellorum præstitit usus*] Explicando hoc loco serviunt quæ sunt apud Strabonem de Pharo.

302. 3. 534. *Molis in exiguo spatio stipantibus armis*] Molem dicit quæ ad insulam pertinebat. Vide lib. de bello Alexandrino. *ἄμμος* vocat Plut. quæ vera Latine illius vocis significatio.

F I N I S.



Benevole Lector,

Ad meliorem Pharsalia intellectum, Bellum Caesaris & Pompeii ex L. Floro hic subjunximus: & ne pagella aliquot vacarent, variorum testimonia & judicia de Lucano addidimus. Tu vale & utere.

EX L. FLORI

Historiarum libro I V.

BELLUM CÆSARIS ET POMPEII.

IAm pæue toto orbe pacato, majus erat Imperium Romanum, quam ut ullis externis viribus extinguì possent. Itaque invidens Fortuna principum gentium populo, ipsum illum in exitum suum armavit. Ac Mariana quidem Ciouanæque rabies intra urbem se præcluserat, quasi experiretur; Sulana tempestas satius, intra Italian tamen detonauerat; Cæsaris furor atque Pompeii, Urbem, Italian, gentes, nationes, totum denique quæ patebat Imperium, quodam quasi diluuiò, & inflammatione corripuit; adeo, ut non recte tantum civile dicatur, ac ne sociale quidem, sed nec externum; sed potius commune quoddam ex omnibus, & plus quam bellum. Quippe si Duces ejus inspicias, totus Senatus in partibus; si exercitus, hinc XI legiones, inde XV III, flos omnis & robur Italici sanguinis; si auxilia sociorum, hinc Gallici Germanique delectus; inde Deiotarus, Ariobarzanes, Tarcondimotus, Cothus, omne Thraciæ, Cappadociæque, Ciliciæ, Mædoniæ, Græciæ, Italiæ, totiusque robur Orientis: si moram belli, quattuor annis, & pro clade rerum breve tempus; si locum & spatium ubi commissum est, intra Italian; inde se in Galliam Hispaniamque deflexit; reversumque ab Occasu, totis viribus in Epiro Thessaliæque confedit; hinc in Ægyptum subito transiit; inde respexit Asiam, Afticiæ iucubuit, postremo in Hispaniam remigravit, & ibi aliquando defecit. Sed non & odia partium finita cum bello. Non enim prius quiescere, quam in Urbe ipsa, medio Senatu, eorum, qui victi erant, odia, victoris sese cæde satiant. Causa tantæ calamitatis eadem, quæ omnium, nimia

felicitas. Siquidem Quincto Metello & Lucio Afranio Consulibus, cum Romana majestas toto orbe polleret, recentisque victorias, Ponticos & Armenios triumphos in Pompejanis theatris Roma cantaret, nimia Pompeii potentia apud otiosos (ut solet) cives movit invidiam. Metellus ob imminutum Crææ triumphum, Cato adversus potentes semper obliquus, deirectare Pompejum, atque ejus obstrepere. Hic dolor transversum egit, & ad præfidia dignitatis paranda impulit. Forte tunc Crassus genere, divitiis, dignitate florebat, vellet tamen auctiores opes. Cæsar eloquentia, & spiritu, & jam consulari allebatur. Pompejus tamen super utrumque eminebat. Sic igitur Cæsare dignitatem comparare, Crasso augere, Pompejo retinere cupientibus, omnibusque pariter potentia cupidis, de invadenda Republica facile convenit. Ergo cum mutuis viribus in suum quisque decus alteretur, Galliam Cæsar invadit, Crassus Asiam, Pompejus Hispaniam, tres maximos exercitus: & jam sic orbis imperium, societate trium principum occupatur. Decem annos traxit ista dominatio. Exinde quoniam mutuo meta tenebatur, Crassi morte apud Parthos, & morte Julii Cæsaris filii, quæ unpta Pompejo, generi socrisque concordiam matrimonii foedere tenebat, statim æmulatione erupit. Iam Pompejo suspectæ Cæsaris opes, & Cæsari Pompejana dignitas gravis. Nec hic ferebat parem, nec ille superiorem. Neque sic de principatu laborabant, tanquam duos tanta Imperii fortuna non caperet. Ergo Lentulo Marcelloque consulibus rupta prima conjunctionis fide de successione Cæsaris Senatus,

natus, idemque Pompejus agitabat: nec ille abnebat, si ratio sui proximi comitiis haberetur Consulatus; absentis, quem decem tribuni, favente Pompejo nuper decreverant, tum dissimulante eodem negabatur. Veniret, & peteret majorum more. Ille contra flagitare decreta, ac nisi in fide permaneret, uou se dimisurum exercitum. Ergo ut in hostem decernitur. His Cæsar agitatus, statuit præmia armorum armis defendere. Prima civilis belli arena, Italia fuit; cujus æres levibus præsidis Pompejus infederat; sed omnia subito Cæsaris impetu oppressa sunt. Prima Arimino signa ceciderunt. Tum pulsus Etruria Libo, Umbria Thermus, Domitius Corhoio. Et peractum erat bellum sine sanguine, si Pompejum Brundusii opprimere, ut cœperat, potuisset. Sed ille per obsessi claustra portus nocturna fuga evasit, Turpe dictu. modo princeps Patrum, pacis bellicque moderator, per triumphatum à se mare lacerata & pæne incerini nave fugiebat. Nec Pompejus ab Italia, quam Senatus ab Urbe fugatur prior: quam pæne vacuum metu, Cæsar ingressus, Consulatu se ipse facit. Ararium quoque sanctum, quia tardius aperiebant Tribuni, iussit effringi; censumque & patrimonium populæ Romæ ante rapuit quam imperium. Pulso fugatoque Pompejo, maluit prius ordiære provincias, quam ipsum sequi. Siciliam & Sardiniam annonæ pignora, per Legatos habuit. Nihil hostile erat in Gallia, pacem ipse fecerat. Sed ad Hispanienses Pompeji exercitus transeunti per eam ducti, portas claudere ausa Massilla est. Misera, dum cupit pacem, belli metu in bellum incidit: sed quia tutis muris erat, lucæ sibi iussit absenti. Græcula civitas, non pro mollitia nominis, & vallum cadere, & incendere machinas ausa, & congredi navibus: sed Brutus, cui mandatam erat bellum, victos terra marique perdomuit: innox dedentibus sese ablata omnia præter (quam potiorem omibus habebant) libertatem. Anceps varlumque, & erentem in Hispania bellum cum legatis Cn. Pompeji Petrejo & Afranio: quos Herdæ castra habentes, apud Sicorim amnem obsidere, & oppido intercludere aggreditur. Interim obudatione veru fluminis, comitatibus prohibet. Sic fame castra tentata sunt, obessorque ipse quasi obsidebatur: sed

ubi pax fluminis rediit, populationibus & pugna campos aperuit: iterum ferox instat, & cedentes ad Cæthiberiam consecutus, aggere & vallo, & per hæc siti ad deditionem compulsi. Sic citerior Hispania recepta est, nec ulterior moram fecit. Quid enim una post quinque legiones? Itaque ultro cedente Varrone, Gades, Fretum, Oceavus, omnia felicitatem Cæsaris sequebantur. Aliquid tamen adversus absentem ducein ausa fortuna est circa Illyricum & Africam, quali de industria prospera ejus adversis radiarentur. Quippe cum fauces Adriatici maris iusti occupare Dolabella & Antonius, ille Illyricum, hic Corcyra littore castra possuissent, jam maria late tenente Pompejo, repente castra legatus ejus Octavius, & Libo ingentibus copiis classicorum utrimque circumvenit. deditionem fames extorsit Antonio. Misæ quoque à Basilio in auxilium ejus rates, quales inopia navium fecerat, nova Pompejaurorum arte Cilicem actis sub mari funibus, capræ quali per indaginem. duas tamen æstus explicuit: una, quæ Opiterginos ferebat, in vadis hæsit, memorandumque posteris exitum dedit. Quippe vix mille juvenum manus, circumfusi undique exercitus per totum diem tela sustinuit; & cum exitum virtus non haberet, tamen ne in deditionem veniret, hortante tribuno Vulteio mutuis ictibus in se concurrat. In Africa quoque par & virtus & calamitas Curionis fuit, qui ad recipiendam provinciam missus, pulso fugatoque Varo jam superbus, subito subæ regis adventum, equitatumque Maurorum sustinere non potuit. Parebat victo fuga, sed pudor suasit, ut amissum sua temeritate exercitum, morte sequeretur. Sed jam debitum par fortuna flagitante, sedem bello Pompejus Epirum elegerat, nec Cæsar moratus; quippe, ordinatis à tergo omnibus, quamvis hiems media prohiberet rempestare, ad bellum navigavit: positisque ad Oricum castris, cum pars exercitus ob inopiam navium cum Antonio dimissa, Brundulii moram faceret; adeo impatientis erat, ut ad arcessendos eos, ardente venis mari, nocte concubia, speculatorio navigio, solus ire tentaverit. Exstat ad trepidum tanto discrimine gubernatorem vox ipsius: Quid times? Cæsarem vobis. Contrastris in unum undique omnibus copiis, positisque comminus castris, diversa erant

erant Ducum consilia. Cæsar pro natura ferox, & conciliendæ rei cupidus, ostentare aciem, provocare, lacessere, unice obfidione castrorum, quæ erant sedectin millium vallo obducta; (sed quid his obesset obfidio, qui patente mari omnibus copiis abundaret?) tunc expugnatione Dyrrhachii irrita, (quippe quam vel situs inexpugnabilem faceret) ad hoc, assiduis in eruptionem hostium præliis, (quo tempore egregia virtus Scævæ centurionis emicuit, cujus in secundo centum atque viginti tela sedere) jam vero direptione urbium sociarum, cum Oricum & Gomphos, & alia castella Thessaliæ vastaret: Pompejus adversus hæc necesse moras, tergiversari simul, ut hostem interclusum undique inopia commeatuum terreret, utque ardentissimi Ducis consensesceret in petus. Nec diutius profuit duci salutare consilium. Milites otium, socii moram, principes ambitum ducis increpabant. Sic præcipitantibus factis, prælio sumpta est Thessalia: & Philippicis campis, urbis, imperii, generis humani fata commissa sunt. Nunquam ullo loco tantum virium populus Romanus, tantum dignitatis Fortuna vidit. Trecenta amplius millia hinc & illinc, præter auxilia Regum & Senatus. Nunquam imminentiæ ruinæ manifestiora prodigia, fuga victimarum, examina, iniquæ interdiu tenebræ. Dux ipse & nocturna imagine theatri sui audiens plansum in modum plauctus circumsonare, & mane cum pullo amiculo (nelas) apud principia conspectus est. Nunquam acrior neque alacrior exercitus Cæsaris fuit. Inde classica prius, inde tela. Annotatum quoque comitantis aciem Cræstini pitum; qui mox adactus in os gladio, sic inter cadavera repertus, libidinem ac rabiem qua pugnauerat, ipsa novitate vulneris præferbat. Sed nec minus admirabilior illius exitus belli. Quippe cum Pompejus adeo equitum copia abundaret, ut facile circumveurus sibi Cæsarem videretur, circumventus ipse est. Nam cum din æquo Marte contenderent, iussuque Pompeji sulus à corum erupisset equitatus, repente hinc signo dato, Germanorum cohortes tantum in effusos equites fecere impetum, ut illi esse pedites, hi venire in equis viderentur. Hanc stragem fugientis equitatus, levis armaturæ turba comitata est. Tunc terrore latius dato, turbantibus invicem copiis, re-

liqua strages quasi una manu facta est. Nec ulla res magis exitio fuit, quam ipsa exercitus magnitudo. Multus in eo prælio Cæsar fuit, mediisque inter Imperatorem & militem. Voces quoque obequitantis exceptæ, altera ciurpata, sed docta, & ad victoriam efficax, Miles, faciem feri: altera ad iactationem composita, Parce civibus: cum ipse sequeretur. Felicem utcumque in malis Pompejum, si eadem ipsius, quæ exercitum ejus, fortuna traxisset. Superstes dignitati suæ vixit, ut cum majore dedecore per Thessalica Tempe equo fugeret, pulsus Larissa; in deserto Cilicis scopulo, fugam in Parthos, Africam, vel Ægyptum ageret: ut denique in Pelusiaco litore, imperio vilissimi regis, consiliis spadonum, & ne quid malis desit, Septimii desertoris sui gladio trucidatus, sub oculis uxoris suæ libetorumque moreretur. Quis non peractum esse cum Pompejo crederet bellum? Atqui acrius multo atque vehementius Thessalici incendii cineres recaluerunt. Et in Ægypto quidem adversus Cæsarem sine partibus bellum. Quippe cum Ptolemæus Rex Alexandriæ, tumtum civilis belli scelus peregisset, scædusque amicitia cum Cæsare medio Pompeji capite sanxisset, ultionem tanti viri manibus querente fortuna, causa non desuit. Cleopatra regis soror a fusa Cæsaris genibus, partem regni reposcebat. Aderat puellæ serena, & quæ duplicaretur ex illo, quod talis passa videbatur injuriam: odium ipsius regis, qui Pompeji cadem patrium fato, non Cæsari dederat, haud dubie idem in ipsum aursurus si expedisset. Quam ubi Cæsar restitui iussit in regnum, statim ab eisdem percussoribus Pompeji obfessus in regia, quanvis exigua manu, ingentis exercitus molem mira virtute sustinuit. Ac primum adificiorum proximorum atque navalium incendio, inestorum hostium tela submovit: mox in peninsulam Pharon subitus evasit: inde depulsus in maria, mira felicitate ad proximam classem enatavit, relicto quidem in fluctibus paludamento, sen fato, seu consilio, ut illud ingruentibus hostium telis saxifuge pereretur. Tandem receptus à classicis suis, undique simul hostes adortus, de inbelli ac perfida gente, iusta generi manibus dedit. Quippe & Theodotus magister, auctor totius belli, & ne virilia quidem portenta, Pothinus atque Ganymedes, diversè

diversi per mare & transfugio & morte consumpti, Regis ipsius corpus obgratum limo repertum est in aureæ loriceæ honore. In Asia quoque novus rerum motus à Ponto, plane quasi de industria captante fortuna hunc Mithridatico regno exitum, ut à Pompejo pater, à Cæsare filius vinceretur. Rex Pharnaces magis discordiæ nostræ fiducia, quam virtutis suæ, infesto in Cappadociam agmine ruebat. Sed hunc Cæsar aggressus, uno, & (ut sic dixerim) non toto prælio obrivit, more fulminis, quod uno eodénque momento venit, percussit, abscellit. Nec vana de se prædicatio est Cæsaris, autè visum hostem esse, quam visum. Sic

cum exteris. At in Africa cum civibus multo atrocius quam in Pharsalia. Huc reliquias partium naufragarum quidam furoris æstus expulerat: nec reliquias dices, sed integrum bellum. Sparse magis, quam oppressæ vires erant. Auxerat sacramentum ipsa clades Imperatoris: nec degenerabat ducum successio. Quippe satis ample sonabat in Pompejani nominis locum, Cato & Scipio. Accessit copiis Mauritani Rex Iuba, videlicet ut latius vinceret Cæsar. Nihil ergo inter Pharsaliam & Thapsos, nisi quod amplior, eoque acrior Cæsarianorum impetus fuit, indignantium post Pompejum crevisse bellum, &c.

TESTIMONIA ET IUDICIA DE LUCANO.

Lucanus ipse de Opere suo
in v 11.

Hac & apud seras gentes, populosque nepotum,

Sive sua iansum venient in sacula fama;
Sive aliquid magnis nostri quoque cura laboris

Nominibus prodesse potest, cum bella legentur,

Spesque metusque simul, perituraque vota movebunt:

Attonitiq; omnes veluti venientia facta

Non transmissa, legent, & adhuc tibi, magna, faciebunt.

& in 12.

Invidia sacra, Caesar, ne tangere fama:
Nam, si quid Latius fas est promittere Musis,

Quantum Smyrnæ durabunt vatis honores,

Venturi te neque legens: Pharsalia nostra

Vivet, & à nullo tenebris damnabitur avo.

Tacitus Annal. x v 1.

Mella, quibus Callio & Seneca parentibus natus, peritione honorum abstinuerat, per ambitionem præposteram, ut Eques Romanus Consularibus potentia aquaretur. Simul acquirenda pecunia brevius iter credebatur per procuraciones administrandis Principis negotiis. Idem Annam Lucanum genuerat, grande adjuvans ut clarissimus.

Idem xv.

Et Lucanus Annas, Plautiusque Lateranus Consul designatus, virida odia intulere [conjuratori in Nerone.] Lucanum propria causa accendebant, quod famam carminum ejus premebat Nero, prohibueratque ostentare, vana amulatione. Mox: Lucanus, Quintilianusque & Senecio diu abnuere. Post promissa impunitate corrupti, quo iactantem excusarem, Lucanus Aillam matrem suam, Quintilianus Glicium Gallum, Senecio Annium Pollionem, amicorum præcipuos, nominaverunt. Deinde: Non enim omitebant Lucanus quoque & Senecio passim conscios edere. Postea: Exim M. Annæi Lucani cadem imperas [Nero.] Is profuente sanguine, ubi frigescere pedes manusque, & paulatim ab extremis cedere spiritum, servido adhuc & compositæ mentis pectore imelligit, recordatus carmen à se compositum, quo vulneratum militem per ejusmodi mortis imaginem obisse tradiderat, versus ipsos vertulit; eaque illi suprema vox fuit. Postea: Ailla sine absolute, sine supplicio dissimulata. Iterum Annal. x v 1: Interfello [Lucano,] dum rem familiarum ejus acriter requirit [Mella pater,] accusatorem concitavit Fabium Romanum, ex inimicis Lucani amicis. Mixta inter patrem pliniamque conjurationis scientia fingitur, assimilatis Lucani literis.

Verfus,

Versus, quos morientem Lucanum pro-
nuociaſſe ait Tacitus, ſunt qui hos
eſſe exiſtunt:

Scinditur avulſus, nec ficus vulnere ſan-
guis

Emicnis lentus; ruptis cadis undique
venis;

Diſcutiſque anima diſverſa in membra
meantis

Interceptus aquis.

Alii hos:

Sanguis erant lacrymae: quaeſcunque ſova-
nitua nocit

Humor, ab iis largus manat cruor: ora
redundant;

Et patula nares: ſudor rubet: omnia plenis
Membra ſuunt venis, totum eſt pro
vulnere corpus.

Statius Papinius Praefatione ad
Lib. II. Silvarum.

Excludit velumen Geneſthiacon Lu-
ciani, quod Polla Argentaria caſiſſima
uxoribus, eum hunc diem forte conſecra-
verunt, imputari ſibi voluit. Ego non
potui majorum tanti auctoris habere rever-
entiam, quam quod laudes eius didicimus
Hexametros meos ſimul.

Ejuſdem Geneſthiacon Lucani:

Lucani proprium diem frequentet,
Quisquis collibus Iſthmia Diones
Docto pectora concitat us caſtro,
Pondentis bibis ungula liquorem.
Ipsi, quos penes eſt honor canendi,
Vocalis cithara reperit Arcas,
Et tu Baſſaridum rotator Eneas,
Et Paan, et Hyantia ſortes,
Lata purpureas novate vitas,
Crinem comit; candidamque veſtem
Perfundant edera recentiores.
Docti largius evagantur amnes,
Et plus Aonia vivere ſylva,
Et ſi qua pater, aut diem recepit,
Scris molibus expleatur umbra.
Centum Theſpiacis odora lucis
Scent altaria, viſtinaque centum,
Quas Dirce lavas, aut alit Citharon.
Lucanum canimus, ſavet et linguis.
Veſtra eſt iſta dies, ſavete Muſa,
Dum qui vos geminas tulit per artes
Et juncta pede vocis, et ſolus,
Romani colitur chori Sacerdos.
Felix heu nimis et beata tellus,
Qua promus Hyperionis meatus
Summis Oceani vides in undis,
Stridorumque rota cadentis audis,
Qua Tritonide fertiles Athenas
Vnclis Batia provocat trapeſis,
Lucanum poter imputare terris.
Hoc plus quam Saneam dediſſe mundo,

Aut dulcem generafſe Gallionem.
Attollas veſtuos in aſtra fontes
Grajo nobilior Melete Baſis.
Bain Mantua provocare noli.
Naturam proximus, atque huius per
ipſam

Primo murmure dulce vagientem
Elando Calliope ſinu recepit.
Tum primum poſito remiſſa luctus
Longos Orpheos exnis dolores:
Et dixit, puer o aicite Muſis,
Longavos cito tranſiſſe vias,
Non tu ſumma, nec gregeſ ferarum,
Nec tuſtro Geticas moribus amos:
Sed ſeptem juga, Martiumque Tybrim,
Et doctos equites, et eloquente
Cantu, purpureum trahes Senatium.
Nocturnas alii Phrygum ruinas,
Et tardi reducis vias Ulyſi,
Et puppem venerariam Minerva
(Tria vatis orbita) ſequantur.
Tu carus Latio, memorque genis
Carmen fortior exavis rogatum.
Ac primum, teneris adhuc in annis
Ludes Heſtora, Theſſaloſque enrus,
Et ſupplex Priani potentis aurum.
Et ſeſes reſerabis Inferorum.
Ingratus Nero dulcibus theatris,
Et noſter tibi praefectur Orpheus.
Dices culmixibus Remi vagantibus,
Laſandos domini nocentis ignes.
Tu caſta titulum, decuſque Polla
Iocunda dabis allocutione.
Mox cepta generoſior juvenia
Albus oſſibus Italis Philippes,
Et Phaeſalica bella detonabis.
Et fulmen ducis inter arma divi,
Libertate gravem pia Canonem,
Et gratum popularitate Magnam.
Tu Peluſiaci ſcelus Canopi
Deſtebis pius, et Pharo cruenta
Pompejo dabis alium ſepulchrum.
Hac primo juvenis canes ſub arvo
Ante annos Culicis Maroniani:
Cedet Muſa rudis ferocis Enni,
Et docti furor arduus Lucretii,
Et qui per ſeta duxit Argonautas,
Et qui corpora prima tranſfigurat.
Quam majus liquor, ipſa te Latinis
Aeneis venerabitur canentem.
Nec ſolum dabo earminis nitorens,
Sed tatis genialibus dicabo
Doctam, atque ingenio tuo decoram:
Qualem blanda Venus, daretque Iuno;
Forma, ſimplicitate, comitate,
Cenſu, ſanguine, gratia, decore.
Et veſtros Hymenaon ante poſtes
Fetiſ cantibus ipſa perſonabo.
O ſave nimium, gravesque Parca,
O nunquam data ſella longa! ſummis
Cur plus ardua caſibus perſaſis?

Cur *saeva vice magna non senserunt?*
 Sic *natam Nasamonii Toramum*
 Portus ortus, obitusque fulminatos;
 Angusto Babylon premii seculuro;
 Sic fixum Paris manu iuramentis
 Peliden Thetis horruit calentem.
 Sic ripis ego *nummivannus Hebi*
 Non *nummum capus Orpheus* sequebar.
 Sic & tu *rabidi (naso) Tyranni*
 Inssus precipiens subire *Lethen*,
 Dum pugnae *cavis*, ardua que voce
 Das solatia *grandibus sepulchris*.
 O *atrum scelus!* ! *! scelus!* ! *! a. ebis.*
 Sic *saeva est*, *levite*, que *decidentis*
Abrasit *lacrymas* *micente* *pletho*.
 At tu, seu *rapi iura poli per axera*
Fama *curribus* *aravis* *levatus*,
 Qui *urgunt* *anima* *potentiores*,
Terras *despicis*, & *sepulchra* *rides*:
Sen *pacis* *meritum* *nemum* *refusa*
Felix *Elysiis* *tenes* *in* *ovis*,
 Quo *Pharsalica* *torba* *congregatur*,
 Et *te* *nobile* *carmen* *insonantem*
Pompei *comitantur*, & *Carones*:
 Tu *magna* *sacer* & *superbus* *umbra*
Nescis *Tartaron*, & *procul* *nocentia*
Auvis *verbera*, *pallidumque* *visa*
Mavis *lampade* *respicias* *Neroneum*,
Aulsi *lucius*, & *vocante* *Polla*
Vnum *quis* *diem*, & *deos* *silentium*,
Exorcis. *solent* *hoc* *patere* *limen*
Ad *nuptas* *redeuntibus* *maritis*.
Hac *te* *non* *illafis* *procox* *adolafis*
Falsi *numinis* *induit* *figura*;
Ipsam *sed* *colis*, & *sequemur* *at* *ipsam*
Inis *altius* *instruunt* *modulis*.
Ac *solata* *vana* *subministrat*
Vultus, qui *simili* *notatus* *avro*
Seraris *pranctet*, *incubas* *que* *sonno*.
Secura *procul* *hinc* *ab* *e* *moris*:
Hac *vite* *genialis* *est* *origo*.
Cedat *luctus* *atrox*, *genisque* *manent*
Iam *dulces* *lacrymis*, *dolorque* *cessus*
Quicquid *steverat* *ante*, *nunc* *alio* *vet*.

M. Fabius Quintilianus.

Lucanus *ardens* & *concisus*, & *sen-*
sentius *clarissimus*, & , *ut* *dicam* *quod*
sentio, *magis* *Oratorius* *quam* *Poetis*
annumerandus.

Martialis de Natali Lucani.

Hic *est* *illa* *dies*, *qua* *magni* *conscia* *par-*
tas

Lucanum *populis* & *tibi* *Polla* *dedit*.
Hic *Nero* *cruentis*, *nullaque* *inviser*
umbra;
Debit *hoc* *saltem* *non* *licuisse* *tibi*.

Idem de Lucano.

Sunt *quidam* *qui* *me* *dicunt* *non* *esse*
Poetam,
Sed *qui* *me* *vendit* *Bibliposa* *putat*.

Idem alibi.

— *unicumque* *Lucanum*
Facunda *loquitur* *Corduba*.

Auctor Dialogi De Causis corrupte eloquentiae.

Exigitur *enim* *jani* *ab* *Oratore* *poetis*
decor; *non* *Attii* *aut* *Pacuvii* *veterno*
inquinatus; *sed* *ex* *Hovatii* & *Virgillii* &
Lucani *sacrario* *prolatus*.

Sidonius Apollinaris Lib. 11.
Ep. x.

Reminiscere *quod* *sape* *versum* *Carina*
cum *suo* *Nasone* *conplevit*, *Argen-*
taria *cum* *Lucano*, &c.

Idem Carin. 1 x.

Non *quod* *Corduba* *proponens* *alumnus*
Facunorum *ciet*, *hic* *pates* *legendum*.
Quorum *utur*, &c.
Pugnam *cortius* *ile* *Gallicani*
Dixit *Caesaris*, *ut* *gener* *foerque*
Cognata *impulerint* *in* *arma* *Romam*:
Tantum *dans* *lacrymas* *suis* *Philippis*,
Ut *credat* *Cremera* *levem* *ruinam*;
Infra & *cessat* *Alliam* *adlendam*,
Ac *Evanni* *in* *rutina* *lovens* *redem-*
ptam;
Postponat *Trebianam*, &c.

D. Hieronymus in Chronico Eusebiadum.
M. M. Lxx x. in anno x.
Neronis.


M. Annas Lucanus Corinthenfis
Poeta *in* *Pisoniana* *conjuratiene* *ocpre-*
hensus, *brathium* *ad* *secundas* *venas* *dic-*
dico *prabuit*.

Inscriptio vetus.

M. ANNÆO. LVCANO
 CORDVBENSI. POETÆ
 BENEFICIO. NERONIS
 FAMA. SERVATA.

F I N I S.

49277





$\sqrt{R+C}$

